
Ortus sanitatis Deutsch

Scotus sup pmu sententiaru
magistri Johanis ysnerz

Scotus sup pmo



[C]upientes aliquid

Circa prologum primi libri queruntur quinque. Primum est de necessitate huius doctrine, utrum scilicet necessarium sit homini pro statu isto aliquam doctrinam sibi supernaturaliter inspirari. Secundum spectat ad genus cause formalis eiusdem et est utrum cognitio supernaturalis necessaria viatori tradita sit sufficienter in scriptura sacra. Tertium pertinet ad genus cause materialis et est utrum theologia sit de deo tamquam de subiecto primo. Quartum et quintum pertinent ad genus cause finalis et est quartum utrum theologia sit practica. Quintum utrum ex ordine ad praxim ut ad finem dicatur per se scientia practica. **Primum questionum.**

[C]irca primum questionem arguitur quod non, quia omnis potentia habens aliquod proprium obiectum naturale potest in quodlibet sub eo contentum sicut in per se obiectum naturale. Hoc probatur per exemplum de primo obiecto visus et aliis contentis sub illo, et ita inductive in aliis obiectis. Probatur etiam per rationem, quia primum obiectum dicitur quod est adequatum potentie; sed si in aliquo esset ultra eius ita quod potentia non posset habere actum, non esset potentie adequatum sed excederet potentiam. Patet igitur maior. Sed primum obiectum naturale intellectus nostri est ens in quantum ens, igitur intellectus noster potest naturaliter habere actum circa quodcumque ens, et sic circa quodcumque intelligibile non ens, quia negatio cognoscitur per affirmationem. Igitur. Probatio minoris per Avicennam primo metaphysice capitulo 6: Ens et res prima impressione imprimuntur in anima nec possunt manifestari ex aliis. Si autem esset aliquod aliud primum obiectum, ita posset manifestari per rationem illius. Preterea sensus non indiget aliqua cognitione supernaturali pro statu isto, igitur nec intellectus. Antecedens patet. Probatio consequentie: quia natura non deficit in necessariis, tertio de anima, et si in imperfectis non deficit, multo magis nec in perfectis. Igitur si non deficit in potentiis inferioribus quantum ad eis necessaria pro actibus suis habendis et consequendis finem quendam, multo magis non deficit in necessariis potentie superioris ad actus suos. Igitur.

Preterea si aliqua talis doctrina est necessaria, hoc est quia potentia in puris naturalibus est improportionata obiecto ut scilicet cognoscibili, vel quia per aliquid aliud a se fiat ei proportionata. Illud autem aut est aliud naturale aut aliud supernaturale. Si naturale, igitur totum est improportionatum obiecto primo. Si supernaturale, igitur potentia est improportionata illi, et per aliud oportet ei proportionari, et sic in infinitum. Cum igitur non sit procedere in infinitum, oportet stare in primo, scilicet quod potentia intellectiva est ex se proportionata omni cognoscibili, et per consequens omni modo cognoscibili. Igitur.

Contra 2 Thimo. 3: Omnis doctrina divinitus inspirata utilis est etc. Item Baruch 3 dicitur de sapientia: non est qui possit scire vias eius, sed qui scit universa novit eam. Igitur nullus alius potest habere eam nisi per scientem universa. Sed quantum ad naturam de facto subditur: tradidit eam Iacob puero suo et Israel dilecto suo, quantum ad vetus testamentum; et sequitur: in terris visus est, quando scilicet tradidit eam quantum ad novum testamentum.

In questione ista videtur esse controversia inter philosophos et theologos. Tenent enim philosophi perfectionem nature et negant perfectionem supernaturalem. Theologi vero cognoscunt defectum nature et necessitatem gratie et perfectionem supernaturalem. Diceret igitur philosophus quod nulla est cognitio supernaturalis homini necessaria pro statu isto, sed omnem sibi necessariam posset acquirere ex naturalibus causis. Ad hoc adducuntur simul auctoritas et ratio philosophi ex diversis locis. Primo per illud 3o de anima, ubi dicitur quod intellectus agens est quo est omnia facere, possibilis est quo est omnia fieri. Ex hoc arguitur sic: activum naturale et passivum approximata et non impedita

Nota arg.

distinctio

sequitur actio / quia non dependent ex sensu nisi ab eis tamquam a causis potioribus / activum autem respectu omnium intelligibilium est intellectus agens / et passivum intellectus possibilis / et hec sunt naturaliter in anima / nec sunt naturaliter impedita / patet igitur quod virtute naturali illorum duorum potest sequi actus intelligendi respectu cuiuscumque intelligibilis

¶ Confirmatur ratio sic / omni potentie passive naturali correspondet aliquod activum naturale / alioquin potentia passiva videretur frustra si per nihil in natura posset reduci ad actum Sed intellectus possibilis est potentia passiva naturalis respectu quorumcumque intelligibilium / ergo sibi correspondet aliqua potentia naturalis activa / secunda pars propositionis / Ulterius patet quod intellectus possibilis naturaliter appetit cognitionem cuiuscumque cognoscibilis / naturaliter etiam perficitur per quamcumque cognitionem / ergo est naturaliter receptivus intellectionis cuiuscumque

¶ Sed 6 methaphysice distinguitur habitus speculativus in methaphysicam physicam et mathematicam Et exposicione eius ibidem non videtur possibile esse plures habitus speculativos / quam in istis considerantur de toto ente in se et quo ad omnes partes eius / sicut autem non potest esse alia speculativa ab istis / sic nec aliqua practica alia a practicis acquisitis activis et factivis / sed sic acquisite practice sufficiunt ad perficiendum intellectum practicum et speculative acquisite ad perficiendum intellectum speculativum

¶ Sed potens naturaliter cognoscere principia potest naturaliter cognoscere conclusiones inclusas in principiis / hanc probo / quia scientia conclusionis non dependet nisi ex intellectu principii et deductione conclusionis in principio / sicut patet ex diffinitione scientie primo posteriorum / Sed deductio est ex se manifesta / sicut patet ex diffinitione silogismi perfecti primo priorum / quia est nullius indigens ut appareat consequentia in terminis / igitur si principia intelliguntur et deductio manifesta est ex se / habitus omnia que videntur necessaria ad scientiam conclusionis / patet igitur maior / Sed naturaliter intelligimus prima principia in quibus virtualiter includuntur omnes conclusiones scibiles / igitur naturaliter scire possumus omnes istas conclusiones scibiles / probacio prime partis minoris / quia termini primorum principiorum sunt communissimi / igitur illos possumus naturaliter intelligere / quia ex primo physicorum communissima primo intelliguntur a nobis / principia autem cognoscimus inquantum terminos cognoscimus primo posteriorum / igitur prima principia possumus naturaliter cognoscere / probacio secunde partis minoris / quia termini primorum principiorum sunt communissimi / igitur qui distribuuntur distribuuntur pro omnibus inferioribus contentis sub eis / tales autem termini videlicet accipiuntur in primis principiis / et ita extendunt se ad omnes conclusiones particulares et per consequens ad extrema omnium conclusionum specialium

¶ Contra illam positionem arguitur et primo sic / omni agenti per cognitionem necessaria est distincta cognitio sui finis / hanc probo quia omne agens propter finem agit ex appetitu finis / omne autem per se agens agit propter finem / igitur omne agens per se suo modo appetit finem / igitur sicut agenti naturali est necessarius appetitus finis propter quem debet agere / ita agenti per cognitionem quod est etiam per se agens ex secundo physicorum necessarius est appetitus sui finis propter quem debet agere et per consequens eiusdem finis distincta cognitio / Sed hec non potest scire ex naturalibus finem suum distincte / igitur necessaria est de hoc aliqua cognitio supernaturalis / minor patet quia philosophi sequentes naturalem rationem aut ponunt felicitatem esse perfectam in cognitione substantiarum separatarum acquisita sicut videtur dicere 1 et 10 ethicorum aut si non determinate asserunt illam esse perfectam nobis possibilem assequi ratione naturali non concludit ita quod solum rationi naturali innitendo nec errabit circa finem in particulari. Vel dubius remanebit [illegible]

Philosophus etiam dubitando ait: Si quod est donum deorum, rationale est felicitatem esse. Secundo probatur eadem maior per rationem, quia nullius naturae finis praecise cognoscitur a nobis nisi ex actibus eius nobis manifestis, ex quibus ostenditur quod talis finis est conveniens tali naturae; nullos autem actus experimur nunc nos in statu isto nec cognoscimus ex quibus cognoscamus visionem substantiarum separatarum esse nobis convenientem; igitur non possumus naturaliter cognoscere distincte quod ille est finis conveniens naturae nostrae. Hoc similiter verum etiam est quod quaedam conditiones finis propter quas est appetibilior et ferventius inquirendus non possunt determinate concludi ratione naturali; nam et dato rationem naturalem sufficere ad probandum quod visio nuda et fruitio Dei est finis hominis, non tamen concluderetur quod ista perpetuo conveniret homini perfecto in corpore et anima, sicut dicetur in 4° di. 43, et tamen perpetuitas huius boni est conditio reddens finem appetibiliorem quam si esset transitorium; consequi enim hoc bonum in natura perfecta appetibilius est quam in anima separata, sicut patet per illud 12 Super Genesim. Istas igitur conditiones finis et plures necessarium est nosse ad efficaciter inquirendum finem, et ratio ad eas non sufficit naturalis; igitur requiritur doctrina supernaturalis. Item 2° sic: omni cognoscenti agenti propter finem est necessaria cognitio qualiter finis acquiratur, et cognitio omnium quae sunt ad finem necessaria, et 3° quod omnia illa sufficiant. Primum patet, quia si nesciat quomodo finis acquiratur, nesciret quomodo ad consecutionem eius se disponat. Secundum probatur, quia si non sciat omnia necessaria ad ipsum, propter ignorantiam alicuius necessarii poterit a fine deficere. Tertium patet, quia si nesciantur ista necessaria sufficere, dubitando semper cognoscens ad necessarium non efficaciter prosequitur illud quod est necessarium. Sed haec tria non potest viator naturali ratione cognoscere. Probatio de primo, quia beatitudo conferetur tamquam praemium pro meritis quae Deus acceptat tamquam digna tali praemio, et per consequens non naturali necessitate sequitur ad actus nostros qualescumque, sed contingenter datur a Deo actus aliquos in ordine ad ipsum tamquam meritorios acceptante. Istud non est naturaliter scibile, ut videtur, quia etiam errabant philosophi ponentes omnia quae sunt a Deo esse immediate ab eo de necessitate. Saltem alia duo minus sunt manifesta; non enim sciri potest naturaliter acceptatio divinae voluntatis, puta tamquam contingenter acceptantis talia ut talia digna vita aeterna, et quod etiam illa sufficiant dependet ex voluntate divina, quae circa ipsa contingenter se habet. 5°. Contra illas duas rationes instatur, quia prima sic: omnis natura causata dependet, cognita aliqua per se causa, et propter talem dependentiam ex creato cognito potest determinate cognosci quaelibet eius causa per se. Cum igitur natura hominis sit homini naturaliter cognoscibilis, quod non est potentiae cognoscitivae hominis impossibile, sequitur quod ex illa natura cognita potest naturaliter cognosci talis naturae finis. Confirmatur ratio, quia si ex natura inferiori cognita cognoscitur eius finis, non minus videtur hoc posse in proposito, quia nec minor dependentia finiti ad suum finem quam in aliis. Ex illa ratione videtur quod falsa sit propositio illa sumpta supra, ut natura non cognoscitur nisi ex actibus eius, quae assumebatur in probatione minoris, quia ex cognitione naturae ipsa potest cognosci finis eius determinate. Si dicatur quod ratio non concludit nisi quod homo potest naturaliter cognoscere finem suum naturalem, non autem de supernaturali. Contra: Augustinus De praedestinatione sanctorum: posse habere fidem et caritatem naturae est hominis. Si igitur natura hominis est homini naturaliter cognoscibilis, erit etiam naturaliter cognoscibilis homini potentia illa ut est talis naturae et per consequens ordinabilis

talis naturae ad finem ad quem fides
et caritas disponit. Praeterea hoc naturaliter ap-
petit finem illud quod dicis supernaturalem;
igitur ad illud naturaliter ordinatur; igitur ex ta-
li ordine potest cognosci finis ille ex
cognitione naturae ordinatae ad ipsum.
Praeterea naturaliter cognoscibile est primum obiectum
intellectus ens eius secundum Avicennam et naturaliter
cognoscibile est totum eius perfectissime
salvari in deo. Finis autem cuiuscumque
potentiae est optimum eorum quae continentur
sub eius obiecto primo, quia in illo solo est
perfecta quietatio et delectatio, ex x. Ethicorum;
igitur naturaliter est cognoscibile hominem
ordinari secundum intellectum ad deum tamquam
ad finem. Confirmatur quia cuicumque naturaliter
est cognoscibilis aliqua potentia, ei
naturaliter est cognoscibile quid sit eius
obiectum primum et ultimum in quo salvetur
perfecte ratio illius primi obiecti, et quod perfectissimum
tale est finis potentiae. Mens autem
nota est sibi secundum Augustinum ix. de Trinitate c. e.;
igitur notum est sibi quod sit suum primum
obiectum, et novit deum non excedere rationem
illius primi obiecti, quia tunc nullo modo esset
a mente ipsa intelligibilis; novit etiam
ipsum non excedi in ratione talis obiecti. Praeterea
igitur novit deum esse optimum in quo
salvatur ratio sui obiecti et ita esse finem
potentiae. Contra secundam rationem: Si per experimentum
cognoscatur ad experimentum igitur et inventa sed
necessaria ad consecutionem finis sunt media
inter naturam et suum finem; quod igitur ex
cognitione naturae possit sciri finis cogniti
secundum Philosophum probata videtur quod similiter possunt
cognosci necessaria ad finem. Confirmatur
ideo quia in proposito non videtur necessaria quaecumque
eventum ad ipsum finem sicut in aliis; sed
propter talem quaecumque in aliis ex fine
cognoscuntur alia sicut per rationem sanitatis
cognoscuntur talia et talia requiri ad sa-
nitatem. Ad primum licet praedat

de fine qui est causa finalis, non autem de
fine attingendo per operationem quorum finem
distinctio dicendum: primum potest tendi ad aliud et
ad quod, de augmentatione et ad secundum de primo obiecto
divina visione quia omnia accipiunt naturam
in ratione ut potentiam intellectivam esse nobis
cognoscibile naturaliter quod factum est sub illa
ratione prima et speciali sub qua ad tale
finem ordinatur, et sub qua capax est
eius consummatae, et sub qua habet deum pro
perfectissimo obiecto, non enim cognoscitur anima
a nobis nec natura nostra pro statu isto
nisi sub ratione aliqua abstrahibili a sensi-
bilibus sicut patebit infra de 3. 4. secundum
talem rationem generalem non cognoscitur sibi ordinari
ad finem illum nec posse capere gratiam nec
habere deum pro obiecto. Tunc ad formam ar-
gumenti: ex ente ad finem potest cognosci
finis determinatus non est verum nisi cog-
nito ente ad finem sub ipsa ratione sub
qua habet finem illum; et sic minor est falsa
et cum probatur per propositionem dico quod licet mens
sit eadem sibi non tamen pro statu isto
est propositio sibi tamquam obiectum nisi secundum
rationes generales quae possunt abstrahi
ab ymaginabilibus. Ad confirmationem dico
quod nec aliarum substantiarum fines proprii qui si-
nt secundum rationes proprias earum cognoscuntur
nisi sint aliqui actus manifesti ex
quibus concludatur ordo earum ad talem
finem, et ex hoc patet ad illud quod additur
contra probationem minoris quod illa propositio non est falsa:
non cognoscitur a nobis finis proprius sub-
stantiae nisi per actum eius, minima non enim accipit
propositio quod non possit finis aliter cognosci;
bene enim verum est quod si substantia cognosceretur
sub ratione propria quod ipsa sit cognitiva posset
eius proprie etiam cognosci determinatio quia licet
non sit cognoscitur a nobis nisi aliqua substantia
et in nullo fine proprium possumus con-
cludere nisi per actum evidentem de illa substantia

ut non involvit et consequenter in proposito deficit
utraque via. Sed primo modo contingit duplex
de ignorantia actus suppositi, alia de
ignorantia nature in se. Ad secundum de amore
dico quod illa potentia habendi caritatem
ut ipsa est dispositio voluntatis dei in se sub propria
ratione amandi convenit nature hominis
secundum rationem specialem non quem sibi et sensibilibus
et ideo non est potentia illa naturaliter cog-
noscibilis de homine sicut nec homo
cognoscitur sub illa ratione speciali sub qua
habet potentiam est eius. Ita videndo ad istud
inquantum adduci potest ad quem principaliter
secundum oppositam rationem prime rationis sed improprium
adducitur quod ratione illam de fine super-
naturali concedo dicit esse finem naturalem hominis
licet non naturaliter adipiscendum sed supernaturaliter
et hoc probat sequens ratio de desiderio
naturali quam concedo. Ad aliud negando
illud quod assumitur scilicet quod naturaliter cognoscitur
eius esse primum obiectum intellectus nostri secundum
totam indifferentiam ad sensibilia et insensibilia
et hoc quod dicit auctor non arguit quod sit
naturaliter notum innuitur enim sectam suam
que fuit secta communis mathematicorum philosophorum et
quedam dixit ut physica et ratione probata
aliqua autem ut communia secte sue. Unde
expresse ponit libro 3° metaphysice quod anima separata
cognoscit substantias immateriales in se et ideo sub ordine
primo intellectus habet ponere substantias immateriales
contingit non sit anima. Sed secundum ipsum primum
obiectum intellectus nostri videtur esse quiditas
sensibilis et hoc aliquando in se ut in suo inferiori
vel hoc autem quiditas abstrahibilis
a sensibilibus. Quod autem adducitur de augustino
in confirmatione dico quod dictum augustini debet intelligi
de actu primo sufficiente omnino ex se ad actum
secundum sed tamen nunc impeditus propter quod impeditur
actus secundus non elicitur nunc ex primo de lege
amplius. Si obiciatur quod ille homo
in statu nature institute potuit cognoscere
naturam suam igitur finem nature ex deductione
rationis prime igitur talis cognitio

non est supernaturalis. Item quod rationem
ad ultimam rationem. Si enim ideo non cognoscitur
quid sit obiectum primum intellectus sub propria
ratione eius sub qua respicit ille obiectum
igitur non potest cognosci de quocumque quod
ipsum sit intelligibile quod non cognoscitur
potentia sub illa ratione sub qua respi-
cit quodcumque obiectum intelligibile. Ad primum
oportet dici qualis fuit cognitio hominis
in statu nature institute quod igitur ad aliquas
differentias saltem respectu maiorum per
statum illo talis cognitio est supernaturalis
quod facultatem eius naturalem secundum statum nature
lapse excedit. Ad secundum concedo quod non
habemus cognitionem de anima ut aliquis eius
potentia ita distincta quod ex ipsa possit cognosci
quod aliquod tale obiectum sibi conveniat sed
ex ipso actu quem experimur concludimus
illam potentiam et naturam cuius est ille actus
respicere per obiectum id quod percipimus attingi
per actum ita quod obiectum potentie non conclu-
dimus ex cognitione potentie sed actu quem
experimur. Sed de obiecto supernaturali nec ita
cognitionem possumus habere ideo deficit sibi
utraque via cognoscendi finem proprium illius
nature. Ad argumentum quod secunda ratio patet quod sup-
ponit unum eam negatum. Ad confirmationem
illius rationis dico quod cum finis sequitur
naturaliter ea que sunt ad finem et naturaliter
perspicit illa tunc ex fine potest conclu-
di ea que sunt ad finem. Hec autem non
est connexio naturalis sed tamen acceptatio
voluntatis divine compensantis illa merita
tamquam digna tali fine. Pro tertio arguitur
principaliter contra opinionem philosophorum 6 metaphysice
cognitio substantiarum separatarum est nobilissima
quia circa nobilissimum genus id est cognitio
eorum que sunt propria eis est magis nobilis
et intima nam illa propria eis sunt perfectiora
quam illa in quibus conveniunt cum sensibilibus
sed illa propria non possumus cognoscere ex
puris naturalibus probatio quod si aliqua scientia

naturaliter possibili inveniri viderentur
hoc esset incomplexum sed ipsa non est possibilis
nobis habere naturaliter de separatis passio-
nibus illarum substantiarum ut sunt patet quia illa
non includuntur in primo obiecto virtualiter
incomplexe scilicet in ente et hoc est quod dicit philosophus
primo metaphysice quod est sapientem cognoscere aliqua
et non in particulari et subdit qui enim
novit universalia novit aliqua omnia subiecta
sapientem vocat methaphysicam sed methaphysicam
probat ibi esse sapientiam 2o probo idem quia
ista propria non cognoscuntur cognitione propter
quid nisi cognoscantur eorum subiecta
que sola includunt talia propter quid sed
2m propria subiecta eorum non sunt a nobis
naturaliter cognoscibilia igitur nec cognoscuntur
propria ista demonstratione quia et ex effectibus
quod probatur quia effectus vel relinquunt intellectum
dubium que ad illa vel inducunt in er-
rorem quod apparet de proprietatibus prime
substancie in multis in se proprietas enim nature
eius est quod sit communicabilis tribus sed
effectus non ostendunt istam proprietatem quia
non sunt ab ipso tamquam trino et si ex ef-
fectibus arguitur ad eam magis deducunt
in oppositum et in errorem quia in nullo ef-
fectu invenitur una natura in tribus suppositis
sed tantum in uno proprietas autem illius ne
ad extra est tantum contingenter et ad op-
positum huius magis ducunt effectus in
errorem sicut patet per opinionem philosophorum ponencium
primum necessario causare. De proprietatibus etiam
aliarum substantiarum patet idem quia effectus
magis ducunt in sempiternitatem et necessitatem
earum quam in novitatem et contingenciam Si-
cut philosophi videntur concludere ex motibus quod
numerus illarum substantiarum separatarum sit 2m
numerum motuum celestium Similiter quod ille sic
sunt naturaliter beate et impeccabiles sicut
philosophi posuerunt que omnia sunt absurda
Contra istam rationem arguo et probo quod
quecumque natura de substantiis separatis cognosci-
tur nunc a nobis per fidem vel cognitionem reve-

lacionis possunt cognosci cognitione naturali et hoc
sic quecumque notiones cognoscimus nos
naturaliter et illa possumus naturaliter apprehendere
sed omnium notionum revelatarum terminos naturaliter
cognoscimus quod probo maior quia illa notitia
aut sunt mediata aut immediata. Si immediata
igitur cognoscuntur cognitis terminis primo
posteriorum. Si mediata igitur cum possumus
cognoscere extrema possumus percipere me-
dium inter illa et cognoscendo medium cum
utroque extremo quod habetur primo posteriorum
immediate et sic idem quod prius quia mediate
et inter procedetur ulterius concipiendo medium
inter extrema et cognoscendo cum extremis
quousque deveniamus ad immediatum igitur deve-
niemus tandem ad notitiam immediatam que
intelligemus ex extremis quibus se-
quuntur omnia notitia mediata igitur ista mediata
possumus scire naturaliter per immediatam probatio
minoris principalis quia habens fidem et non
habens contradicentes sibi invicem non quia
dicunt de nominibus sed de conceptibus ut de
illa deus est trinus philosophus et theologus
non tantum eadem nomine sed eundem conceptum
unus negat et alius affirmat igitur omnem
conceptum simplicem quem habet iste habet ille
Ad illud videtur de substantiis separatis sunt
aliquae veritates immediate accipio igitur
aliquam primam immediatam et sit a in ista
concluduntur multe veritates mediate puta
omnes particulares (?) veritates quia ad
predictam de quibus ad substantiam dicatur b c ista
non mediatam non habent evidentiam nisi ex im-
mediata igitur non sunt nate sciri nisi ex isto
immediato intellecto si igitur aliquis intellectus
possit intelligere terminos b et componere ad
invicem non autem possit intelligere terminos
a et per consequens nec ipsum a b erit suo intellectum
propositio neutra vera est de nobis quia credimus
quosdam conceptus habemus de substantiis naturalibus
et similibus et illos possumus ad invicem
componere sed ille complexiones non habent
evidentiam nisi ex hiis immediatis que sunt de illis

quidditatibus sub ratione propria et speciali sub
qua ratione non concipimus quidditates illas
et ideo nec scimus veritates istas generales
de conceptibus illis generalibus. Ex quo si impossibile
est aliquem concipere triangulum sub propria ratione potest
tamen abstrahere ut concipere scilicet a triangulo implicitum
est sibi proprium concipere ut est propria pas-
sio trianguli quod sit non concipitur nisi ut abs-
trahitur a triangulo potest tamen abstrahere principaliter
ab aliis principiis ut tamen iste intellectus
licet possit formare habitum compositum aliqua
figura est prima quod terminus eius potest appre-
hendere tamen ista compositio formata cum
sibi mentita quod illa est mentaliter inclusa
in ista tamen mentaliter triangulus est sicut primus et hoc
tamen mentaliter non potest intelligere quod ut terminus
eius ideo nec mentaliter potest scire quod explicat
tamen mentaliter hoc enim. Per hoc ad argumentum nego
maiorem. Ad probationem dico quod illa tamen mentaliter inclusa
sunt mentaliter non deus igitur possumus conci-
pere medium inter extrema nego quam
quod medium inter extrema est quoque concretum
ordinatum puta quod quod est alterius extremi
ut passio prior respectu posterioris pas-
sionis et tale est medium ad concludendum
ultimum extremum de extremo concreto igitur quod
quicumque potest intelligere tale medium inter
extrema quod intellectus eius includitur in
altero extremo ut est evidens aliter. Si
autem medium sit primum contentum sub altero
extremo non est concretum inter extrema tunc
non oportet quod potens concipere extrema generalia
possit concipere medium proprium ad illa extrema
ut est hic nam illa quidditas sub ratione
propria et primitive huius passionis aliqua tamen
inhaerentem sibi est medium inferius ad conceptum
generalem de quo dicitur ista passio in conceptu
et ideo non est medium ultimum inferens passionem
de quo sed particulariter hoc patet in exemplo predicto
quod non oportet quod potens concipere scilicet in quo et
proprietatem in quo possit concipere triangulum in primo
quod triangulus est medium contentum sub scilicet medio
magis ad concludendum proprietatem primo de scilicet. Sed
ideo tertio potissime concludit de prima scientia in

ubi quod eius tamquam obiectum beatum possibile
est cognitio intuitiva et tunc unum ad obiectum
quod ipsam supponit quod intellectus naturaliter non con-
cipimus deum nisi conceptu generali quod sibi
et creaturis quod impossibile in 3o dicitur quia exponetur.
Si etiam negetur istud suppositum ad hoc quod
dicere conceptum qui potest fieri de deo virtute
creature esse imperfectum qui autem fieret virtute
sue essentie esse perfectum sicut quo deus est
de conceptu generali et speciali ut dicatur 2um
aliam viam de conceptu perfecto et imperfecto
¶ Quarto arguitur sit ordinatum ad aliquem finem
ad quem est indispositum necesse est paula-
tim promoveri ad dispositionem vel illius finis. Homo
ordinatur ad finem supernaturalem ad quem
ex se est indispositus igitur indiget paula-
tim disponi ad illum finem habendum hoc
sit per aliquam cognitionem supernaturalem imperfec-
tam ergo. Si instetur quod agens perfectum potest
statim removere imperfectionem et statim agere
tertio quod si possit de potentia absoluta non perfectius
est cognitionem creature accipientis (?) vel sine perfectio-
nis condere quam non cognitive potest non
hoc hic creatum aliquis in respectu sue perfectionis
finalis vel perfectius est quod hoc sibi conceditur
hoc autem non potest sine aliqua cognitione
imperfecta supernaturali preter illam perfectam ad
quam ordinatur finaliter. ¶ Quinto arguitur sicut omne
agens creatum instrumento in agendo non
potest per illud instrumentum in aliquem actum
qui excedat naturam instrumenti. Lumen autem
intellectus agentis est instrumentum quo anima
utitur in intelligendo naturaliter igitur
non potest per illud lumen in aliquem actum qui
excedat naturam huius luminis. Sed tale lumen
limitatum est ad cognitionem habitam per viam
sensuum igitur anima nostra non potest in aliquam cognitionem
que non possit haberi per viam sensus sed multorum
aliorum cognitio est intuitiva pro statu isto ergo.
¶ Hec ratio videtur concludere contra illud quod fecit
eam 2um enim deductionem illam lux intellecta (?)
non potest uti intellectus agentis ut instru-
mento ad cognitionem alicuius sincere intuitive (?)

quia talis cognitio non potest haberi via sensuum sine speciali illustratione et ita sequitur quod in cognitione naturali sine revelatione lumen intellectus agentis non habet aliquam actionem aliquo modo quod videtur inconveniens quia illa actio perfectior est qua operatur intellectus et per quam quod perfectius est in anima, id est intellectiva, ergo concurrit aliquo modo ad illam actionem. Iste due rationes non videntur multum efficaces: prima, cum esset efficax si esset probatum quod homo ordinatur finaliter ad cognitionem supernaturalem, cuius probatio pertinet ad quaestionem de beatitudine, et similiter ad hoc ostendendum cognitionem naturalem non sufficienter disponere pro statu isto ad cognitionem supernaturalem consequendam. Secunda vero duo petit, scilicet aliquam cognitionem esse necessariam quae non potest cognosci via sensuum, et quod lumen intellectus agentis est ad talia cognoscibilia limitatum. Tres autem sequentes rationes probabiliores apparent. Ad quaestionem igitur, in primo distinguendo qualiter aliquid dicitur supernaturale: potentia enim receptiva comparatur ad actum quem recipit et ad agens a quo recipit. Primo modo ipsa est potentia naturalis vel violenta vel neutra: naturalis si naturaliter inclinatur, violenta si sit contra inclinationem eius naturalem, neutra si neque ad illam formam inclinatur neque ad oppositum. In hac comparatione nulla est supernaturalitas, sed comparando receptivum ad agens a quo recipit formam, tunc est naturalis quando receptivum comparatur ad tale agens quod naturaliter natum est imprimere talem formam in tali passo; supernaturalitas autem quando comparatur ad tale agens quod non est naturaliter impressivum illius formae in illud passum. Ad propositum igitur: comparando intellectum possibilem ad notitiam intellectualem in se nulla est sibi cognitio supernaturalis, quia intellectus possibilis quacumque cognitione naturaliter perficitur et ad quamcumque naturaliter inclinatur. Sed secundo modo illa est supernaturalis quae imprimitur ab aliquo agente quod non est natum movere

intellectum possibilem ad talem cognitionem naturaliter. Pro statu autem isto secundum philosophum intellectus possibilis natus est moveri ad cognitionem ab intellectu agente et phantasmate, igitur sola illa cognitio naturalis est quae ab istis agentibus potest imprimi. Virtute autem istorum potest haberi cognitio omnium complexorum quae secundum legem communem habentur a creatura, sicut patet in instantia contra tertiam rationem principalem. Et ideo licet Deus possit per revelationem specialem cognitionem aliquorum complexorum causare sicut in raptu, talis tamen non est necessaria de lege communi. De complexis autem necessariis secus est, quia sicut ostensum est per tres rationes primas, quia primas conclusiones addiscimus posita tota actione intellectus agentis et phantasmatis, tales conclusiones remanebunt ignotae et nobis neutra quarum cognitio est nobis necessaria. Istorum igitur notitiam necesse est supernaturaliter nobis tradi, quia nullus potest eorum notitiam naturaliter invenire et aliis eam docendo tradere, quia sicut Augustinus ita arguit ex naturalibus causis neutrum horum. Ante autem post primam traditionem doctrinae de talibus posset aliquis assentire naturaliter doctrinae traditae de hoc in 3° libro de civitate Dei xxxiv cap. Ista autem traditio prima talis doctrinae dicitur revelatio quae ideo est supernaturalis quia est ab agente quod non est naturaliter motivum intellectus pro isto statu. Aliter posset dici supernaturalis quia ab agente supplente vicem obiecti supernaturalis. Nam obiectum natum causare notitiam huius "Deus est trinus" vel similium est Deus sub propria ratione cognita; ipsa enim sub tali ratione cognoscibilis est nobis obiectum supernaturale. Quodcumque igitur agens causat notitiam alicuius talium veritatum quae natae essent evidentes per tale obiectum sic cognitum, illud agens supplet in hoc vicem illius obiecti, quia si agens ipsum causaret notitiam perfectam veritatis qualem ipsum obiectum in se cognitum causaret, tunc perfecte suppleret vicem obiecti. Si autem causaret

impressionem ad hoc diceretur supplere pro
quanto notitia impressionis qua faciat virtualiter
continetur in illa perfectio eius obiecti ipse cog-
nitio esset causata ita et in proposito nam
revelans habet deus et limus causat in
mente aliqualem notitiam huius veritatis
licet obscuram quia de obiecto sub propria
ratione non claret cognitio quod obiectum si esset
clare cognitum natum esset causare perfectam
et claram notitiam huius veritatis propter quod
igitur haec notitia obscura in illa clara
includitur eminenter sicut imperfectum in perfecto
pro tanto revelans vel eius habet obscu-
ram supplet vicem obiecti illius notitiae
clarae causatam propter quod non possit no-
titiam alicuius veritatis causare nisi ut
supplens vicem alicuius obiecti vel talis
actu dico obiecti illo notitiam causare
possit ut suppleret virtutem alicuius obiecti infe-
rioris naturaliter moventis intellectum quod nullum
tale naturaliter includit aliquam notitiam
eminenter illarum etiam vel obscuram oportet
igitur quod in causando etiam illam obscuram
suppleat aliqualiter vicem obiecti supernaturalis
Dicta istorum duorum modorum ponendi
supernaturalitatem notitiae revelatae patet
separando unum ab alio puta si agens
supernaturale causaret notitiam obiecti naturalis
ut si infunderet geometriam alicui illa esset
supernaturalis primo modo non secundo sed supernaturalis
secundo modo est supernaturalis utroque modo quod sic
infertur primum non econverso ubi autem est primus
tantum non est necesse quod sit ita supernaturalis quin
aliter possit haberi naturaliter ubi autem est secundus
modus est necessitas ut supernaturaliter habeatur
quod naturaliter haberi non potest Tres rationes
quibus innititur positio ista confirmatur per auc-
toritates Prima per aug. 18 de ci. c. xli
philosophi nescientes ad quem finem ista referen-
da essent [illegible] falsa quae locuti sunt vix in-
venire potuerunt etc. 2a vero confirmatur per
aug. x de ci. c. 2 quid prodest nosse quo
eundum est si ignoratur via qua eundum

sit In hoc errabant philosophi quia et si ali-
qua vera de divinis tradiderunt tamen
falsa miscuerunt 2m autem aug. pre-
cedente et patet ex corpore libri improbat
enim auctor politias a multis dispositas
2o pol. Et nec ipse auctor est ita rep-
rehensibilis ubi docet deos honorandos
docet magistrum cultum exhibendum diis et ibidem
c. 4 vel 14 sit lex nullum orbatum tra-
dit mittere 3a vero confirmatur per aug. 18
de ci. c. 3 ea quae remota sunt a sensibus
nostris quoniam testimonio nostro scire non
possumus aliorum testimonia requirimus
Et hoc confirmat totam solutionem principalem
quia omnes complexiones illae de quibus
arguitur est nobis occultae sunt neutrae
nullus potest suo testimonio credere de ipsis
sed oportet testimonium supernaturale requirere al-
terius superioris tota specie humana Qualiter
autem prima traditio sive revelatio
talis doctrinae potuit fieri et factum est sicut
dubium est Dubium enim est an locu-
tione exteriori an interiori vel aliqui-
bus signis ad hominibus sufficientibus ad inducendum
assensum ad propositum sufficit quod utroque modo
potuit revelari talis doctrina sed non
modo sine errore potest ab homine tradi Contra
istas tres rationes sunt instantiae quod scrip-
sas destruat quod oportet esse notitiam cognos-
cendi [illegible] esse verum quod nihil scitur
nisi verum igitur quaelibet rationes illae osten-
dunt notitiam cognoscendi puta quod finis
dei ipse sit finis hominis quo ad primam
beatam de veniendi ad ipsam est per iusti-
tia quae deus acceptat ut digna tali
premio quo ad secundam deus est trinus et co-
niungeretur cum homine quo ad tertiam tota ratio
[illegible] vel igitur rationes illae non sunt
nisi ex fide vel ex ipsis concluditur oppositum
eius quod probant Primo naturali ratione oportet
notitiam esse scire determinate alterum partis
contradictionis huius finitum est finis finitum

non est finis quia talis dubitatio vel ignorantia impediret inquisitionem finis non autem oportet naturali ratione quod habeat per se scientie quesita et hac modo rationes probate ut sunt naturales concludunt de alia parte contradictionis quare ille non deviat de hac nisi ex creditis tantum. Ad ar-
47° gumenta oppositi. Ad primum dico quod cognitio dependet ab anima cognoscente et obiecto cognito quia secundum Augustinum 9 de Trinitate capitulo ultimo a cognoscente et cognito paritur notitia. Licet igitur anima habeat sufficiens activum et passivum intellectum pro quanto actus vel cognitionis quantum ad animam tamen non habet intellectum sufficientes activum pro quanto activus quia ut dicit 3 de anima est ut tabula nuda. 3 de anima est igitur intellectus agens quo est omnia facere ubi est inquantum factio quantum respectu cognitionis convenit anime non autem inquantum obiectum et actum. Ad confirmationem dico quod natura quedam accipitur pro principio intrinseco motus vel quietis prout describitur 2° physicorum. Quedam pro principio activo naturali prout distinguitur contra artem sive propositum vel oppositum modo primo dicto primo modo non est vera maior quia non convenit omni passivo naturali principium activum quod patet quia multa sunt naturaliter receptiva alicuius cuius non habent principium activum intrinsecum. 2° etiam modo probatio maior est falsa in quibusdam que sunt natura propter suam excellentiam ordinatur naturaliter ad recipiendum perfectionem ut a causis que non potest sub esse causalitati agentis naturalis. 2° modo ita est in proposito et cum probatur maior dico quod potentia passiva huius non est frustra in natura quia et si per agens naturale non posset principaliter reduci ad actum potest tamen per tale agens induci dispositio ad ipsum et per aliquod agens in natura id est in tota coordinatione entium puta per agens supernaturale potest complete reduci ad actum. Si obicitur quod istud derogat nature

quod ipsa non posset consequi perfectionem suam ex naturalibus cum natura nunquam deficiat in nobilibus ex 2° celi et mundi. Praeterea si felicitas nostra consisteret in speculatione supernaturali ad quam nunquam possumus naturaliter attingere non diceret philosophus naturam deficere in necessariis nunc autem contrarium. Hic posse habere naturam et ultra hoc dicitur illas omnes naturaliter posse recipi igitur in his maxime deficeret natura quia si supernaturalia possibilis poneretur illa naturalis nec minus si ad maiorem perfectionem sit capacitas passiva in aliqua natura quam eius sit activa extendatur. Quod vero adducitur de primo celi et mundi non est ad propositum quia philosophus loquitur ibi de organis convenientibus potius motive si ipsa inesset stellis et contra ultimo quod credatur potentia nata esse organica eidem datur a natura et non orbaretur. Sed in proposito data est potentia non organica aut non est datum naturaliter omnia alia convenientia ad actum a philosopho igitur non ubi patet quod natura ordinabilis ad aliquem actum vel obiectum naturaliter habet potentiam ad illud et organum si est organica sed non patet est de potentiis requisitis ad actum. Aliter possumus dicere ad minorem quod ipsa est vera loquendo de potentia passiva naturali ut passivum comparatur ad actum non autem ut comparatur ad actum receptum ut dicitur membro patet in principio solutionis questionis minor est vera 2° modo non primo. Posset etiam facilius dici ad minorem quod licet absolute intellectus possibilis sit naturaliter receptivus talis intellectionis non tamen pro statu isto de causa huius infra dicetur. Ad 2m dicendum quod diversitas rationum scibilis vel cognoscibilis diversitatem scientiarum inducit eandem conclusionem demonstrat naturalis et astrologus puta quod terra est rotunda sed astrologus per medium mathematicum id est abstractum naturalis autem per medium circa materiam concretum

vnde nichil prohibet de eisdem rebus
de quibus physice disputative tractatur 2m q
sunt cognoscibiles lumine naturalis rationis aliter
sciencia tractare 2m q cognoscuntur lumine re-
uelacionis diuine / Contra si de cognos-
cibilibus de quibus est theologia est possibilis
tradi cognicio in aliis scienciis licet in alio
lumine igitur de hiis non est necessaria cog-
nicio theologica quia patet in exemplo eius qui
cognoscens terram esse rotundam per medium
physicum non indiget cognicione eius per
medium mathematicum tamquam sibi necessaria / Secunda
autem visio ad 2m exponitur sic habitus
et est habitus et est forma inquantum habitus
habet dici ab obiecto inquantum forma potest dis-
tingui a principio activo respectu autem
habitus scienciarum principia sunt cause
effective licet igitur ubi eadem sciencia
ut quod terra est rotunda non sit diversa per obiecta
tamen diversa per principia quibus mathematicus et
physicus hoc ostendit et est diversus habitus inquantum
sunt forme / Contra hoc forma est qua
ad habitum quia ergo impossibile autem est
aliqua esse distincta in ratione superiori
et indistincta in ratione inferiori igitur ex
impossibile est aliqua esse distincta in ratione
forme et indistincta in ratione habitus / hoc
enim esset ac si aliqua essent distincta in
ratione animalis et indistincta in ratione ho-
minis / Preterea supponit quod principia sunt
distincta habitus qui sunt in anima igitur cause
quia ut principia effectiva quod falsum
est quia si aliqua ratione cause distincte
sunt ad habitus illos non sunt nisi ratione
cause efficientis / Preterea sic stat ratio quia
quantumcumque possent poni habitus cognos-
centium distincti tamen non salvatur uni-
tas unius habitus qui alias cognicio sit
impossibilis ponendo possibilitatem alterius habitus
vndecumque distincti / Ideo ad argumentum in oppositum quod
in illis scienciis speculativis et sic tractetur
de omnibus speculabilibus non tamen quantum ad
omnia speculabilia et cognoscibilia de eis

quia non quantum ad ista corpora sed prius
primum in 3 ratione quia post op. / Ad 3m
videtur sic quod principia prima non sunt
applicata ad aliquas conclusiones non speciales
tamen quia tamen corpora sunt abstracta a specialibus
et ita supponunt naturam corporum tamen quia intel-
lectus agens per que dicitur fieri limitacio
applicacio limitatur ad specialia / Contra
certum est intellectum principia illa esse vera
non tamen in specialibus sed in universalibus non enim
magis dubitat quis contradictoria non
sunt vera de eodem nisi quia de similibus
et quod diversa quod totum sit maius est eius quod diuiditur
in partes quia et quod illud non extenditur
sic ad obiectum theologicum hoc nichil valet quia
non magis dubitamus contradictoria
non esse vera de deo quam de alio / Alia
visio datur quod non ex maioribus solis
non sciuntur conclusiones sed ex minoribus ad-
iunctis nunc autem minores que debent
illis adiungi non sunt naturaliter note
/ Contra minores sumende sub primis
principiis predicant de superioribus sub ter-
minos subiectorum primorum principiorum
sed notum est terminos primorum principiorum
dici de quibuscumque quia sunt communissimi
igitur / Ideo videtur quod 2a pars minoris est
falsa scilicet quod in primis principiis inclu-
duntur virtualiter omnes conclusiones scibiles
Ad probacionem dico quod sicut termini sibi
sunt conclusiones ita et termini sibi positi quando
igitur termini sibi accipiuntur distributive
pro omnibus non accipiuntur pro omnibus nisi
respectu terminorum priorum qui sunt communis-
simi et pro quibus autem talium principiorum
non sciuntur de inferioribus nisi per ita commu-
nissima hoc patet ratione quia medium non
potest esse principium quod rationis alicuius passionis
nisi que includitur virtualiter in racione
illius medii in ratione autem sibi primi
communissimi non includitur / Et quod aliquid

aliqua passio particularis sed tamen
quissima igitur illud subiectum non potest
esse ratio cognoscendi passiones aliquas
non quissimas sed preter passiones
quissimas sunt multe alie passiones
speciales ad quas non possunt esse media
primorum principiorum que non includunt
illas igitur multe sunt veritates speciales
que non includuntur in primis principiis
hoc patet in exemplo quia et si omne totum
est maius sua parte includat istam
quaternarius est maior binario et
alias speciales de eodem subiecto non tamen
includit istas quaternarius est duplex
ad binarium nec aliquas speciales in proportione
sexquialtera ad dualitatem nam ad ista
predicata ista media specialia inclu-
dencia ipsa. Secundo principaliter est quia
licet contingat descendere sub subiecto universalis
affirmative non tamen sub predicato mul-
ta autem predicata contenta sub predicato
primorum principiorum sunt specialia de ipsis
omnibus ad subiecta illorum illa predicata
per prima principia non sciuntur de illis
subiectis. Consequentia hoc obicitur de quolibet aff-
irmativo vel negativo et de nullo simpliciter se-
quitur de isto albo vel non albo ita quod licet
descendere sub subiecto primo. Principium istud pri-
mum de quolibet affirmatio et cetera istam de
quolibet contingit quod de toto et cetera sed sub pre-
stante consequens non licet descendere
quia non sequitur de quolibet contingit contra
dictoris altera pars est vera igitur hoc patet
ita est in aliis principiis quod subiectum
universalis affirmative stat consequens non sine
sunt ibi due distributiones in subiecto sine
una et in exemplo patet ad hoc propositum quod de
homine scibile est quod sit risibilis nunquam
tamen per hoc principium sed requiritur ad
principium speciale. Ad primum distinctio
de obiecto naturali quod potest accipi vel pro eo ad
quod naturaliter sive ex actione transitiva
naturaliter actuatur potest potentia attingere vel
pro illo ad quod naturaliter inclinatur potentia
sive possit illud attingere naturaliter sive
non possit igitur maior negata intelligendo
naturale primo modo quia obiectum primum est ade-
quatum potencie et ideo abstractum ab
omnibus illis ita que potentia potest operari
non omnis autem potest intellectus possit naturaliter
intelligere tale quia possit intelligere
naturaliter quodlibet contentum sub illo quia
intellectio alicuius contenti multo ex-
cellentior est intellectione consequens talis
sed potest concessio minori in utroque sensu
quod intenta non est si de naturaliter attingi-
bili quod potest maior secundo sit falsa. Consequentia contra
responsionem arguens quod destruit se ipsam
primo obiectum potencie est adequatum eius
ipsum et unum est quod nichil respiciat potentia
pro obiecto nisi in quo est ratio primi obiecti ergo
impossibile est aliquid sit primum naturaliter
esse obiectum quod quodlibet contentum sub ipse
obiecto naturaliter. Ad oppositum tamen non est ade-
quatum naturaliter sed excedens et aliquod
eo infinitius adequatum et ita primo. Racio
autem que adducitur pro responsione fallit
secundo quod licet ens ens ut est quidam
intelligibile uno actu sunt illa intel-
ligibilia una intellectione sit naturaliter
attingibile illa ens unita intellectione
entis unius ut obiectum est naturalis non tamen
ens potest poni primum attingibile naturaliter
quod est primum obiectum ut includitur in omnibus
per se obiectis et ut sic non est naturaliter attin-
gibile nisi quodlibet istorum sit naturaliter attingibile
quia contra igitur hoc quidem et quale quid in
arguitur ens est naturaliter intelligibile in ens
ut primum vel adequatum obiectum intellectus
est naturaliter attingibile quia autem est unum
ut ens est unum intelligibile primo alius
quod concludit de ente ut intelligitur in omnium
intelligibilium non ut seorsum ab illis intelligitur.
Ad argumentum igitur in alia responsione vera
quando minor est falsa de obiecto naturali vel naturalis

attingibili vel alias alio modo ad quod
si naturaliter ordinatur potentia et ita debet
intelligi auctoritas auctoris. Ad autem
sit obiectum ponendum primum naturaliter at-
tingibile de quo supra dictum est. Confirmatur ra-
tio per Aristotelem de li. ar. c. q. nullam magis
scientiam putantem quae sola sufficiat
ad actum potentie vocat quod nos
quando dicimus potentiam sicut patet per
exemplum eius de musico non est igitur inconve-
niens potentiam esse naturaliter ordinatam
ad obiectum ad quod non potest naturaliter attin-
gere sicut quelibet ex se sola ordinatur
ad actum et tamen non potest sola elicere
Ad secundum nego consequentiam ad probationem patet
ex dictis in responsione ad primum argumentum
pro opposito principali quia superior ordinatur ad
perfectionem maiorem passive recipiendam
quam ipsa possit active producere et pro-
pter ipsorum perfectio non potest produci nisi
ab aliquo agente supernaturali non sic
de perfectione inferiorum quorum perfectio ultima
potest subesse actioni inferiori agentium
Ad tertium dico quod veritati alicui complexe
fidei credende intellectus possibilis est improportio-
natus non est proportionalis modo respectu talium
agentium que ex se sunt et hunc intellectus
agentis naturaliter non sunt cognoscibilia nec
[illegible] igitur sit proportionatus per ad. [illegible] et per ad.
in ratione motoris quia per movens super-
naturale revelans assentit illi veritati
et per aliud in ratione forme que et per ipsum
assensum fundatur in ipso qui est quedam
inclinatio in intellectum ad obiectum istud
proportionans ipsum isti. Et cum queritur utrum
an illud aliud sit naturale vel supernaturale
dico quod supernaturale sive intelligas de
agente sive de forma. Ad instantiam cum
intellectus est improportionatus ad illud
et proportionatus ad aliud dico quod ex se
est in potentia obedientiali ad agens

et ita sufficienter proportionatus illi ad hoc
ut ab ipso moveatur similiter ex se
est capax illius assensus causati
a tali agente et ita naturaliter capax
non oportet igitur ipsum ad aliud proportionari
illi assensui recipiendo. Stat igitur in
egerit vel punierit indeus quod tamen
quam materiam hoc contingeret. et dato quod
alicui nullum miraculum narraret
tamen quid deus punivit assistendo
2m quem influenciam non impediendo hoc
principaliter intenditur in libro. propterea inquantum
est per scripturam et qualiter illud ordi-
natum sit ad bonum convenientem. si sit
ordinate vel iuste punitum si fuerit malum
hoc frequenter additur in eodem libro
vel alio aut si pretermissum fuerit vel hoc
punitum vel tacet scriptura alibi de
illo in generali quia aliter punitur. Ad argu-
menta q. ad primum dico quod hoc loco
de subiecto accedente et non de subiecto consequenti
accidente

declaratis. Ad 2m de 2o phi(sicorum) dico quod
intelligit de materia ex qua non in qua
vel melius quod subiectum scientie 2m naturam
non pertinet ad genus cause materialis
sed efficientis. Dicitur tamen subiectum scientie ma
teria per quandam similitudinem ad priorem
ubi simul conveniunt et ideo omnis scientia quae
et ideo materie susceptive quia actus
eius est factio consequens extra, non sic
est de actu speculative scientie. Dicitur enim speculative
quia non terminatur in se sed terminatur ad
aliud extra quod est licet non recipi
atur in illud extra quod est sed manet
in speculante. Et propter hoc habet unam proprietatem
materie scilicet esse extra quod est aliquid. Obiectum
dicitur materia vel scientie et actus eius.
Ad illud de primo posteriorum dico quod
obiectum cuiuslibet scientie inveniendo naturaliter est
prius. Et ideo omne tale habet partes subiectivas.
Huius autem scientie obiectum est hic essentia
ut sunt quia impressionis est in in-
creata vel quod in multis singu-
laribus dividitur. Ista igitur impressione
ablata remanet quod ista essentia est
secundum se pure divisibilitatis vel divisibilitatis in partes
subiectivas. Nec posset dici quod persone di-
vine sunt quasi partes divine essentie sed
essentia in eis non numeratur. Quod addi-
tur de passionibus dicunt aliqui quod attri-
buta sunt quasi passiones huius essentie
sed hoc non valet quia consideratio attributorum
naturaliter nobis intelligibilium est consideratio
metaphysica. Non est autem consideratio metaphysica
nisi sint aliqua attributa per se que
in essentia includuntur essentie ut hic et
non eius ut a nobis naturaliter cognosce-
re cognoscantur. Et dicitur quod passio est ex
ratione et essentiam subiecti. Hoc est verum ubi
passio est realiter extra absolutum sed in
divinis aliud quod hic ratio passionis non
est certum quia propter simplicitatem consistit
in essentiam. Et quantum ad stabilitatem
sunt per rationem essentie ac si essent realiter
distincta ab essentia. Ad 3m de pri-
ncipiis subiecti dico quod non oportet principia solum
esse principia ipsius subiecti in se quia eius
inquantum eius quod ponitur subiectum in scientia
nulla sunt principia quia non essent cuiuslibet
entis. Sed oportet cuiuslibet subiecti esse principia
per que demonstrantur passiones eius
de eo. Ex eius principiis ex mediis
demonstrationis formantur principia complexa
a quibus propositiones per se note. Hoc modo
sunt esse principia cuiuslibet subiecti quantumcumque
simplicis vel saltem passionum. Ad 4m
dico quod causalitas illa assignatur in com-
parationem huius scientie non obiecti primo forte.
Ad quintum dico quod quicumque spiritus in
una re subsistente non est realis talis
est realis. Ideo licet aliqua res separata ha-
beat omnes species tota substantia
habet propter istas per realem. Ad 6m dico
quod est ad oppositum. Dicitur primo quod hoc ponitur
subiectum moralis scientie ut medicine propter
quod continet virtualiter omnes virtutes talis
scientie nam corpus humanum continet virtualiter
rationem sanitatis. Ideo omnis sanitas hominis
est talis quod corpus humanum est sic
dispositum ut complexionatum. Similiter anima
hominis continet virtualiter rationem felicitatis
naturalis hominis. Non sic homo continet
rationem finis huius scientie quia felicitas
naturalis ut obiectum eius non includitur in
ratione hominis. Et ideo non potest esse huius scientie
primum subiectum. 2o quia homo est finis ultimus
scientiarum istarum ad quam tam sanitas
quam felicitas ordinantur. Primo quia omnis naturalis
amor concupiscentie presupponit amorem
amicitie. Sanitas autem vel felici-
tas amatur amore concupiscentie. Illud
quod amatur amore amicitie est finis

ulterior quam aliquis istorum tale est corpus ex una parte et anima ex alia, igitur si homo secundum corpus vel animam est subiectum huius scientie sequitur quod finis est subiectum huius scientie. Ad primum dico quod prima propositio est falsa quia nichil aliud est finis scientie nisi attingere per actum proprium obiectum illius scientie non quod inducat aliquam formam in obiectum per illum actum proprium quia scientia non est qualitas aliqua finita. Ad secundum sic quando dicitur quod Hugo et Cassiodorus loquuntur non de formali obiecto sed de materia proxima de qua diffusius tractatur in scriptura propter ordinem immediatum quem habet ad finem. Ad secundum dico quod metaphysica non est de deo ut de subiecto primo quod probatur quia preter scientias speciales oportet esse aliquam communem in qua probentur omnia que sunt communia illis specialibus, igitur preter scientias speciales oportet esse aliquam de ente in qua tradatur cognitio passionum de ente que supponuntur in istis specialibus. Si igitur aliqua naturalis est de deo preter illam est aliqua de ente in quantum ens naturalis scientia. Tunc probatur quod sit de deo per philosophum 6o metaphysice. Dico quod ratio eius non concludit: nobilissima scientia est circa nobilissimum genus, vel ut subiectum primum vel ut consideratum in scientia illa modo perfectissimo quo potest considerari in aliqua scientia naturaliter acquisita. Deus non et si non est primum subiectum in metaphysica est tamen consideratum in illa nobilissimo modo quo potest considerari in aliqua scientia naturaliter acquisita. Ad quartum i. philosophi dico quod Averroes cum contradixit Avicenne et contra eum male probat primo quia si aliquas substantias separatas esse est suppositum in scientia metaphysice et probatum in scientia naturali, ergo physica esset simpliciter prior tota metaphysica quia in physica ostenditur de subiecto metaphysice si est quod prius supponitur toti scientie metaphysice et contra illum. Secundo quia per cognitionem effectus potest demonstrari de causa quia est, quam conclusionem probat quia impossibile est esse in effectu nisi causatum, sed multe passiones considerantur in metaphysica quas impossibile est esse in effectu nisi causentur nisi ab aliqua prima causa talium entium, igitur ex illis passionibus metaphysicalibus potest demonstrari aliqua prima causa illorum entium esse in metaphysica, probatur quia mutuatio entium dependentia compositio et huius que sunt passiones metaphysice ostendunt aliquod ens verum simpliciter actu dependens et necesse et multo perfectius ostenditur substantia prima esse ex passionibus consideratorum considerati in metaphysica quam ex passionibus naturalibus ex quibus ostenditur primum movens esse. Ad aliud dico quod respectus finis non est ratio nobilissima cognitionis sed illud quod est finis sicut ratio finiti. Divinitas autem est ratio fundamentalis respectus finis ad creaturam. Contra obiectio de bonitate ex 2o metaphysice dico quod et si per aliquem comparatur bonitas sit finis fundamentum tamen radicaliter, et per consequens ipsius finis est divinitas. Verum autem sequitur si non est finis ultimus igitur non est aliquid bonum, quia si nullum est perfectum bonum nullum est bonum, nullum enim est bonum perfectum quod ordinatur ad aliud quia quod est tale habet bonitatem derivatam, non oportet tamen bonitatem esse rationem propriam ipsius finis sed essentia magis propria est et fundamentalis, per hoc patet ad auctoritatem 6 metaphysice quia non debet intelligi dictum suum de fine sed de ratione fundamentali respectus finis. Ad 3am quando videtur posse probari dici quod theologia non est de omnibus scibilibus quia quiditates distincte a divina

essentia ut est hic sicut essentia continet primo virtualiter illas veritates de se. Probatur quia si per impossibile et circumscripto omni alio esset intuitive ad quod continentur tales veritates sicut patet de linea et uno quantum ad propositiones immediatas de eis. Et secundo hoc posset poni per intellectum divinum quod esset hic dispositionis specialis secundum rationem ut potest theologia esset hic quae causaret illa essentia ut hic in intellectu eius. Theologia autem in intellectu eius esset quod veritates lineae esset in intellectu eius et sic de angulis virtute unius et sic de aliis. Confirmatur hoc explicatur primo quia intellectus divinus vilesceret eo quod pateretur ab aliquo alio a sua essentia, nam si in illo obiecto vel in quo intelligit lineam ad hoc est quasi impotentia ad veritates comprehendendas quae sunt in linea et virtute ipsius quiditatis cognoscit eas. Igitur linea quasi effective imprimet cognitionem veritatum istarum in intellectu divino et ita linea erit motiva intellectus divini. Secundo sic omnis potentiae admissis per se obiectis virtute propria eorum primum obiectum est aliquid quod eis secundum si linea virtute sua causaret veritatem in intellectu divino pari ratione et aliae res causabunt veritatem in intellectu eius et ita obiectum primum intellectus divini erit ens quod non essentia divina sua. Nec obstat quod alia obiecta sua attribuuntur ad essentiam suam, ita enim alia entia attribuuntur ad substantiam et tamen primum obiectum intellectus non est ens. Tertio quia sua essentia est primum obiectum, patet quod non constare potentiis igitur est primum secundum virtutem non autem esset obiectum primum virtualiter si quodlibet aliud virtute propria immutaret intellectum eius. Ideo aliter dico quod theologia divina est de omnibus cognoscibilibus quia obiectum primum theologiae sic facit omnia alia

actu cognita in intellectu suo ita quod in primo signo naturae essentia sua est primo cognita in intellectu suo et in secundo signo naturae quiditates virtualiter continentes veritates proprias in tertio signo sunt veritates illae sic contentae in illis quiditatibus sibi notae, nec est ordo vel ad tertium secundum talitatem quia quiditates istae aliquid causaverunt in intellectu eius. Sed tamen ordo effectivus ordinatorum vel eiusdem causae puta quod essentia sua quasi prius non causat istas quiditates ut notas quam veritates de eis fiant notae. Exemplum si sol illuminaret aliquam partem propinquam et aliquam partem remotiorem non esset illuminabilis nisi a sole per medium eius opacitate sol illuminaret partem illam remotam non autem partem primo illuminata esset tamen ordo inter partem propinquam et remotam sicut ordo effectuum eiusdem causae non autem ordo causae ad effectum quia pars propinqua illuminata nihil agit in partem remotiorem operatum ita hic essentia in intellectu divino facit quiditates aliquas actu notas et quasi posterius naturaliter facit veritates istas in illis contentas notas eidem intellectui. Illae tamen quiditates nullam veritatem hic respectu intellectus divini causant quia intellectus divinus non est natus perfici ab illis quiditatibus quia est infinitus, ille autem finite, et infinitum a finito nullo modo perficitur. Sic igitur deus de omnibus cognoscibilibus habet solus cognitionem theologicam quia tamen virtute primi obiecti theologici actuatur intellectus eius ita quod theologia dei non tantum est de omnibus sed etiam omnibus cognitio possibilibus deo de eis. Alterius ipsa est de quibuscumque omnis cognitio non includens imperfectionem aliqua ex se quia ipsa sola de quocumque cognitio scilicet non includit litteras quaelibet autem alia

quia est actu limitata intellectio includit limitationem.
Sed de intellectibus beatis angelicis est quia
illi nati sunt moveri a quidditatibus creatis
ad cognitionem veritatum inclusarum in eis
et ideo praeter istam veritatem theologicam quam
habent de illis quidditatibus ut obiectis
in essentia dei possunt habere cognitionem naturalem
de eisdem ex propria motione earum. Theologia
igitur beatorum de quibuscumque sit, tamen
non est omnis cognitio de illis possi-
bilis tali intellectui. Sed dubium est
an sit de omnibus licet aliqua alia sit
de quibusdam cognoscibilibus. Hic distin-
guendum est de theologia in se et ut est
habitus perficiens intellectum comparatum
beatum. Primo modo est de omnibus scibilibus
quia omnia illa nata sunt sciri virtu-
te primi obiecti theologici. Secundo etiam modo dico
quod est impossibile eam esse de quibus-
cumque immo de omnibus scibilibus quia omnia
scibilia non sunt infinita de facto autem
non habet limitationem nisi de voluntate dei
ostendentis aliquid in essentia sua et ideo
theologia eorum actualiter est de tot quot
voluntarie deus ostendit eis in essentia
sua. De theologia nostra dico quod non est
actualiter omnium quia sicut theologia beatorum habet
tantum ita et nostra ex voluntate dei reve-
lantis, tamen ante praefixionis a voluntate
dei quantum ad revelationem generalem est
illorum quae sunt in scriptura sacra quia
sicut habetur Apocalypsis ultimo qui apposuerit ad
haec apponet ei deus plagas quae appositae sunt
in libro isto. Igitur theologia nostra de facto
non est nisi de his quae continentur in scrip-
tura et de his quae possunt elici ex eis.
De possibili theologia nostra dico quod non potest
esse de omnibus tamen propter defectum intellec-
tus non potentis cognoscere in speciali multas
quidditates revelatas ante secundum communem
legem non est nisi de his quarum termini
naturaliter possunt concipi a nobis tamen
propter defectum theologiae nostrae revelatae quae
secundum aliquos non potest stare cum cognitione
evidenti de eisdem cognoscibilibus
et per quas de naturaliter nobis cognitis omnis
tamen theologia sive nostra sive beatorum sive
dei est de omnibus entibus quantum ad
aliqua cognoscibilia de eis scilicet quantum
ad respectus quos habent ad essentiam
divinam ut est haec essentia quia respectus
non potest cognosci sine cognitione ambo-
rum extremorum et ita respectus qui est ad
hanc essentiam ut haec non potest cognosci
sine cognitione huius essentiae ut haec.
Sic igitur theologia dei videtur dicenda de omnibus
esse et omnis cognitio non includens imper-
fectionem in intellectu dei qui non potest
habere aliquam cognitionem imperfectam est omnis
cognitio, non tamen simpliciter est omnis cognitio
quia praeter eam potest haberi alia cognitio
de aliqua quidditate speciali movente intel-
lectum creatum, ipsa etiam est sola cogni-
tio de omnibus quantum ad alia cognosci-
bilia scilicet quantum ad respectum eorum ad
essentiam divinam ut haec, scilicet tamen ut haec
fuerit aliquid respectu creaturae et non sub
ratione alicuius attributi naturaliter a nobis
intelligibilis. Et ista forte est ratio una
quare non possumus scire de intellectu
creato quod ordinetur ad hunc finem ut habet
quia non possumus cognoscere rationem fundandi
in nostro intellectu ad istam essentiam tamquam
ad finem proprium quia nec extremum ad
quod est respectus nec rationem imaginis
respectu illius naturae sicut sanctus loquitur
de imagine. Ad argumenta dico quod concludit
de theologia non in se sed ut nobis traditur in sa-
cra scriptura.

Iuxta hoc quaero utrum theologia in se
sit scientia et utrum ad aliquam scientiam ha-
beat habitudinem aliquam subalternantis
vel subalternatae. Quod primo quod dico quod

sc̄ia stricte supra includit 2ª s. q
sit q̄gnicio c̄ta v̄or ⁊ absq; decep-
cōne et dubitacōne. de q̄gnito n̄cio
causata a causa eui⁹ intellcm ap-
plicando ad q̄gnitu̅ p discursu̅ sylo°
Hic appet ex diffōne sc̄ie i. posior
ult° s. cuio sc̄ie p discursu̅ sillo°
a causa ad scit⁹ includit imp̄fcōnez
⁊ eciaz potencialitate intellcus reci-
pientis p discursu̅. igit theo° i se
nō est sc̄ia q̄ntu̅ ad ultiaz q̄dicōz
sc̄ie s; q̄ntu̅ ad tres alias ē scientia
in se ⁊ intellcu̅ dīno. Utr̄ aute̅
sit sc̄ia q̄ntu̅ ad quartaz q̄dicōnez
ut est i intellcu̅ btōr dubiu̅ est ⁊
videt q nō p aug. 12. de tri. c. 1. For-
tasse inq̄t nō erūt cogitacōes nō-
lubiles ⁊c. s; sc̄iaz n̄raz vnico intuitu
videbimus igit intellcus btōr nō
discurret ⁊ ita nō h̄ebunt sc̄iaz q̄ntu̅
ad illaz quartaz q̄dicōz. Sz oppositu̅
videt q2 quidditas rei in quocūq;
lumie videt q̄tinet v̄tualit̄ v̄itates
quas pt̄ face notas intellectui pas-
sivo a tali o° paciēte ⁊ ut visa in
essencia dīna. Sz omis v̄itas causa-
ta i intellectu n̄ro p aliq̄s p̄us v̄alit̄
notu̅ causat p discursu̅ q2 discursq
nō reqr̄it successiōz ul ordine tempis
s; ordine nature s. q p̄u⁹ discursus
sit p̄us v̄alit̄ notu̅ ⁊ ut sic sit cau-
satu̅ alterius extremi discursq. Hic
q̄cedi pt̄ q btūs ve pt̄ h̄re sc̄iam
theo° quo ad omis q̄dicōes sc̄ie q2
omis q̄dicōes sc̄ie nō q̄tinet in q̄ctoz
eius. Auctas aug. nō cog. q2 lo-
dubitatiue v̄bu̅ dicit forte nec inte-
dit asserere illud s; q v̄bu̅ n̄rm q̄n-
tucūq; p̄fcm sit nō sit equale v̄bo
dīno. Silr pt̄ exponi auctas aug.
de visione btā que respicit tm̄ n̄tia
essencialia in deo. Sz aliud dubiu̅

i ista q̄one est q2 ad theo° ptinet
q̄tingencia sicut necia ut pz de theo°
n̄ra q2 omis ar. de incarnacōe sunt de
q̄tingentib; In theo° et btōr quia
oīa q̄gnoscibilia de deo in r° ad
creaturas eo sunt de q̄tingentib;
De q̄tingentib; aute nō videt ee pos-
se sc̄ia pz ex diffinicōe sc̄ie. igit videt
q theo° ut extendit se ad oīa illa
q̄tingencia nō possit h̄re rōm sc̄ie
siue cu̅ discursu siue nō. Hic dico
q in sc̄ia p̄fcōis ē sc̄ia ⁊ evidens
q aute sit de nc̄io o° h̄ est q̄dicō
o° nō cogimus. q2 q̄ntucūq; sc̄ia sit
de n̄cio ipa in se pt̄ ee q̄tingens
⁊ p oblivioz deleri. Si g° aliqua cog°
c̄ta est ⁊ evidens ⁊ q̄ntu̅ est de se
p̄fc° ipa in se videt p̄fcoz q̄ sc̄ia
que reqr̄it necitatem obi. s; q̄tingea
ut ptinet ad theo° nata sut h̄re
q̄gnicōz c̄tam ⁊ evidente ⁊ q̄ntu̅
est ex pte evidencie p̄fcaz. Hoc pz
q2 oīa q̄tingencia theo° nata sut
videri in p̄mo o° theo° ⁊ in eodem
nata ē videri q̄nicio istar v̄itatu̅
q̄tingenciu̅ v̄ipo cora extremor
q̄tingenciu̅ intuitu̅ ⁊ v̄no eor n̄cio
causat evidente c̄titudie de tali-
bus v̄itatib; evidentib; q̄ntu̅ eciaz
est ex pte o° theo° evidentr, talia
nō nata sut videri p̄fce in tali o°
q̄ntu̅ est in se. igit q̄tingencia ut
ptinet ad theo° nata sut h̄re p̄fc-
cōem q̄gnicōz qua sc̄ia de n̄cijs acq̄-
sita. Sz nuq̄d eor q̄gnito est sc̄ia
dico q 2m illaz rōm sc̄ie posita i. pos-
terior que reqr̄it o° n̄citate̅ nō
pt̄ de eis ee sc̄ia q2 q̄gnoscens q̄tin-
gens ut n̄cia nō ē q̄gnoscens q̄tin-
gens 2m rē q plus accipit sc̄iaz
s. ethi. ut dividit q̄ s. op. ⁊ suspicōz

concepte de eis esse sc[ient]ia quia et h[ab]it[us]
quo determinate verum dicimus magis vero
p[ro]p[ri]e p[otes]t dici q[uod] theo[logi]a s[ecundu]m se est sc[ienti]a p[ro]p[ri]e
quia de veritatibus continet[ur] in ea ipsa h[abe]t
evid[enci]am c[er]titudine s[ecundu]m veritatem et o[rdinem] altissim[um]
et p[er]fectissi[mum]. Quantum aut[em] ad contingen[cia]
habet evidenciam manifestam de continge-
ntibus in o[rdine] theo[logi]e vel in se visis et
no[n] evidenciam mediatam ab aliis
p[ri]oribus. Unde noticia contingencium ut
h[abe]tur in ea magis assimilat[ur] intellectui
p[ri]n[cipi]orum quam sc[ienti]e conclusionum. Ad 2am
q[uoniam] dico q[uod] lic[et] nulli subalternat[ur] q[uia]
licet s[u]b[iectu]m eius possit aliquo m[od]o contin[er]i
sub s[u]b[iect]o met[aphysi]ce nulla tamen p[ri]n[cipi]a accip[it]
a met[aphysi]ca quia nulla passio theo[logi]ca
demonstr[abi]lis est in ea p[er] p[ri]ncipia eius vel
p[er] ra[cione]m s[u]biecti ex r[aci]o[n]e entis nec
eciam ipsa aliquam sibi subalternat quia
nulla alia accipit p[ri]ncipia ab ipsa
nam quelibet alia in genere cognicionis na[tura]l[is]
h[abe]t resolucionem suam ultimo ad aliqua
p[ri]ncipia naturaliter nota. Cont[ra] resolucio
in cognoscibilibus no[n] stat nisi ad p[ri]mum
cognoscibile nec de eodem nisi ad ipsum
ut p[er]fectissime cognitum. Theologia aute[m] p[er]fecti[us]
cognoscit[ur] in alio quam p[er] ra[cione]m suam
p[ro]p[ri]am ig[itu]r resolucio cuiuslib[et] de theologia no[n]
stat nisi ad q[ui]ditatem Dei vel ad
p[ri]ncipia de ipsa ut videt[ur] in alio
Illa aute[m] h[ab]etur p[er] libri visio[nem] ig[itu]r
resolucio ultima quorumcumque p[ri]n[cipi]orum
et conclusio[nu]m stat ad visionem ubi ergo
illa subalternat sibi alias noticias
quibus omnibus dat evid[enci]am. Ad h[oc] d[ic]o
q[uod] licet met[aphysi]ca cognoscens de[ita]te[m] q[ui]di-
tative licet vel tocius p[er]fectius cognosceret
aliq[uod] p[ri]ncipium theo[logi]e de theo[logi]a vel de to-
to quam geometer vero conclusiones cognos-
cens lic[et] vel totum vero geometrie est
ista p[ro]positio theo[logi]e p[er] se nota nec

p[ro]bat[ur] p[er] illam met[aphysica]m s[ed] ex q[uo]r[um] co[n]clusio
t[er]mino[rum] sit complexio evidenter vera
s[ed] met[aphysic]a pot[est] eandem p[ro]p[ositione]m nota[m] p[er]fecti[us]
cognoscit. Hoc aute[m] magis esset s[ed] tamen
p[er] diversa motiva cognosceret[ur] theologia adhuc
et eque dist[incte] ex p[ar]te o[biecti] licet no[n] eque
clare. Vera in p[ro]posito p[rinci]p[iu]m theologie de theologia
p[otes]t esse evidens intellectui moto a
theologia et magis evidens intellectui mo-
to a verbo ad noticiam hec sicut theologia clari[us]
videt[ur] in p[rinci]pio. Uno m[od]o continuo no[n]
demonstrat se alio m[od]o notum s[ed] utroq[ue]
m[od]o p[er] se notum licet clarius sit vel sit
subalternato aut[em] requiritur q[uod] noticia
p[ri]n[cipi]orum sit superioris esse causa noticie
p[ri]n[cipi]orum inferioris. Questio quarta

Circa quartum queritur q[uod] no[n]
q[uesti]o 2a licet sc[ri]pta sit ut tradat[ur]
credere aute[m] speculativum est q[uo]d ei succedit [illegible]
visio. Contra p[er] sc[ienti]a ponit[ur] esse contin-
gens 3 De anima et primo ethicorum s[ed] o[rdo] huius
sc[ienti]e no[n] est contingens s[ed] necess[arius]. P[rete]r[ea] Boec[ius]
de tri[nitate] assignat tres p[ar]tes sp[eculati]ve quar[um]
una est theologia s[ecundu]m eum et loquit[ur] de
illa quod p[ate]t q[uia] subdit ibi de s[u]b[iect]o illi[us]
d[icens] q[uod] s[u]b[iectu]m eius est forma subst[anci]a de q[ua]
dicit q[uod] s[u]b[stanci]a dei caret m[ateri]a. P[rete]r[ea] o[mnis] sc[ienti]a
aliqua sp[eculati]va e[st] nobilior nulla aut[em]
nobilior ista ergo. P[rete]r[ea] p[ri]me p[ar]tes ...
sp[eculati]va est sui g[rati]a. Sc[ienti]a aute[m] g[rati]a ... [illegible]
... quia sp[eculati]va est clarior i[dest] ... P[rete]r[ea]
hec invenit[ur] ex omnibus ... ...
... fugam ignorancie q[uod] p[ate]t ...
... impedit ab inquisicione huius
doctrine ig[itu]r ipsa est sp[eculati]va s[ecundu]m ... ...
... i[dest] ... q[uod] ... sit sp[eculati]va. Cont[ra]
Ro. 13 finis legis est dileccio. Item
Mt. 22 in hiis duobus preceptis tota
lex pendet et p[ro]phete. Item Aug[ustinus]
de laude caritatis ille tenet quidquid
patet in divinis sermonibus qui caritate

fuerit in moribus. Hec autem probat
quod scientia ista non est propter se propter speculationem,
sed speculativa nichil querit ultra
speculationem. 2m autem probat primo metaphysice.

Queritur quintum questionem. Arguitur quod sic,
quia 3 de anima dicit philosophus quod
intellectus extensione fit practicus, et
differt a speculativo fine. Contra primo metaphysice
practica est minus nobilis quam specula-
tiva, quia est gratia usus. Hoc autem
non teneret nisi usus esset propter se finis
illius habitus. Contra 2o metaphysice finis specu-
lative veritas, practice autem opus. Contra 6
metaphysice distinguit practicas a specula-
tivis penes obiecta, distinguit eciam
practicam activam quam factivam a spe-
culativa penes obiecta. Contra 6 ethicorum dis-
tinguit rationativum a scientifico penes
necessarium et contingens. Contra 3 de anima assig-
nat obiectum practice bonum non operatum sed
agibile et contingens, igitur scientia est practica
per se ex obiecto, non autem ex praxi vel
fine. Ad istas questiones solvendas ac-
cipio unum generale quod ab omnibus
conceditur, quod habitus practicus aliquo modo
extenditur ad praxim. In speciali autem
videndum est primo quid sit praxis ad
quam cognitio practica dicitur extendi. 2o
qualiter noticia practica extendatur ad
illam praxim. 3o a quo habeat cog-
nitio talem extensionem. De primo dico
quod praxis ad quam cognitio practica ex-
tenditur est actus alterius potentie quam intel-
lectus naturaliter posterior intellectione, natus
elici conformiter intellectioni recte ad hoc
ut sit actus rectus. Prima conclusio ap-
paret, quia stando precise in actibus in-
tellectus nulla est extensio intellectus,
quia non extra se tenditur nisi ut actus
eius respicit actum alterius potentie.
Et si dicas unum actum intellectus
extendi ad alium dirigendum per illum

non propter hoc 2us est praxis ut volo dicere
nunc, nec per consequens cognitio practica, quia tunc
logica esset practica quia dirigit in actibus
discurrendi. 2a conclusio patet, quia actus
non habentes ordinem ad intellectum naturaliter,
sicut actus vegetativi vel naturaliter pre-
cedentes intellectionem ut actus sensitivi,
non dicuntur praxes nec ad eos exten-
ditur noticia practica ut sunt priores in-
tellectione, sicut actus potentie appe-
titive sensitive qui precedit actum intel-
lectus non est praxis. Hoc enim modo
quibus est nobis et brutis. Nec tertius istorum
actuum est consimilis practica nisi quia
aliquo modo est moderativa ipsorum, et
isti actus sequuntur intellectionem modera-
tivam ut sunt per ipsum moderati. Ex hiis
duabus conclusionibus sequitur conclusio,
quod praxis ad quam extenditur habitus
practicus non est nisi actus voluntatis
elicitus vel imperatus, quod patet quia nullus
actus alius ab intellectione conveniens
est posterior intellectione quam quicumque aliquid
deter(minat) ab eisdem vel ad illo posset
esse prior, sicut patet discurrendo per actus
omnium potentiarum. Hoc patet 2o quia praxis
est actus qui est in potestate cognoscentis,
quod probatur ex 6 ethicorum, quia artifex
eget virtute ad recte agendum, non
autem indiget virtute respectu illius
quod non est in potestate sua. Igitur arti-
fex in virtute sua habet scientiam et multo
magis prudens in potestate sua habet
actum suum quam est formalis virtuosus.
Ex hoc ultimo sic: omnis praxis est in
potestate cognoscentis, et nichil est in po-
testate eius nisi actus voluntatis eli-
citus vel imperatus, igitur sequitur propositum
ut prius. Contra istam conclusionem videtur
sequi quod tunc aliqua intellectio erit praxis,
quia aliqua potest esse actus imperatus voluntatis.

sicut actus alterius potentie imperatur ab ipsa et nunc ultra igitur prima conclusio est falsa quod praxis est operatio alterius potentie ab intellectu. Respondeo licet proprie sit quedam operatio et ita praxis extensio sed nomine tamen ut praxis dicitur sola operatio ad quam intellectus potest extendi nulla intellectio est praxis et hoc non accipitur quod ad praxim dicitur extendi cognitio practica. Cum igitur arguitur intellectio est practica a non extensione igitur est praxis non sequitur. Sed sequitur ergo quod praxis vel practica ipsa enim est nata denominari quia actualiter a praxi ad quam est extensibilis non autem est huiusmodi talis extensiva. ergo tamen bene concedo quod omnis praxis est actus voluntatis elicitus vel imperatus unde ex illa tertia conclusione infertur oppositum primi est falsa quia ponendo consequens. Tertia conclusio probatur primo ex dicto philosophi 6 ethicorum electio intellectiva requirit rationem rectam quod non tantum est de electione sicut supra sed pari ratione de qualibet volitione ita quod ipsa requirit rationem rectam cui conformiter elicitur. omnis autem praxis vel est volitio vel sequens volitionem ex consequenti precedente igitur omnis praxis ad hoc ut sit recta nata est conformiter elici rationi recte. 2o probatur ex dicto augustini 9o de trinitate c. 1 intellectus intelligit sibi et aliis sicut ergo potest iudicare de actu suo ita de actibus aliarum potentiarum ergo de actu voluntatis posteriore actu suo potest iudicare prius voluntas quam actus ille elicitur ei conformiter et per consequens si recte iudicet oportet istum actum conformiter elici si debeat esse rectus. Ex duabus ultimis conclusionibus praxis sequitur quod actus imperatus a voluntate non est praxis primo sed quia per actus quod vel primo vel posterior intellectione

vel primo natus elici conformiter rationi recte oportet igitur aliquem alium actum esse primo praxim ille non est nisi volitio quia per illam licet actus imperatus dictas conditiones igitur prima ratio praxis salvatur in actu elicito voluntatis. Item ultra quando aliquid est primo tale contingit cum alio posteriore si posset separari ab illo adhuc esset tale. Si igitur actus voluntatis potest separari ab actu alterius potentie separatus ab illo esset praxis separatus autem contingit omnino ita quod potest esse actus voluntatis et non actus alterius potentie inferioris contingit per omnia similia igitur tale solus actus voluntatis est proprie praxis. 2o probatur idem ex intentione philosophi 3 de anima ubi inquirens principium motum postquam concludit esse duo motiva scilicet appetitum et rationem subdit intellectus non movet sine appetitu voluntas enim appetitus est et quia dicit quod duo appetitus quandoque sunt sibi contrarii non est ponere quod unum moveret propter quod duobus appetitibus quorum est unus sensitivus scilicet rationalis appetitus vult igitur exprimere quod sicut appetitus sensitivus licet sit motivum tamen sequitur fantasiam ita voluntas licet sit principium motivum tamen intellectum et rationem igitur sicut actus appetitus sensitivi sine quo motus ad exteriora est vere praxis quod scilicet sequitur actum intellectus ita actus voluntatis qui ponitur esse principium motum est praxis quia semper sequitur actum intellectus etiam solus sine actu imperato ymo cum actu in appetitu sensitivo opposito illi quem imperaret quia ipsa ut huius illi appetitui quandoque contrarius est principium motum et operationum quia operatio est praxis et hoc dictum sit de primo articulo. Ex hoc articulo patet 2us nam ista extensio

ɔsistit in duplici relatione aptitudi-
nalis s. ɔformitatis et prioritatis naturalis.
De prioritate patet per illud quod ad-
ductum est in primo articulo de 6. ethicorum
de ɔformitate habetur ibidem. Verum
ɔparationis practice est ɔsesse se habens
appetitui recto. dixi quod neutra relatio
requiritur actualis quod cum praxis
actualis sequatur ɔparationem cui sit
ɔformis. hoc omnino est actualiter ɔparationi
et ɔtingens. Si igitur ab actuali extre-
mo diceretur praxis nulla esset ɔside-
ratio nostra practica, sed eadem quandoque practica
quandoque speculativa quod inconveniens est igitur
sufficit duplex aptitudinalis extensio
sive aptitudo ad extensionem. hoc de-
clarat quia quamvis conceditur ɔgnitionem practi-
cam extendi ad praxim ut dirigentia
ad directum seu rectam ad rectum ɔgnitionem
autem esse naturaliter priorem praxi et ɔ-
formem non est esse ɔformatam praxi
quasi priori sed est esse ɔformativam
praxis quasi posterioris sive esse illud
cui praxis sit ɔformanda quia est rec-
tum dicere et verum in praxi. Verum
autem sit dirigere ut ɔformare sibi
praxim sit aliqua efficientia ut efficiens
in ɔgnitione respectu praxis de hoc
dicitur 2a 2e libri. Ex isto 2o patet quod
practicum et speculativum non sunt due essen-
tiales scilicet ut notitie in quantum quia practicum
dicit duplicem respectum notitie aptitudinalem
que est quasi quedam abstractio ad praxim ut
ad rectum et speculativum privat illud
duplicem respectum et nec respectus nec
eius privatio est de essentia alicuius Sed
est quasi divisio generis per passiones proprias
specierum sicut si dividerentur numerus per par et
impar ut linea per rectum et curvum aliter enim
notitie convenit practicum per se. 2o non ex
causa intrinseca practici in se alicui

speculativum. Confirmatur 2o aliqua
practica magis convenit cum essentiali
sed dicitur speculativa quam una specula-
tiva cum alia. Contra distinctio notitiarum
ex obiectis est essentialis. Respondeo primo dico quod
est 2m essentiales de eis est essentialis
et ab obiectis ut a causis extrinsecis sed
ab eisdem potest esse aliqua distinctio posterior
non essentialis. Circa 3m articulum sunt
opiniones. Una dicit quod ab alio dicitur intellectus
practicus et ab alio habitus quod sic de-
clarat unum operabile et non operabile sunt opposita
specialiter formaliter. dicuntur ergo per se distinguunt
illa que per se respiciunt ipsa puta
actus et habitus qui dicuntur practici et ita
operabile sed intellectus non dicitur practicus nisi
sit operativus qualis non est nisi qui
illud quod apprehendit ordinat ad opus
quod non facit nisi motus ex appetitu
finis. itaque intellectus practicus inclu-
dit motionem in suo actu non formaliter de es-
sentia actus sed quoniam ordine ad
finem ut ad desiderium finis explicite
et eorum que sunt ad finem implicite quia
propter ut speculabile accidat ordinari ad
opus licet non accidat sibi esse ordi-
nabile dicitur inter speculativum et practicum
inde premies erit actualis per respectum
ad aliquid extra intellectum licet de habitu
et actuum sit formalis 2m formale
utraque operabilis compossibilis et non compossibilis. Sed
3o de anima intellectus speculativus et
practicus differunt fine et 6. ethicorum bonum in-
tellectus practici est verum ɔsesse se habens
appetitui recto ex quo intellectus specula-
tivus apprehendit finitatem ut bonum
conveniens appetitum appetit illam tunc
sequitur aliquo modo ɔsideratio intellectus
practici quod finitas est acquirenda
stante itaque desiderio finis intellectus
practicus ex hoc principio precedit dis-

rendo ad perveniendum ad id per quod me-
lius potest acquiri et continuari discursus
in ultima conclusione consilii et totus
ille discursus sicut sumit principium ex
apprehensione finis desiderati quia
secundum modum operandi intellectus practici iam cum
illa inventa ad finem operetur et in
voluntate finis praesupponitur et ad elec-
tionem sequentem consilium operatur ordinate.
Contra hanc opinionem quae breviter in hoc
consistit quod distinctionem intellectus practici
et speculativi ponit penes finem qui
accidit obiecto, sed dicit habitus speculativus
et practicus ponit penes differentiam formalem
obiecti specialem. Arguitur quia de habitibus
dicitur secundo metaphysicae finis speculativae veritas
practicae autem opus. Dicitur ulterius tunc habitus
practicus est in intellectu speculativo vel
intellectus illo habitu dicitur practicus quod
videtur inconveniens quia cum habitu deno-
minatur subiectum secundum nam habitus. Respondetur
ad primum quod sive practicae finis est opus
importantia et in aptitudine immediate
eius potentia obiecti est operabile per se
sed consideratur secundum illud habitum in voluntate quae
consideratio non sufficit ad hoc quod sub-
iiciatur operationi in actu et in potentia quia
in bonis actibus est melior quam poten-
tia requiritur talis consideratio propinquius et
in actu ille autem est per aliud habitum
a scientia practica et ille habitus alius est
solum intellectum practico. Ad secundum dicitur
quod denominatione potest dici practicus non simpliciter
sed intelligendo denominationem fieri ab ha-
bitu. Contra igitur habitus et actus practici
possunt esse in intellectu speculativo quia
habitus vel actus ex natura sua practicus
potest esse in intellectu sine tali respectu
ad actum voluntatis qualem posuit quibus conce-
dens sed ponens posse aliud habitum huius

in intellectu practico ex actibus non tamen
practicis sed intellectus practici generatum.
Contra habitus practicus generatus ex
actibus practicis sufficeret ad eadem ad
quae ille aliquis generatus ex actibus intel-
lectus practici quia voluntas imperans
considerationem propter talem finem non dat
considerationi aliam rationem in dirigendo nec
per quam habitum generato ex considerationibus.
Praeterea nec multa actiua eiusdem spe-
ciei in eodem non erunt propter ordinem
voluntatis et non ordine potest poni dis-
tinctio specifica huiusmodi actus vel plu-
ralitas habitus. Praeterea tertio contra opinionem ipse
potius magis denominatur a propria conditione
sui actus quam conditione eius accidentali
igitur si intellectus potest dici practicus ex
conditione accidentali sui habitus puta ex or-
dine voluntatis ordinantis actum eius ad ad-
multo magis potest dici practicus ex ordine
essentiali actus quo actus dicitur esse
practicus. Ideo ab eodem videtur dici in-
tellectus practicus a quo habitus et actus
licet non ita accidentaliter dicatur istud
de habitu et actu sicut de intellectu
respectu cuius est actus practicus. Aliter
dicitur quod illud a quo habitus et actus
dicitur practicus est finis et extensio con-
tinuus practicae ad praxim et extensio
ad finem. Contra hanc opinionem sunt auctores
plures ponentes autem Augustinus primo
sic quia aut habitus dicitur practicus ab
obiecto aut a fine non ab obiecto ideo [?] quia intel-
lectus extensione fit practicus quod
non est verum nisi de eodem intellectu
speculativo et postea extenso ad opus
igitur etc. aliud potest esse consideratio spe-
culativa et practica. Praeterea medicina dividitur
in speculativam et practicam et tamen utraque
est de aliquo eodem obiecto ut de sanitate vel
de corpore sanabili. Praeterea actus dicitur practicus

quia bonum vel malum moraliter boni-
tas autem et malicia moris competit
actui et ex circumstanciis vnde circumstancias
autem prima et principalis videtur esse cir-
cumstancia finis ergo etc. Contra opinionem istam
quero an habitus et actus dicuntur practici
per extensionem actualem ad opus aut
per extensionem aptitudinalem non per extensionem actualem vt
patet in 2o articulo et ipsi concedunt quia cum
scibilis non intendens operari non habet cogni-
cionem practicam igitur per extensionem
aptitudinalem. Sed aptitudo non convenit vni
nature et repugnat alteri nisi propter
aliud ergo in tali natura quia eius hec natura
est talis ideo convenit ei talis ap-
titudo igitur presupponit in ipsa condicione
aliquam condicionem intrinsecam per quam
sibi conveniat talis aptitudo. Hec autem
condicio condicionis in se est ab aliqua
causa eius priore cause autem priores eius
sunt intellectus et obiectum igitur convenit sibi
ab intellectu vel obiecto. Si dicatur quod causa
finis est causa prior, ymmo prior inter omnes
causas 2m Avicennam 6 metaphysice et ita ab ipso potest
condicio esse talis talis nature vt
ei conveniat talis aptitudo. Contra
finis non est causa nisi in quantum de-
sideratus et amatus movet efficiens
ad efficiendum. Sed dicta aptitudo convenit
condicioni sine fine sicut amato et sine
non potest eam esse in intellectu divino cognitio
qualitercumque voluntas se habeat ymmo
si voluntas non esset coniuncta intellectui
et ita a fine tamquam a finali causa non
convenit cognitioni aptitudo vel eam convenit
alicui a causa aliqua quod non est illi
causa illa non causante. Si dicatur
aptus est amari eciam aptitudo
ista inest cognitioni hoc non salvat propositum
quia effectus nichil habet ab aliquo cau-
sali quod illud natum esset causare

nisi actu causet igitur cognicio non
habet aptitudinem sine natura illam
quam consequitur talis aptitudo a fine
aptitudinaliter causante nisi actu causet non
autem causat in actu vt causa finalis
nisi vt actu amatus et desideratus
moveat efficiens ad efficiendum. Preterea
aut finis vt elicitum extra facit habitum
esse practicum aut vt consideratus et intentus
non vt elicitus quia sic est posterior
habitu vt effectus aliquo modo effectus autem
non distinguit causam sed vt cognitum sic
patet racionem obiecti igitur obiectum distinguit sicut
intentum hoc est improbatum quia vnde
antequam intendatur est talis cognitio
Preterea si sciencia esset practica et ordinata ad
praxim vt ad finem continuatur ergo mo-
ralis sciencia non esset practica cuius est contra
philosophum 1 et 2 ethicorum. Quia probatur quod finis
eius est felicitas que 2m ipsum 10 ethicorum
consistit in speculacione non autem in
praxi. Si dicatur quod felicitas est finis
remotus sed praxis est finis propinquus
sed dirigere in actu virtutis propter felicitatem
Contra ad dirigendum non ordinatur nocio
nisi aptitudinaliter nocio autem est practica ergo
hoc erit 2m datam responsionem quia aptitudinaliter
ordinatur ad dirigendum hoc autem idem est
quod esse directivam igitur est practica quia est
directiva sed esse directivam et esse practicam
sunt idem ex 2o articulo igitur ex dicta
responsione sequitur quod est practica quia est practica
Preterea dirigere est actus intellectus quia
eius est habitus a quo iste actus elicitur
nullus autem actus intellectus est praxis
ex primo articulo ideo dicetur aliter quod fi-
nis sciencie moralis sunt et prudencie est
actus virtutis moralis ad quam inclinatur
et actus ille est praxis. Preterea non omnis
cognicionis practice finis est praxis aliquid

cum intellectio est recta praxis pote-
ncie inferioris puta que est appetitus
sensitiui uel potencie motiue nullus
autem actus potencie inferioris est finis
actus intellectus quia nichil igno-
bilius est per se finis nobilioris actus
intelligendi est nobilior et prior
quocumque actu cuiuscumque potencie sen-
sitiue inferioris. Dicitur quod licet intel-
lectio sit nobilior in esse nature quam
actus potencie inferioris non tamen in genere
moris quia moraliter melius est fortiter
agere quam cogitare fortiter agere. Cor-
relarium dicitur primo quia presupponit falsum
nam actus potencie inferioris non est
bonus moraliter nisi quia conformatur recte
racioni ut sue regule igitur rectitudo racionis
est causa bonitatis talis in actu illo
et non econuerso sed actum racionis sic esse rec-
tum est ipsum esse bonum moraliter sic
intellectio potest esse bona moraliter. Con-
firmatur quia prudencia est simpliciter no-
bilior virtute morali ut est in appetitu
sensitiuo igitur et actus eius ut eius est
nobilior actu illius ut illius est ille
ut practicus sic dictum intellectio potest esse practi-
ca est melior illo ut practico siue bono
moraliter. Ex hoc patet quod probacio de
cogitacione non valet quia cum queritur ex-
cellencia unius ad alterum non debet optimum
ad infimum sed optimum ad optimum simpliciter
ad simpliciter comparari. sed igitur optimum
ibi puta fortiter agere ita accipe in
intellectu actum dictantem secundum pru-
denciam fortiter agere et hic secundum est me-
lius moraliter quia ut illa habet bonitatem
formaliter que est rectitudo prima ad
est tamen bonum moraliter quia ex se non est
bonum morale circumscribendo ordinem
ad racionem dictantem et ad voluntatem imperantem
2o conceditur quod conclusio illa non est ad
propositum quia cum unde intellectio sit

practica si supponatur illam esse practicam
possessiue tamen supponatur de ipsa
prima circumstancia que est finis sed inqui-
ritur igitur ut de intellectione que practi-
ca et prima circumstancia qua sit practica
ipsa tamen accipitur ut est illud quod
est in esse nature igitur sic distinguendo
de ipsa secundum bonitatem moris et hic
nichil aliud est quam supponere quod
queritur et distinguere aliquid ut consideratur
prius sub alio membro distinctionis.
Corrigitur hoc quod ab aliis quod habitus
dicitur practicus a fine qui est consideracio practi-
ca. proprius enim finis cuiuslibet habitus
est eius actus. Sed contra si consideracio
ista que est finis habitus est practica igitur
ipsa habet causam qua dicitur practica aut
igitur finis illius consideracionis et hoc
iam improbatum est aut obiectum et tunc
sequitur quod ipsum obiectum est prior causa
a qua dicitur habitus practicus quam ipsa
consideracio et hec contra propositum quod ab omni-
bus habitus licet mediate quam actus dicitur practicus.
Concedo igitur quod habitus non dicitur primo
practicus ab actu proprio quia et ille est practicus
a causa priori nec aliqua cognicio
habitualis vel actualis est per se practica
quia ordinatur ad praxim ut ad
finem sic tamen quamlibet habere contemplacio-
nem puta scilicet conformitatem ad praxim a
fine ipsius praxis non tamen inquantum est
finis sed inquantum est obiectum. Primum patet
quia quelibet prima principia practica sumuntur
a fine praxis et ita ille finis ut racio
prima in qua illo includitur virtualiter
tota noticia et ita ipsa noticia habet
conformitatem suam et aptitudinem ab illo.
2o patet quia cum dat talem aptitudinem
vel naturam habitum talem aptitudinem
quia ut obiectum primum includit primo
et medius illis complexiones et ita totam

notitiam practicam non autem inquantum
finis. Tum quia a fine inquantum finis
nulla extrinseca natura vel aptitudo virtualiter
habetur nisi ab amato et sic modo effi-
cientis prius autem quam ametur includit
virtualiter principia et dictas conclusiones
veritas enim principii practici naturalis non
magis dependet a motivo quam speculative
et conclusionis naturalis illate ex tali
principio. Tum quia quodcumque aliud includeret
virtualiter talem notitiam eodem modo da-
ret notitie conformitatem talem puta
si praxis prima includeret primo in se
illo talem notitiam vel illud dictum quod
est ex eo sicut quaecumque conveniunt sicut tac-
tum fuit in responsione ad 3m articuli 1 q. 1
de subiecto theologiae homo enim est forte subiectum
tam moralis scientiae quam medicinae non
autem felicitas vel sanitas quia tamen
neutrumque finis includitur in ratione illius
dicta quod est praxis. Si dicatur quod primo
prima practica sumuntur semper a fine ergo
semper finis primo includit virtualiter
notitiam. Si concedatur conclusio staret
tamen quod non inquantum finis sed inquantum obiectum
et tunc posset dici quod homo est finis
tam sanitatis quam felicitatis virtualis
ut tangitur in responsione praedicta. Sed
saltem non est proximus finis praxis
quia si negaretur conclusio negandum esset
antecedens universaliter sumptum quod particulariter
est verum ubi scilicet tamen finis non concluditur
ex aliquo parte ad conclusionem practicam
vel verum posset exponi antecedens sic prima
practica verum est inter illa quae sumuntur
a circumstantiis moralibus praesupposito
actu bono 2m quia sicut dictum non est
circumstantia alio modo accipiendo actu
unde obiectum est circumstantia et ex hoc
videtur antecedens improbari a quo enim sumitur
omnis circumstantia prima actus unde

considerati videtur esse prius quocumque alio
et ita obiectum a quo specificatur primo actus
ut dicatur bonus ex genere circumstantialis
ultimus aliis circumstantiis ut sic plene
moralis videtur omnino primum in consideratione
ratione practica. De hoc non est modo perseque-
ndum includat vel non quia in tertio libro
locum habet. Breviter quo ad hunc
articulum dico quod practica non habet primo
ex ratione sibi competente a fine
inquantum finis propter rationes praeadductas.
Et ex hoc patet solutio 2e q. propter
cum teneo partem negativam sed prima
relationem scilicet conformitatis habet per se ab
obiecto quod vel est rectitudo praxis vel
aliquid virtualiter includens illam rectitu-
dinem et cuilibet convenienti est praxis
conformabilis ut sic recta quia conveniens
est talis convenienti. Sed de alia relatione
scilicet de prioritate dubium est utrum convenienti-
at convenienti. Dico tamen quod praxim praecedit
naturaliter aliqua intellectio ut patet
ex primo articulo et 2o hoc quaerit prio-
ritas et convenientia prioritas ex
convenientia rationis potentiarum ordinatarum
naturaliter magis dico scilicet intellectus et voluntatis
sed non semper illa intellectio prior est
practica sed tamen quando est determinare rectitu-
dinis eiusdem praxis et hoc formaliter
vel virtualiter quando autem ex apprehensione
prima nulla est determinatio formalis
vel virtualis de rectitudine praxis
tunc licet sit prioritas deficit tamen
conformitas quia ipsa non est cui de-
beat praxis conformari ut sic recta
quia ipsa nihil determinat de recti-
tudine praxis. Potest etiam dici quod
licet alterius potentiae intellectus et
voluntatis sit convenientia prior tamen quod
conveniens conformis sit prior hoc est
similiter ex obiecto et ordinatione prioris

nam per obiectum determinet intellectum ad
cognitionem rectitudinis prius naturaliter quam
voluntas velit, apprehensio tamen non
precedit praxim sed apprehensio confor-
mis. Hoc autem accidit quando determinata
rectitudo praxis est contingens simpliciter utrum
sive ut principium per intellectum sive ut
conclusio per scientiam. Sed que dicta sunt
de hoc scilicet unde duplex ratio scilicet confor-
mitatis et prioritatis conveniat noticie
practice intelligantur generaliter nisi quantum
per intellectum divinum aliquid addetur, scilicet quod
potentia practica cuius praxis noticia
conformis est prior sit aliquo modo deter-
minabilis aliunde prius aliis tamquam re-
conformalis in agendo quod an requiratur
ad noticiam vel non tangetur in responsione
ad quartum obiectionem que fiet contra
principalem solutionem questionis. Quando autem
rectitudo determinata contingenter conve-
nit praxi tunc non est obiectum aliquod
determinans intellectum ad cognitionem
rectitudinis determinate antequam voluntas
velit, et hoc loquendo de intellectu et
voluntate in communi; nam illud contingens
non determinatur ad alteram partem ante
omnem actum voluntatis, comparando
tamen in speciali ad intellectum hunc et
voluntatem hanc illam praxim pre-
cedere potest cognitio conformis quam prece-
dit cognitio determinata rectitudinis et
quando non potest autem precedere in omni
intellectu et solo cuius voluntas non est
primo determinans rectitudinem praxi
illi, exemplum predictorum: rectitudo huius praxis
amare deum necessaria est et includitur vir-
tualiter in ratione dei. Hanc praxim
in quocumque non tamen nata est precedere ap-
prehensio conformis scilicet cum praxis est
conformanda ut sic tamen ex alio igitur
quod ex se est primo determinans intel-
lectum ad noticiam rectitudinis ipsius

praxis et ex oppositione intellectus et vo-
luntatis in operando habetur scilicet noticia
prior praxi et conformis. Et ita in qualibet
alia cui convenit necessario rectitudo deter-
minata. Rectitudo huius praxis colere
deum in sacrificio altaris est contingens
quamquam enim est actus iustus ut modo quamquam
non ut in veteri testamento non est aliquid
obiectum determinans intellectum ad noticiam
huius rectitudinis ante omnem actum voluntatis
alicuius tamen precedit, puta illius solius
que non primo determinat a voluntate
divina acceptante ut talem cultum et al-
aliud. Hiis visis videndum est ad quod
primam ubi sunt quamquam due tenentes
partem negativam quarum una dicit 25
sic declarando: duplex est actus volun-
tatis, unus perficiens voluntatem, alius qui
perficitur a voluntate. Primus actus est
respectu finis et est operatio sua qua
immediate se voluntas elicit et qua fini ul-
timo se unit. Secundus actus est respectu eorum
que sunt ad finem unde est actio bo-
na qua voluntas in aliud extra se exten-
dit sicut est quelibet actio directa in
finem. In primo actu non indiget voluntas
directivo sed sufficit soli ostensio obiecti in
ipso enim est speculatio solummodo ut ostensio
sue operationis ostendat perficit et impri-
mis statim perfecta operatione tendat. Talis
autem actus ad scientiam simpliciter specula-
tivam pertinet. In alio autem actu vo-
luntas indiget directivo et hic pertinet
ad scientiam practicam quia in ipso est specu-
latio ut actionem dirigat quod est proprium
practice. Actus autem qui perficitur a vo-
luntate non est finis huius scientie nisi finis
sub fine sed alius qui perficit voluntatem
et ex hoc habetur illa scientia quod perfectissime
sit speculativa quia actus principaliter
intentus in hac scientia est actus volun-

circa finem in quo non indiget directivo sed sua comprehensione omnino, igitur non est practica scientia sed simpliciter speculativa, ad in actu suo principali non indigeat directione. Propter hanc rationem est Augustinus in sermone de Iacob et Esau: omnia in aliquo opera nostra sunt ut mundetur oculus quo videatur deus. Praeterea potest argui sic: non requiritur directivum nisi ubi potest esse error; scientia practica est directiva; igitur scientia beatorum non est practica quia beatus non potest errare; igitur neque nostra est practica quae est eadem cum illa beatorum. Per 2m intellectum huius alibi dicitur non habere scientiam practicam maxime autem illam vel sic quod. Contra hoc primo ratione contra duco ad oppositum quarum prima sit: et si voluntas non possit errare circa finem communem in universali, 2m esse tamen potest errare circa finem in particulari communem; igitur ad hoc ut recte agat circa finem particularem communem requiritur directio communis finis in theologia est finis non in universali sed in particulari quia ad mathematicam pertinet communis ista in universali. Unde bene errare non potest in aliquo actu circa obiectum theologicum; igitur indiget habitu directivo respectu actus alicuius circa obiectum theologicum. Praeterea habitus directivus non ponitur propter substantiam actus sed propter circumstantiam; patet: temperantia non ponitur propter substantiam actus comedendi vel alterius huiusmodi sed propter circumstantiam; igitur licet voluntas determinata esset ad substantiam actus tendentis in finem in particulari, requireretur tamen directio quoad circumstantias illius actus ad quas non extenditur directio quae est circa substantiam actus. Ex istis duabus rationibus arguitur quod ubicumque contingit in praxi errare et recte agere ibi notitia practica est necessaria ad dirigendum in illa praxi; quae est dilectio finis vel pertinet ad theologiam; quia contingit errare dupliciter

ut ostendunt rationes illae: una ratione omnino in particulari, una ratione circumstantiarum actus quo. Praeterea cum dilectio principaliter intendatur ex genere cognitionis eius, cognitio principaliter intenditur inter genera cognitionis eius; quia cognitio finis principaliter intenditur, igitur cognitionis, scilicet in qua scientia intenditur principaliter cognitio sui omnino practica; igitur finis est principalis obiectum huius scientiae. A fine autem sumuntur principia practica; principia practica concludunt conclusiones practicas; igitur et ista scientia quae primo intendit dilectionem finis ex suo genere cognitionis est practica. Praeterea ad idem: genus 2m praxim vel speculationem pertinet principia et conclusiones; conclusiones enim practicae resolvuntur in principia practica non speculativa; igitur cum cognitio finis sit directiva in actibus circa ea quae sunt ad finem et cognitio eorum quae sunt ad finem sit quasi conclusio inclusa in cognitione finis quasi principii, si cognitio eorum quae sunt ad finem sit cognitio conclusionum practicarum, cognitio finis erit cognitio practica quasi principii practici. Sic patet iuxta ad rationem eius primam quod, si non actu potest quia voluntas esset determinata ex se, quod probant duae primae rationes, scilicet si voluntas esset determinata ad hoc, tamen cognitio esset practica sicut probant duae ultimae rationes. Ad auctoritatem eorum videtur concludere quod finis visio dei est finis huius scientiae quod ipsi non concedunt. Dico igitur quod auctoritas loquitur de istis exterioribus operationibus quae sunt ieiunia, vigiliae, orationes et huiusmodi actus. Et quaecumque exterior ... est conformari alicui actui interiori a quo habet suam bonitatem et etiam ad aliquem interiorem ordinari et finaliter ad velle. Ad 2m dico quod agens intendit per se inducere formam

nec intendit remotionem contrarii nisi
per actus ita habitus per se dirigit particularis
autem excludit errorem. et si habitus
est perfectus non comparatur secum errore
immo si comparatur non est perfectus. beati
ergo licet non possint errare non sequitur
quod non habeant habitum directivum quia eo
per impossibile circumscripto errare possent
sed illo posito propter eius perfectionem exclu-
ditur omnis error. Ad quartum dicetur
infra post solutionem huius partis quaestionis
solvendo quartam obiectionem quae est contra
2a via licet recte possit dici et non
recte. nec tamen dilectionem finis esse
praxim quia non est circa obiectum contingens
tamen quantum autem 1 ethicorum praxis est operatio
tamen electionem. electio autem est circa con-
tingens ex 3o ethicorum quia est appetitus
consiliativus consilium autem non est nisi
de contingente. Secundo hoc autem probatur
descriptio praxis posita in primo articulo
esse insufficiens quia obmittitur obiectum pro-
prium. cum dicitur hic via nulla notitia
esse practicam quae extenditur ad voli-
tionem ultimi finis circa quem non est con-
tingens. Contra viam istam est quarta
ratio posita quaestione praecedente. Praeterea nec
praxis est operatio illa ad quam incli-
nat virtus appetitiva quia quaelibet talis
virtus est habitus electivus 2 ethicorum et elec-
tio est praxis ut videtur quaestione tertiam
viam sed ad dilectionem finis inclinat non
tamen caritas sed amor acquisitus
naturalis qui est virtus appetitiva quia
habitus appetitus conformis rationi recte
notitiam huius viae solvendo in solutione
2e rationis principalis ad primam quaestionem
Tertia via ponit quod volitio vel non
est propter praxis sed nunc actus est ea
posterior vel si ipsa est praxis hoc
non est nisi in ordine ad aliquem
actum imperatum potentiae inferioris puta
appetitus sensitivi vel potentiae mo-
tivae vel huiusmodi. Pro ista via arguitur
quod omnis praxis sequitur electionem
quod probatur per philosophum 6 ethicorum actus principium
est electio non cuius gratia sed unde mo-
tus i. non finale sed effectivum principium
effectivum autem naturaliter praecedit effectum ergo
Praeterea habitus practicus generatur ex praxi-
bus sed habitus practicus generatur ex ac-
tibus sequentibus electionem igitur illi sunt
praxes. Praeterea commentator super 1 ethicorum praxis
est autem operatio cum electione igitur praxis
sequitur electionem. Contra hoc quod non tamen
actus sequens electionem sit praxis probatur
quia 6 ethicorum dicit philosophus quod non est electio
recta sine ratione recta et habitu virtutis
ergo virtus per se requiritur ad electionem rectam
non enim requireretur si esset habitus genera-
tus ex actibus posterioribus electione
quia tunc non inclinaret per se nisi ad
actus illos posteriores electione. Idem
sub alia forma arguitur quia habitus ex
eisdem actibus generatur ad quos incli-
nat 2 ethicorum sed virtus moralis per se in-
clinat ad electionem rectam quia ut patet per
diffinitionem eius 2 ethicorum virtus est habitus
electivus et igitur ex electionibus generatur
virtus moralis per se et per quos non tamen
actus sequentes electionem sunt praxes
Praeterea non solum plus est verae electionem
esse praxim quia arguitur ratione ista
sed sicut probatum fuit articulo primo actus
voluntatis elicitus est primo praxis
et imperatus non nisi propter ipsum igitur si
electio sit sola praxis ordine ad actum
imperandum puta propter defectum unde actus
exterioris ipsa sola erit vere praxis
hoc declaratur sic non habens potentiam mo-
tivam in statu putatur potentiae an-
gelorum aliquis actus electio sit principium
effectivum vel ordinetur ad aliquem
actum imperandum si eligat illas libere

desiderii si habet quantum ad actus et habi-
tus virtutis non requiritur ulterior perfectio
quia omnis principio in suo termino ita quod sit esse
actus liberalitatis complete licet electio
ex qua generatur liberalitas vel que eli-
citur ex liberalitate nec requiritur ulteri-
or perfectio nec aliquid ulterius nec
ordo ad exterius si unica actus exterior
deficiat. Preterea ordo iste non videtur pos-
se esse nisi ut cause ad effectum sed quod
causa non sit in se talis ex se ut est
prior effectu sed tamen quia actualiter ordi-
natur ad efficiendum videtur inconveniens
cum tamen nichil habeat ex effectu nec
ex ordine ad ipsum. Tunc ad philosophum 6
ethicorum dico quod ibidem statim subdit
philosophus electionis autem appetitus et ratio
que gratia alicuius id est practica supple est
principium. ad hoc est ut electio sit recta
requiritur virtus et appetitu bonum sequitur
neque sine habitu morali electio scilicet recta
igitur virtus habet actum elicitum tamen
sibi qua sit iste cuius electio est principium
ut imperans. Primo enim actus voluntatis
elicitus qui est electio est actio bona
quod sit actus bonus exterior imperatus
a bona electione quod probatur per philosophum ibi
enim statim post illud neque enim sine
habitu est electio subdit bona enim ac-
tio sine more non est. Si ista sit ma-
ior ad probandum quod proponit de elec-
tione sumetur ista minor sub ea electio
bona est actio. concedo quod antecedens affirma-
tivum quod actio est principium actus boni
unde quo quia actus ab ipsa imperatus
est actus et moralis. Sed ex hoc non
sequitur quod solus ille sit actus bonus
sive praxis ymo electio est prior
praxis simpliciter quam et ipsa est bona praxi-
s. Ad secundum dico quod maior est vera quod
habitus practicus generatur ex electionibus
sicut supra dictum est de eligente fre-
quenter liberaliter dare etiam sine actu

imperato si facultas non assit sit in
ipso generari liberalitas et tamen quia actus
imperati sunt impossibiles voluntas quando
non frequenter eligit recte ita maxime aliorum
actuum quia quod non creditur possibile ali-
cui aut illud non vult aut remittet
secundum Augustinum. Ideo quando non generatur habitus
practicus qui est virtus sive praxibus
imperatis sequentibus electiones non tamen
generantur ex illis sequentibus sed ex
electionibus in quibus formaliter est boni-
tas moralis in praxibus imperatis
est tantum materialiter. Ad tertium ad quintum cum
quod ibi secundum non sit nota cause efficientis
si desperatio dicitur esse circa impossibilia tamen desperati-
o ut iam probatum est per cap. 10 ethicorum
sed debet intelligi secundum effective vel
formaliter ut electio accipiatur ibi
vel pro libertate sive potestate determinativa vel
pro elicitione actus volendi qui est
electio vel volitio aliqua sed actio de
genere actionis secundum istam electionem que secundum
principium actuum est omnis praxis sive
sit electio sive sequens electionem quia
actio de genere actionis reducitur ad prin-
cipium efficiens. Iste tres vie ponunt
theologiam pure speculativam non obstante quod
extendatur ad dilectionem finis sive ad illam
quia naturaliter determinatur voluntas precedente
ostensione sive libere et contingenter ad
illam se habeat non tamen ita obiectum con-
tingens sive agibile sive 3o ita contingens
obiectum quocumque se habeat non tamen
in operando id est non tantum in ordine ad ac-
tum imperatum sed consistendo in ipso actu
elicito quantum talis extenso non
concludat practicam probatur quod tunc quelibet
notitia esset practica quia qualibet concomi-
tatur aliqua dilectio vel delectatio
Unde 10o ethicorum felix est deo amantis-
simus et tamen felicitatem istam ponit
philosophus speculativam et non practicam
Contra hanc conclusionem istius quaestionis videtur

sequi quod aliqua sit operatio in parte
hominis ita quod sit vere actus humanus
et tamen proprie non sit speculatio vel praxis
puta amor finis convenientis videtur
inquirens. Patet quod cognitio directiva in vo-
litione qualiscumque non sit practica cum sit
unitas conformiter se habens appetitui recto
videtur inquirens quia talis unitas est
proprium opus mentis practice ex 6°
ethicorum. Quod adducitur de delectatione
nichil est ad propositum quia delectatio est
passio consequens naturaliter operationem perfectam
et sive sit delectatio de speculatione sive
de speculato proprie extensive ad illam
nulla cognitio ponitur practica quia nec illa
est praxis proprie loquendo ut tangitur
in 3° distinctione 17. Sed amare vel desiderare obiectum
convenientem et hoc sit vel sit circumstantionaliter est
nec praxis nec naturaliter sequens ap-
prehensionem sed libere recte et non recte elici-
bilis. Ad illud de felice speculativo qui
tamen est dei amantissimus non cogit
quia loquitur passive quod maxime
amatus ideo non active ut patet ibi subditur
enim si quidem cura humanorum a diis fit
volentes et gaudere ipsos supple deos op-
timo et cognatissimo hoc autem intellectus
distinguentes 70 hoc et intellectum volentes
et deos retribuere amicitiam etc. Preter-
missa non auctoritate illa magis felix est
speculatus secundum aristotelem ut amare distinguitur
contra delectari sive de obiecto speculativo sive
de speculatione. Ad 12 metaphysice vult quod
primum movens ut amatum igitur intelligentia
inferiorum amat primum et ad illius felicitatem
ponit in speculatione sicut patet 10 ethicorum
igitur ipse sub speculatione comprehendit
non tantum delectationem sed amare igitur vel proprie
extensive ad illud est notitia practica
secundum ipsum sed speculativa. Sed quare non
tenetur in hoc ad ideo sicut practice et spe-
culative accipiantur ab ipso et ita prime

dure hic illam negationes ponentes
theologicam esse speculativam dico ponunt
etiam secundum philosophum. Ad illud amare quod
ponit intellectus ponitur naturali inclinatione
in esse volitionis ita quod ibi non contingit eam
elicere et non recte agere ita quod respectu illius
esset notitia tantum modo ostensiva non
directiva vel quantum ad obiectum in particulari
vel quantum ad eius conditiones vel circumstantias
actus nostri. Hoc modo non dicunt theo-
logi de amare contemplativo intellectualium
respectu dei in particulari et quantum ad circumstantias
actus sicut contingit est quod primam
minorem in duabus primis rationibus. Si igitur
convenisset nobiscum ponendo amare
finis liberum et posse recte et non recte
elici vel recte elici nisi eliciatur con-
formiter rationi recte non tamen ostendenti sed
etiam dictanti illud esse sic eliciendum
forte posuisset respectu talis notitiam practi-
cam quia conformiter se habentem appetitui
recto igitur melius est theologo qui licet
ab eo discordare in uno quam discordare
discordare in conclusione qua convenimus
in conclusione quod ipse non ponit sicut nunc
tamen theologo tenet. Cum igitur dicis
quod ab ipso habemus rationem speculativi et
practici verum est et in maiori convenimus quod
illa est speculativa que licet ad
dilectionem extenderetur ut ostendens obiectum
sed nullo modo esset directiva in actu
ut circumstantionalis vel utrumque obiecti in particulari
sed minorem quam sumit ipse sub hac
negatione in proposito. Sed data quod talis
unitas ponatur in intellectu subordinativa
voluntatis amandi debent utique
ponere hoc in voluntate hominis quem
ipse ponit naturaliter felicem sed non igitur
ipse potest dirigi in tali actu. Ad primam practi-
cam a tali non negavit nisi quia felicitatem
eius dixit speculativam esse.
Et ideo est glossa una que dicit theologicam esse

affirmativam quod potest bene intelligi si
affirmativa ponitur esse quedam practica. Si
autem ponatur esse 3m membrum distinc-
tum contra speculativum et practicum sic
est contra dicta ubi ostensum est de dilectione
esse vel praxim et ita contra auctores
multos qui sentiunt philosophice scientiam dis-
tingui in speculativam et practicam et
nullum esse 3m membrum. Contra via dicit
theologiam esse contemplativam pro qua adducitur
Augustinus 12 de trinitate c. 14 ubi vult quod sapientia est rationis
contemplationis scientia est rationis actionis cum
igitur theologia sit proprie sapientia et non scientia
ipsa non erit practica sed contemplativa.
Item Augustinus 12 de trinitate c. 14 dicit quod ille due
portiones anime superior et inferior distin-
guuntur solum penes officia et in utraque
est trinitas. In superiori autem ymago
trinitatis in mente et secundum totam superior por-
tio est contemplativa que respicit eterna;
igitur illa contemplatio de qua loquitur
non determinatur ad speculativam ita quod
sicut continet eam contemplativum illud
in concretam intelligentiam volitum et ita in
contemplativo illo potest esse extensio
extra genus suum sicut in activo potest
esse hoc in portione inferiori respicien-
te temporalia que est sic trinitas. Sic ergo
illa contemplativa de qua loquitur Augustinus
non prohibetur esse practica si extenditur ad
praxim in portione superiori. Alia
opinio est discordans a precedentibus in conclusione
dicens quod ista scientia est speculativa et prac-
tica et ponitur duplex uno modo sicut
sicut doctrina in qua scribuntur aliqua de
iure et aliqua de physica esset speculativa
et practica sive scriberentur in distinctis libris
sive interscalariter et commixtim ita
in ista doctrina simul speculativa et
practica tractantur non in distinctis
libris et capitulis sed interscalariter et
commixtim. Est igitur speculativa et practica quod

sic probatur quia nulla cognitio spe-
culativa distinctius tractat de opera-
tionibus quam eorum cognitio sic nec aliqua ad
speculationem illarum nec practica aliqua
distinctius tractat de speculabilibus
quam eorum requirat cognitio propter
praxim ad quam extenditur. Ista
autem distinctius tractat de operabilibus quam
cognitio eorum requiratur ad speculationem
et distinctius de speculabilibus quam eorum cognitio
requirat ad cognitionem practicam. Igitur ipsa
est practica et speculativa. Maior probatur
quia speculabilia non considerantur in scientia practica
nisi propter considerationem practicam nec operabilia
in speculativa nisi propter considerationem speculativam.
Minor patet quia hic tractat de operabilibus
ita distincte ac si esset practica de eis.
Contra opinionem istam arguitur sic habitum non habens
unitatem ex obiecto non distinguitur 2m differentias
obiectorum; sed oportet ponere duas sci-
entias infusas; ille habitus non habet unitatem
ex obiecto; igitur non dividitur in duos habitus
propter distinctionem operabilium et speculabilium. Propterea quam-
vis predicta opinio de duobus habitibus pos-
set habere aliquam probabilitatem de theologia
tradita in scriptura tamen de theologia
in se cuius subiectum primo est de essentia divina
ut hec essentia sicut est de subiecto theologie
non videtur probabilis. Nam de subiecto illo
cum sit vilissime unum cognoscibile natu-
rale est haberi primo aliqua notitia vel una
si alia detur que non sit primo de ipso
sed de alio primo illa non erit de theologia
in se. Igitur theologia in se est unus habitus
simpliciter licet forte cum ipsa possit esse
in scriptura alia notitia que esset de
alio subiecto. Propterea patet quod ordo scientiarum
2m eminentiam stat ad unam tamen quia non
possunt esse due simpliciter prime illarum unam
eminentem et solam dico theologiam que
sola est primo de primo subiecto theologie.
Propter dicta ratione eius ad oppositum illa

cognitio est practica in qua non deter-
minatur de speculabilibus magis quam cor-
rigatur proprie ad praxim vel cogno-
scitur practicam. Hec est huius questionis primo. Unde
quelibet cognitio de conditionibus appetibilis
finis et eorum que sunt ad finem et 3o
de conditionibus circa quecumque huius vel
circa quas potentias operativas que-
unt errare nisi dirigantur est necessaria
ad practicam cognitionem sed nullo cogno-
scitur. Sic de fine nec de hiis que
sunt ad finem que non sunt talis 2o vel
saltem circa illas quemvis voluntas
ignorante errare sicut dicetur in
solutione tertie obiectionis que solvit
quoniam primi. Licet enim trinitas perso-
narum non ordinat finem appetibilem quia
si esset non trinus quod est finis inquantum
est trinus deus non inquantum trinus
enim non ignorante trinitate que-
unt errare in amando vel deside-
rando finem amando vel desiderando
finem unam personam solam. Similiter igno-
rante debet fecisse mundum quem
errare non rependendo amorem qualem
gratitudo requirit propter trinitatem
creationem suo bonitati et ad utilitatem
nostram. Similiter etiam ignorando ar-
ticulos pertinentes ad reparationem quem
esse ingratum non rependendo amo-
rem debitum pro tanto beneficio et
sic de aliis theologicis. Assumptum patet
quia quecumque conditiones traduntur de
fine nature sunt magis ordinate appetibilis
finis et conditiones eorum que sunt
ad finem nature sunt ordinate magis ea
ordinata ad finem. Ad argumentum patet quod
minor est falsa. Ad probationem dico quod
non possum ita distincte tractari de
fine cognito et de hiis que sunt ad
finem quin tota illa cognitio esset practica
intellectui consulto quia tota esset
nata ordinare finem sub ratione appetibilis

et ea que sunt ad finem sub ratione or-
dinis eorum ad finem vel circa quecumque
voluntas non directa posset errare.
Alia opinio tenet eandem conclusionem
sed adhuc ponit theologiam esse simpliciter
unum habitum. Ad quam igitur videtur quod
quod cum actus voluntatis elicitur rectus
sine sit praxis etiam si non imperatur
aliquis actus imperatus ut patet ex
primo articulo et ex tempore cognitionis pr-
actice consistit in conformitate ad pra-
xim et prioritate apprehensionis ut patet ex
2o articulo sequitur quod illa est cognitio pra-
ctica que est apta nata conformis voli-
tioni recte et naturaliter prior ipsa. Sed tota
theologia necessaria intellectui creato est
sic conformis actui voluntatis recte
et prior eo igitur. Probo minorem quia primum obiectum
theologie est formaliter conforme volitioni
recte quia a ratione eius sumuntur prima
principia rectitudinis in volitione ipsius
etiam determinat intellectum creatum
ad notitiam rectitudinis determinate
ipsius praxis quo ad omnia theologica
necessaria prius naturaliter quam aliqua vo-
luntas creata vel alia non esset ne-
cessaria. Igitur ex primo obiecto sequitur
tam conformitas quam prioritas theologie
ad volitionem et tamen ex tempore ad pra-
xim de qua cognitio dicitur est practica.
Confirmatur ratio ista quia cum primum
obiectum theologie sit finis ultimus et principia
in intellectu creato sumpta a fine
ultimo sint prima principia practica igitur
principia theologie sunt practica igitur et conclu-
siones practice. Si obiciatur quod deus
non est hic finis inquantum finis sed
ut hec essentia ex quo precise principia sump-
ta a fine inquantum finis sunt practica
per cognitio finis ultimi non est inmediate
conformis nec nata conformari praxi
ethice igitur non est propinqua practica

Pº obiectum primum includit virtualiter
ꝯformitatem ad praxim rectam non
tamen solam ꝯgnitionem sit ꝯformem
alioquin nō possꝫ eē ꝯgnitio specula-
tiua de ipso quod videtur inconveniens qua-
liter cum videtur ista veritas practica
deus est finis vel propter quam sl'r igitur
primum obiectum includit aliqua notitiam
speculatiuam igitur ex ꝯformitate
illa virtualiter primi obiecti ad praxim nō
sequitur theologiam eē practicam cum veritates
que maxime sunt theologie inquantum theologia
distinguitur a metaphysica sunt speculatiue
Pº tunc scientia dei eēt practica que est de
eodem subiecto primo. et videtur quod rō solutionis
ꝯmis possit applicari ad intellectum
diuinum sicut ad creatum. Ad primum
respectus finis nō est a quo sumitur
practica in aliqua scientia 2º illud ab quo
in quo fundatur ille respectus et ille est
essentia h'. Ad 2m dico quod virtualiter
ꝯtinens ꝯgnitionem ꝯformem est virtualiter
ꝯformem et ita eius ꝯgnitio est practica
et ꝯclusiones practice sunt primo practica
proxima a ꝯgnitione isti que est de fine
et ergo fruitionis finis et illa nata
est eē ꝯformis formaliter praxi
fruitionis. Ad tertium dico quod primum obiectum
solummodo includit notitiam ꝯformem
volitioni recte quia virtute eius nichil
de ipso ꝯgnoscitur quod nō sit rectitudo
alicuius volitionis vel virtualiter inclu-
dens notitiam talis rectitudinis
et ꝯtra quod instatur in quantum quod de ipso
nulla pt eē scientia speculatiua nisi
cum notitia eius et inquantum in ipso
per ipsum ꝯgnita ꝯformis est praxi ap-
ta et per hoc si ꝯgnitio est recta. Cum
instatur de illis veritatibus que videntur
verissime theologice et metaphysice ut deus est
finis et propter quam sl'r dico quod ille
sunt practice prima quidem includit virtualiter

notitiam rectitudinis dilectionis ten-
dentis in 3 personas ita quod si actus dilec-
tionis ita unam tamen excludendo alias sicut
diceret infidelis eēt actus nō rectus
2ª includit notitiam rectitudinis qui
actus eēt circa duas personas quarum
una est ab alia sit. Si obicitur contra
hoc quod nichil nisi essentiale est ratio
terminandi actum dilectionis theologice autem
magis ipse est de pluribus quam de
essentialibus quia essentialia plura
possunt ꝯgnosci a metaphysico igitur theologia ut
distinguitur a metaphysica quantum ad ipsis-
sima sibi nō est practica. Pº prima propo-
probatur quia alias eēt aliqua rō diligibilis
in una persona que nō est in alia quod
est falsum quia tunc nulla uniformiter
in se ipsa. Tunc essentiale est rō ab-
terminandi actum amandi ut ipsum quid
sed persone terminant ut que amantur non
autem sufficit ad rectitudinem actus quod
habeat rōnem formalem in obiecto conve-
niente sed etiam requiritur quod habeat obiectum
conveniens in quo sit talis rō formalis
preter igitur istam notitiam rectitudinis
quam includit essentiale in actu aman-
di deum personalia includunt propriam
notitiam ulterioris rectitudinis requi-
site. Ad 2m possꝫ concedi quod theologia
dei de necessariis est practica quia in intellectu
suo primum obiectum theologice natum est gi-
gnere notitiam ꝯformem volitioni
recte prius naturaliter ipsa volitione
quod ꝯformiter patet quod per hoc est tamen quod
naturaliter prius intelligit obiectum prius quam
voluntas velit illud igitur prius natura-
liter volitione pt habere sufficienter
omnem notitiam virtualiter inclusam
in intellectione primi obiecti talis est ꝯformiter
notitia de primo obiecto quia propositio
probatur quia per impossibile exclusa omni
voluntate possꝫ habere omnem notitiam
sufficienter virtualiter inclusam in intellectione

primi o^m. quod ista intellectio precedat
omnem volitionem / tum quia intellectus
divinus non discurrit 2°. non prius naturaliter
intelligit primum obiectum quam alia in ipso
virtualiter inclusum quo ad noticiam
igitur si prius intelligit primum obiectum
quam voluntas aliquid velit prius in-
telligit quodlibet inclusum virtualiter
quo ad noticiam in primo o^m. // Sed contra
po^o quare nunquam valet si obiciatur
quod voluntas divina non est prima re-
gula in actibus suis Si enim volitionem
precedit noticia cui debet in agendo
conformari ad hoc ut recte agat quod
videtur inconveniens quia tollit summam libertatem
voluntatis divine si ab alio determinetur
et non ex se primo quo ad primum actum
suum Si autem precedat omnem actum
suum eius cognitio practica ab intellectu
determinabitur ad primum actum quia non
potest ei dissentire nec eum possit peccare
// Et super dictum est philosophum vindicare quando
si intellectus naturaliter amat deum ni-
si qui noticia ostendens deum non
est practica fiat similis quia de
deo naturaliter amare se // preterea dirigens
est aliqua causa respectu directi
igitur est de relatis, intellectus ipsa non est
autem talis ergo intellectio dei ad vel-
le eius // Confirmatur quia intel-
lectio velle tamquam esse eligendo intel-
lectus non dirigit tunc eum dirigit circa
eliciendum quod prior ipso sed videtur
velle suum non sequitur voluntate esse
igitur nunquam est illi quod eliciendum sed per
quod elicitum ergo // Hic videtur dicendum quod inter
dicis quod accipiendo rectitudinem in praxi pro
rectificatione in praxi prima i.e.
finis ultimus qui dicta primo in-
cludit noticiam omnis rectitudinis
nature tamquam praxis sicut primum
obiectum scientie speculative includit

primo virtualiter noticiam virtutis speculabilis.
Hoc autem ratio prima que est finis ulti-
mate ordinate rectificat intellectum
et voluntatem sicut potentias natas sic
agere ordinate ita quod primum quod cognitum
noticiam conformiter recte praxi qua
rectificatur praxim ita quod potentia
practicata est alia potentia practica vero
prius ita quod primum quod illarum in prima
ratione videtur concedendum // Ad improbationem
possit dici quod sicut naturaliter libertas stat
cum apprehensione prima ita summa li-
bertas cum perfectissima apprehensione prima
(apprehensio autem praxis perfectissima
includit noticiam conformem quando ipsa
ratio convenit praxi // Cum arguitur
ulterius quod determinatur aliunde hoc ne-
gandum est loquendo de determinatione
que fit per agens sufficiens licet eum
non possit dissentire a noticia recta
et posse praxi hoc tamen non est quia
intellectus per noticiam sit quasi causa suf-
ficiens active determinans ipsam ad
actum sed ex perfectione voluntatis est quod
ipsa tamen nata est conformiter agere po-
tentie priori in agendo quando illa prior
prius perfecte agit circa obiectum hic est tamen
non prius quantum potest nosse quod dico
propter contingentiam quorum intellectus
divinus non habet noticiam omnium sibi co-
possibilium ante omnem actum voluntatis
ideo circa illa non oportet quod conformiter
agat potentie priori quia ipsa ut prius
conformiter novit tale obiectum sed circa
necessaria cognoscibilia semper agit active
quia ipsa perfectissima sui noticiam haberet
absque actu voluntatis // licet hic non
videatur evadere argumentum et sequentia ar-
gumenta posset evadi argumentum tamen dici
potest quod theologia necessaria in intellectu divino
non est practica quia non est potentia na-
turalis intellectus ad volitionem quia

conformativam ad ipsum conformandum sive directivam ad dirigendum, quia posita notitia quantumcumque rectitudinis ipsius praxis quamvis ipsa ex se possit conformare potentiam conformabilem seu rectificabilem aliunde, non tamen voluntatem divinam respectu sui primi obiecti quae ex se sola rectificatur respectu illius obiecti, quia nihil naturaliter tendit in illud vel si libere nullo modo est de se indifferens ad rectitudinem et quia aliunde aliquo modo habens eam, ita quod notitia determinata rectitudinis non est natura prior volitione quia volitio illam requirat ut recte eliciatur, sed tantum praeexigit ostensionem obiecti et illam notitiam ex se directivam non praeexigit ut directivam sed tantum ut ostensivam, ita quod si volitioni possit praecedere sola ostensio obiecti et sequi notitia rectitudinis naturae ipsius praxis sicut diceretur de praxi circa contingentia, aeque recte eliceretur illa volitio sicut nunc; non est ergo notitia intellectionis ut conformativa sive directiva. Ad argumentum probans prioritatem notitiae rectitudinis ad praxim rectam videtur posse dici quod licet aliqua sit prioritas intellectionis ad volitionem, non tamen est sic prior ut cognitionem rectam requirat esse priorem praxi, quia talis prioritas est circa ad rectum qualis esse non potest quia voluntas omnino est recta prima in agendo. Summa huius conclusionis de scientia dei recta prima an sit practica consistit in hoc quia si notitia quae de se esset directiva in praxi dato quod potentia practicans in se esset dirigibilis in agendo sit practica ex illo, ideo quod si esset ex se directiva quamvis potentia practicans in se non est dirigibilis qui altam partem tenet dirigitur. Et introducitur hic 2us articulus qui est de theologica contingentium an sit practica. Dico quod tantum in illo intellectu

theologica contingentium practica esse potest quae potest habere determinatam notitiam rectitudinis praxis ante ipsam praxim elicitam, quia solummodo in theologica contingentium potest esse conformis praxis et prior ea. Talis est intellectus tantus quod nullius intellectus tunc voluntas determinatur primo rectitudinem convenientem praxi. In intellectu igitur divino theologia contingentium non potest esse practica, tenendo ista duo: primum quod cognitio practica et praxis ad quam extenditur debet esse natura eiusdem suppositi; 2um quod dei ut operantis nulla sit praxis nisi volitio, non ponendo in ipso potentiam distinctam ab intellectu et voluntate. Nam nulla cognitio conformis volitioni recte contingenti praecedit ipsam volitionem dei quia primo volitione determinatur illi praxi talis rectitudo. Istud primum est dubium, nam si cognitio quaecumque de praxi alterius est practica, igitur cognitio mea de hoc quod est deum creare mundum vel intelligentiam movere caelum erit practica simpliciter. Tamen hic videtur concludere quod cognitio practica non potest esse intellectus inferioris operantis circa illam praxim, patet ratione, neque superioris vel aequalis si nihil faciat ad praxim operantis. Si autem aliquid facit, tamen superior habet praxim propriam respectu cuius sua cognitio sit practica. Patet si cognitio practica habet aliquam talitatem ratione praxis ad quam extenditur quae est in intelligente, videlicet sequitur ipso. Conceditur igitur de eodem habet unus intellectus notitiam practicam et alius speculativam si praxis esset possibilis uni intellectui et non alii. Potest dici quod perfecta rectitudo praxis includit circumstantiam operantis sicut et alias circumstantias ita quod sine illa non est rectitudo sicut accipitur hic quod deus est

amandus nisi addatur a quo puta
a voluntate non est unum practicum quia
deus a bruto non est amandus itaque
hic unum perfectum deus est amandus a deo
in quocumque intellectu est practicum et ipsum
homini est quamquam enunciabile non tantum
est practicum homini cognoscenti sed etiam
angelo et deo similiter homini et deo
est practicum celum est movendum ab ange-
lo et credo quod inferi primo plus magis
inquirentes. Et si obiciatur quod non sal-
vatur prioritas cognitionis practice ad
praxim prius enim dilectio respectu sui
est recta qua homo vel angelus pos-
sit intelligere deus est amandus a deo
Respondeo ista prioritas debet esse ex obiecto et
intellectu hoc est quod natum sit obiectum
determinare intellectum ad notitiam de-
terminate rectitudinis praxis. Sic quantum
ex se est ante praxim et ita obiectum
hoc natum est cuicumque intellectui de-
terminare ad notitiam istius deus est
amandus a deo quantum est ex se ante
praxim licet aliquis intellectus propter
imperfectionem sui non prius determinetur quia
potentia operans ex perfectione sui operatur
Ad aliam obiectionem dico quod sicut
voluntas potest esse causa superior respectu
praxis hoc est in eodem intelligere
et operante licet oporteat quod in alio sit
non practica nisi accipiendo stricte
practicam pro immediate applicabili ad opus
quantum est ex ydemptitate suppositi
cognoscentis et operantis quamvis licet immedia-
tionem removet infinitas designans
praxim in constructum ad sanie sic enim
conceditur quod solus deus scit se infinite
diligere licet angelus sciat ipsum infi-
nite a se diligendum. Quod sic videtur
a principio hic conceditur omnes veritates
de principiis agendorum ceteris cognos-
centi a quocumque intellectu practice quod omnes
ille sive ab obiecto vel naturae sive aliun-

de ut contingentes nate sunt prius esse
conformes praxis sive determinare
rectitudinem praxium quam ipse praxes
eliciantur. Omnes autem veritates necessarie
de volitione divina sunt practice contin-
gentes autem non quia ante illam
praxim elicitam ad quam extenduntur
non habent conformitatem quia nulla deter-
minationem rectitudinis ubi quod deus prac-
tice cognoscit hominem esse puniendum et
angelo esse movendum celum sed non quod
deus sit nolens hominem sanctum punire vel
angelum movere. Si queras qualis est
theologia contingentium nisi non comparan-
do ad intellectum vel alii potest dici quod ipsa
est in se talis qualis est ex obiecto non
est autem ex obiecto conformis praxi an-
te praxim nunquam quia ex obiecto non est
nata habere aliquam determinatam rec-
titudinis contingentis ideo ex obiecto non est
practica licet speculativa sed sufficienter
dividitur notitia habitus cognitivi quod
in intellectu divino negatur esse practica talis
autem videtur esse res in se qualis est
imperfecto intellectu ille non imperfecto. Si
obiciatur quod tunc cognitio in se specu-
lativa est alicui practica puta intel-
lectui creato licet practicum non repugnat spe-
culativo. Respondeo esse speculativum ex obiecto
est esse per se speculativum similiter esse practicum
ex obiecto sufficienter determinare intel-
lectum ad notitiam rectitudinis est esse
per se practicum et si sufficienter licet ante
volitionem est esse per se practicum sic ergo
opponuntur practicum et speculativum sicut non
extensibilis ad praxim et exten-
sibilis ad praxim sed esse practicum ali-
unde quam ex obiecto puta a causa com-
perita ut a voluntate determinante intel-
lectum ad notitiam praxis est esse actu
praxim practicum ita concedo theologiam contin-
gentium esse practicam nobis licet in se

sit speculativa. Contra hoc arguitur quicunque
unum oppositorum per se non convenit aliud
oppositum nec per se nec per accidens igitur no-
titia per se speculativa nec per se nec
per accidens est practica. Respondeo licet autem
possit exponi de per se primo modo vel
2o non autem tertio modo sicut dicit idem
quod solutionem tamen credo quod nullo
modo inconveniens videtur per se speculativo
oppositum huius predicari quod est per se spe-
culativum nunc autem theologia contingentium
per se 2o modo est per se speculativa ita
quod inconveniens sit per se et practica denominando
per se nullo modo sibi convenit sed esse
practicam per accidens non opponitur illi sicut esse
nigrum simpliciter non opponitur albo. Ad 2m quod
2m quid enim et simpliciter determinat
per divina nec denominativa. Si arguitur
per se est per se speculativa ergo per se
est speculativa. Concedo quod nec huius
predicato repugnat hoc practicum per accidens
practica. Si non alterum istorum duorum ne-
que hic nihil tenet non teneat. Tunc
potest concedi theologia contingentium licet non
nisi quia non ex obiecto eodem intel-
lectu creato et increato esset practica
per accidens quia ipsa in intellectu divino potest
esse conformis praxi prius quam praxis
illa elicitur a voluntate creata prius
enim intellectus dei novit adulterium
in nova lege debere committi quam peccator
committatur. Et non tertio. Primum istorum cognitio
dei de praxi alterius operantis est
practica non tenendo etc. 2m puta potentia
agendi dei ad extra esse principium cum
aliam a volitione formaliter licet intel-
lectus dei non prius noverit esse causandum
a quo secunda voluntas velit prius
tamen novit quam esset et ita principium
ad extra precedit notitia conformis
licet non ex obiecto sed aliunde conformis
hoc salvo teneo quod theologia contingentium

non est practica per se sive ex obiecto potest
tamen in intellectu creato esse practica per acci-
dens et hoc in intellectu illo cuius est
operari 2m principium cui determinatur con-
tinuo a voluntate divina. Dum autem
intellectu divino sit practica patet tenendo
illa divino vel opposita quid sit dicendum
quam probabilia autem videntur hec tria
primo quod practica est recta in praxi con-
tingentium 2o quod est recta potentia practicas
aliunde quam a se intrinsecus 3o quod ideo
non est potentia practicans nisi voluntas
Ex primo et tertio sequitur quod si notitia
divina est practica ipsa esset recta in vo-
litione divina hoc autem est falsum ex
2o istorum quia voluntas ex se primo
recte eliciat velle respectu obiecti respondeo
autem duorum quorum est contingenter
ex se sola determinatur non per aliquam
ibi determinatam notitiam rectitudinis
precedentem. Ad argumenta principalia
ad primum primo quod dico quod fides non
est habitus speculativus nec credere
est actus speculativus nec visio se-
quens credere est speculativa sed practica nata
enim est illa visio esse conformis frui-
tioni et prius naturaliter habita in intellectu
creato ut fruitio recta eliciatur illi con-
formis. Ad 2m dico quod contingens circa
quod est scientia practica est finis vel eius
ad finem in aliquibus enim ratio est finis
ultimus 2m philosophum 7o 6 ethicorum igitur contin-
gentia actionis sufficit ad obiectum
scientie practice. Contra hoc arguitur primo
quia scientia est necessariorum igitur circa contingentia
non est scientia. Antecedens patet ex diffinitione
scientie 1 posteriorum. Similiter ex 6 ethicorum scien-
tificum distinguitur a ratiocinativo per
necessarium et contingens igitur omnes
habitus practici sciendi sunt circa ne-
cessarium scientia est habitus illius practicus ergo
si theologia est circa contingens aliquid etc.

igitur est habitus activus cum ratione vera
ut etiam dicitur 6 ethicorum. Haec est diffini-
tio prudentiae igitur theologia est prudentia
non scientia. Ad primum de contingentibus
sunt multae veritates necessariae quia actus
qui contingenter eliciuntur concluduntur necessario
debere esse tales ad hoc ut sit rectus
de ipso igitur est scientia quantum ad conclu-
siones necessario demonstratas licet in se sit con-
tingens in quantum eliciatur a potentia
libera ut patet. Ad autem per posterius
scientia est necessarium dici de contingente
et non veritates necessariae includuntur in quantum
contingentes vel concluduntur de aliquo
contingenti per rationem alicuius prioris ne-
cessarii. Per idem ad illud 6 ethicorum quia
habitus partis rationativae est circa actum
in quantum contingenter elicitur sed habitus
scientificus vel scientia est circa eundem
in quantum de eo aliquid necessario concluditur.
Ad 2m dico quod concludet scientiam mora-
lem esse prudentiam scientia neque namque
moralis est habitus activus cum vera
ratione ideo dico quod diffinitio prudentiae
debet intelligi de habitu activo proprio
qualis est habitus acquisitus ex ac-
tibus unde sicut ars se habet circa
factibilia ad habitum experti circa agibilia
se habet scientia moralis ad habitum pruden-
tiae quia habitus artis et scientiae mora-
lis sunt quasi canon ad dirigendum
quia universales sed habitus prudentiae et experti
quia sunt generati ex actibus sunt
particulares et propinqui ad dirigendum ista
expositio est necessaria alioquin nulla esset
scientia practica quia quaecumque est habitus fac-
tivus vel activus conclusio autem est incon-
veniens et contra philosophum 6 metaphysicae ut
videtur et contra auctorem 1 metaphysicae et contra
alios auctores. Ad 3m principale dico
quod hoc intelligitur per theologiam in metaphysica
et quod dicit de scientia dei dico quod deus
considerat in scientia illa in quantum possibile

est ipsum considerari in scientiis acquisitis.
Ad aliud dico quod nobilius est in inferio-
ri attingere superius secundum philosophum 1 politicorum
unde sensitiva hominis est nobilior quam
sensitiva bruti quia ordinatur ad intel-
lectum nobilius igitur est in scientia ordinari
ad actum nobiliorem potentiae. Sed philosophus
non ponit aliquam scientiam esse conformem
praxi nostrae circa finem quia non po-
suit voluntatem circa finem habere praxim
sed quandam simpliciter motum na-
turalem ideo nullam posuit nobiliorem esse
per conformitatem ad finem. Si enim posu-
isset aliquam praxim circa finem non
necessarium ut videtur scientiam practicam re-
spectu illius praxis esse nobiliorem
morali scientia. Nos vero ponimus veram
praxim esse in voluntate circa finem
cui nata est cognitio esse conformis et
ideo cognitionem practicam circa finem nobi-
liorem omni speculativa. Igitur prima
probatio rationis quae videtur posse su-
mi ex primo metaphysicae quamvis etiam non
dicat philosophus expresse neganda est.
Ad primam eius probationem dico quod illa est
nobilior quae est sui gratia quam quae
est gratia alicuius actus inferioris se quam-
libet autem quam philosophus ponit practi-
cam est gratia alicuius inferioris quam
sit speculativa considerato quod saltem
circa obiectum infimum quam possit esse obiectum
speculativae et ideo quaelibet quam ponit
practicam est ignobilior aliqua spe-
culativa. Quod autem est gratia alterius
actus nobilioris actu suo proprio non
est ignobilior propter talem ordinem circa
enim sensitivam non esset ignobilior
sensitiva bruti. Ad id quod dicitur de certitu-
dine dico quod quaelibet cognitio respectu
sui est aeque certa secundum propositum quia
utraque resolvit conclusiones in principia
sua in metaphysica. Sed non est aeque certa

2m quantitatem quia licet cognoscibilia sint maiora illis sicut omnia de quibus ponit philosophus scientias speculativas sint minus perfecte cognoscibilia in se quam illa de quibus ponit speculativam aliquam ideo secundum eam aliqua speculativa ponitur maior omni practica secundum quantitatem nos autem ponimus cognoscibile operabile id est attingibile per operationem quod est vere primum in se maxime cognoscibile et ideo scientiam de ipso nec secundum quantitatem certitudinis sicut nec secundum perfectionem ab aliqua alia excedi. Ad aliud vero de materiis exemplis dico quod licet non esset inventa propter extrinseca materia sed propter materia intrinseca scilicet propter ordinem passionum et operationum scientia moralis non minus esset practica sed esset inventa omnibus extrinsecis materiis licet non est autem licet inventa ad fugam ignorantie quia multo plura similia possent tradi in tanta quantitate doctrine quam hic sint tradita sed eadem replicantur hic frequenter ut efficacius inducatur auditor ad operationem eorum que ibi persuadentur. Ad argumentum 2o contra autem 3o de anima dico quod loquitur de fine ut cognito nam intellectus propter aliquod ratiocinans ratiocinatur propter finem cognitum et ut est principium demonstrationis. Ad 2m dicitur primo metaphysice dico quod practica non est propter se finis nec gratia visus(?) tantum aliquam similitudinem sed ad visum sicut quod visus est propter se obiectum eius ut aliquid universaliter includens visum quale non possunt plures esse aliquorum nisi eius ad finem et omne tale obiectum est ignobilius obiecto speculativo et ideo talis similitudo ad propositum concludit ignobilitatem practice respectu speculative. Ad 3 de 1o metaphysice dicitur

quod speculativa et practica sint diversi per fines loquendo de propriis finibus intra genus cognitionis sed illi fines non primo distinguunt sed dicitur primo(?) ab obiectis ut dictum est. Ad rationes pro opinione opposita ad argumentum contra dicitur per obiecta. Ad primam dico quod non procedit idem obiectum habitus speculativi et practici non probatur quia intellectus extensione fit practicus dico quod philosophus non dicit quod intellectus speculativus quacumque extensione fit practicus sed Aristoteles ponens tres gradus intellectus quorum primus est considerare speculabilia tantum 2us considerare agibilia non dictando prosequi vel fugere dicit quod amplius extendendo se vult prosequi vel fugere ita quod ista extensio est intellectus perfecte practici ad considerationem perfecte practicam puta ab apprehensione sensibilium ad dictamen completum de eis prosequendo fugiendo vel persequendo(?) concesso tamen quod intellectus speculativus fiat practicus non est ad propositum quia speculativum et practicum sunt differentie accidentales intellectus licet sint essentiales habitui et actui et ideo habitus et actus non extenduntur. Ad aliud de medicina dicitur quod habitus habitus est speculativus sed qui ex ea acquiritur particularis habitus non fit practicus. Contra tamen ex principiis speculativis sequitur conclusio practica ideo aliter dico quod quando sunt aliqua extrema opposita quanto aliquid magis recedit ab uno tanto plus accedit ad aliud nisi actualissima vero practica sicut consideratio que nata est immediate esse conformis similiter principio eliciendo quanto igitur aliquid recedit ab ista tanto magis accedit ad speculativum

habitus ergo u(niversa)lis qui no(n) est nat(us)
i(m)mediate e(ss)e (con)formis praxi p(otes)t
dici aliquo m(od)o speculativus respectu
alicui(us) habitus qui nat(us) e(st) e(ss)e i(m)me(dia)te
(con)formis praxi elicie(n)do ita pos-
set poni ars speculativa respectu
habitus exp(er)ti q(uonia)m ars tam(en) u(niversa)li-
or habitus no(n) ita i(m)me(dia)te e(st) d(i)rectiva
q(ui)a sicut p(atet) p(ri)mo me(taphysi)ce artifex
freque(n)ti(us) curabit exp(er)tus no(n) ita
p(otes)t distingui medicina in specula-
tiva(m) que s(cilicet) est de u(niversa)lioribus causis
(et) r(ati)o(n)ib(us) que (con)iu(n)ctio(n)e remotior est
a praxi elicie(n)da (et) in p(ra)ctica(m) que
est de p(ar)ticularib(us) p(ro)pinquioribus p(ra)xi
(et) i(m)me(dia)te (con)formi(s) tu(m) 2(u)m veritate(m)
illa u(niversa)lior que (com)paratione dic(itu)r spe-
culativa est simp(licite)r p(ra)ctica q(uia) virtua(liter)
includit illa(m) p(ar)ticulare(m) formal(ite)r
(con)forme praxi. Ad aliud de bo-
nitate (et) malicia dico q(uod) o(mn)is
act(us) bonus est p(ri)mo bon(us) a circu(m)-
stancia finis ut finis p(ri)mo e(st) ab
bon(us) a circu(m)sta(n)cia o(biec)ti puta ubi finis
est obi(ectum) ibi e(st) circu(m)stancia finis ut
o(biec)ti p(ri)mo (con)venit i(n)tende(n)ti actu(m) ille
e(ni)m actus qui e(st) ex o(biect)o bo(nus) simp(licite)r
sine aliis circu(m)stanciis ut a(n)tiq(ui) de-
bent e(st) simpl(icite)r bonus. Similiter q(uod) e(st)
quod a fine ut finis p(otes)t s(cilicet) disting(ui)
ab o(biect)o accipi(tu)r p(ri)ma bonitas act(us)
moralis similit(er) actus tra(n)sie(n)s ad
fine(m) licet h(ab)eat p(ro)p(ri)a circu(m)sta(n)cia
fine tam(en) ab aliquo o(biect)o est aliq(ua)
bonitas p(ri)or a qua actus d(icitu)r bon(us)
ex g(e)n(er)e. 3a r(ati)o est d(i)recte ad p(ro)po(situm)
q(ui)a si circu(m)stancia formalis circu(m)stet
praxi(m) ut sit bona no(n) ta(m)en formal(ite)r
circu(m)stat intellect(um) p(ra)cticu(m) no(n) e(ni)m
intellectus mediate sine medio no(n)
dictat actu(m) ita q(uod) d(e)be(n)te circu(m)stancione(?)
h(ab)eat circu(m)stanti(am) mediocri(ter) s(ed) intellect(us)
dicit 2(u)m ult(imu)m potencie est ante (con)-
dictac(io)ne(m) rectu(m) a p(ri)ncipio (et) p(ri)mu(m) fuit

a p(ri)mo o(biect)o. Co(n)tra h(ab)itu(m) arguit(ur) q(uod) no(n)
sit d(icitu)r p(er) o(biect)um q(uia) o(mn)e formali(ter) tale
est tale p(er) aliquid sibi intrinsecu(m) ig(itur)
si habitus e(st) formali(ter) p(ra)cticus h(ab)et
est p(er) aliq(ui)d sibi intrinsecu(m). h(oc) aut(em)
no(n) est obi(ectum) q(ui)a ex(emplu)m s(imi)l(ite)r no(n) e(st) for-
mal(ite)r calidus licet sit virtualiter
calidus. P(re)t(erea) obi(ectum) no(n) e(st) distinctivu(m) ha-
bitus nisi ut causa efficie(n)s cause
aute(m) efficie(n)tes no(n) distingu(u)nt effect(us)
spe(cie) q(ui)a a causis diu(er)sis spe(cie) p(otes)t e(ss)e
idem effectus spe(cie) (et) eciam (n)u(mer)o sicut
illud calidu(m) g(e)n(er)at(ur) divi(er)se (et) eq(ui)voce
a sole (et) ab igne. Ad p(ri)mu(m) dico q(uod)
e(ss)e p(ra)cticu(m) dicit intri(n)secu(m) notitie
sicut respectus apti(tudina)lis est intri(n)secu(m)
funda(men)to (et) quod aliqua notitia sit
apta referri h(ab)et e(st) p(er) n(atur)a(m) intri(n)seca(m)
notitie qua(m) na(tur)a(m) h(ab)et ab o(biect)o ut a
causa extri(n)seca. Dico igit(ur) q(uod) habitus
e(st) p(ra)cticus p(er) intri(n)secu(m) ut p(er) causa(m)
formale(m) s(ed) p(er) obi(ectum) q(uod) est extri(n)secu(m)
sicut p(er) causa(m) efficiente(m). Ad 2(u)m dico
q(uod) licet a causis eciam(?) ordinat(is)
qua(rum) altera est equi(voc)a (et) alia univoca
possit ab utraq(ue) causa nata e(ss)e ef-
fectus unius r(ati)o(n)is sicut exempli-
ficatu(m) est de calore tam(en) q(uan)do cause
efficie(n)tes p(ro)xime eiusde(m) ordinis
ad effectu(m) sunt aliqua m(od)o q(uan)tu(m) ip(s)e
cause sint distincte maxi(m)e si utraq(ue)
sit univoca effectiva sive univoce
co(m)pleta sive diminuta no(n) p(otes)t a ta-
libus causis distincti e(ss)e effectus
unius r(ati)o(n)is univoce (com)pleta(m) dico
q(ua)n(do) est si(mi)litudo in forma (et) in m(od)o
esse(n)di forme diminuta q(ua)n(do) e(st) si(mi)litudo
in forma licet no(n) i(n) modo esse(n)di q(uo)-
modo do(m)us est extra a domo in
mente u(n)de (et) istam g(e)n(er)ac(io)ne(m) h(ab)e(n)t
p(ro)pius aliquo m(od)o univoca(m) n(ecessari)o
q(uia) igit(ur) obi(ectum) est ca(usa) p(ro)xima noti(cie)
in g(e)n(er)e ca(use) univoce seq(ui)t(ur) q(uod) d(icitu)r formal(ite)r

obiectorum fruitio consequitur notitias in quantum ipsa sunt dilecta, fruitio concludat formaliter notitias. **Dis. prima.**

Veteris ac nove legis etc. Circa istam primam distinctionem ubi magister agit de frui et uti, queruntur quattuor, quorum duo sunt de obiecto fruitionis, alia duo de ipso frui in se et de ipso fruente. Circa obiectum igitur fruibile queruntur duo. Primo utrum ultimus finis sit per se obiectum fruitionis. Secundo utrum finis ultimus habeat rationem veri finis fruibilis. Circa ipsum sunt aliqua dubia. Secundo utrum voluntas possit eo frui. Secundo utrum viam et non. Circa articulum

Quantum ad primum arguitur quod non, quia secundum Augustinum 83 q. q. 39 fruendum est bonis immutabilibus, sed plura sunt bona incorruptibilia, igitur non est fruendum tantum ultimo fine.

Praeterea capacitas fruentis est finita, quia non sibi est finita, igitur capacitas illa satiari potest aliquo finito, sed fruendum est quocumque satiante capacitatem fruentis. Ergo

Praeterea aliquid est minus capacitate, ut deus qui sufficit sibi ipsi, aliquid minus capacitate eius ut corpus, igitur aliquid est medium sive aequale capacitati eius, illud autem est minus deo. Ergo. Praeterea quaecumque forma satiat capacitatem materiae, igitur quodcumque obiectum satiat capacitatem potentiae. Consequentia probatur, quia potentia per formam receptam in ipsa respicit obiectum, et ita si forma una recepta satiat intrinsece, sequitur quod obiectum quod respicitur a potentia per illam formam satiat appetitum extrinsece sive terminative. Antecedens probatur, quia si aliqua forma non satiaret, igitur illa stante inclinaretur materia naturaliter ad aliam, et per consequens sub illa quiesceret minus. Nam quodcumque prohibens aliquid ab illo ad quod naturaliter inclinatur est sibi violentum, sicut patet de quiete gravis extra centrum. Praeterea sicut assentit intellectus alicui non quod primo vero,

igitur a simili intentionis potest voluntas assentire alii bono quam primo bono. Contra Augustinus 1 de doctrina christiana c. [illegible] res quibus fruendum est sunt pater et filius et spiritus sanctus, et hii sunt una res. Ad questionem istam primo distinguo de fruitione ordinata et inordinata sumpta. Secundo dicam de obiecto fruitionis ordinate. 3o de obiecto fruitionis inordinate. 4o quomodo intelligendum sit fruitionem esse circa finem ut sic [illegible] 2o articulo sine non [illegible].

De primo dico quod fruitio in quantum [illegible] fruitionem ordinatam, quia quaelibet de se potentia non determinatur ad actum ordinatum cuius actus in quo est melior cuius actu ordinato. Voluntas autem non determinatur ex se ad ordinatam fruitionem, et patet quia pravitas potest esse in ea ut infra dicendis secundum Augustinum 83 q. q. 30. Ergo. Est igitur fruitio ordinata qualis nata est esse recta quae sic ordinatur secundum debitas circumstantias. Fruitio autem inordinata est sive habeat istas circumstantias sive non. Quantum ad secundum videtur esse opinio quod ordinata fruitio potest esse circa aliud a fine ultimo, quod probatur ex dictis eius 5o metaphysicae, ubi vult quod intelligentia superior per suum actum intelligendi causat inferiorem. Tunc autem perfectum videtur esse perfectum quando attingit suum principium productivum secundum illam propositionem de causis 3a: unumquodque naturale est quando ad illud a quo procedit. In tali enim reditu invenitur esse circulus completus et ita perfectio. Igitur intelligentia producta perfecte quietatur in intelligentia producente. Contra potentia non quietatur nisi ubi suum obiectum perfectissime invenitur [illegible] in suo obiecto potentiae fruentis [illegible] igitur potentia fruens non quietatur nisi in ente perfectissimo quod est unum tantum. Ergo.

Praeterea potentia quae inclinatur ad

intellectiva non quietatur in aliquo perfecte nisi illud includat omnia illa perfectissime quae tamen includi possunt in aliquo uno. Sed omnia entia ad quae inclinatur potentia finita perfectissime continentur possunt solum in primo ente infinito, igitur solum ibi potest quietari. Praeterea intelligentia inferior videns superiorem aut videt eam esse finitam, aut credit eam esse infinitam, aut nec videt eius finitatem nec infinitatem. Si credit eam esse infinitam, igitur non beatificatur in ea quia similiter dicta non potest quia quod aliqua sola operatio sit beata secundum Augustinum 12 de civitate dei c. 1. Si autem nec finitatem eius nec infinitatem considerat non videt eam perfecte nec sic est beata. Si autem videt eam esse finitam igitur potest intelligere aliquid posse ipsam excedere, ita enim experimur in nobis quod possumus appetere amare aliud maius bonum et ita non quietatur in ista intelligentia. Praeterea duco rationem eius ad oppositum quia secunda intelligentia si crederetur sibi quod esset beata non tamen eam in virtute propria sed virtute primae, igitur non finit eam virtute propria sed aliena. Illud autem quod finit aliud sub ratione alterius finis non quietat illud ergo. Alii arguunt quod ista operatio sit anima est ymago dei igitur est capax eius secundum Augustinum 14 de trinitate c. 8. quodcumque autem est capax dei per nihil minus deo satiari potest ergo. Sed ista ratio non concludit contra philosophos quia praemissa supposita de ymagine est tamen credita non autem naturaliter cognita, ratio enim ymaginis quam nos concipimus fundatur in anima ad deum ut est finis et ideo non cognoscitur naturaliter sed vel extremum ad quod est. Alii arguunt quod rationem eius sit anima creatur immediate a deo igitur in eo immediate quietatur. Sed antecedens tenet creditum et negatur ab eo quia ipsi philosophi ponunt animas creatas immediate

ab ultima et infima intelligentia similiter quia non valet nec est similis facta per hoc autem quod accipit quod contingatur in eodem ratio primi effectivi et ratio finis nec quietatur inquantum primum effectivum sed inquantum perfectissimum obiectum, aliquin substantia una quae causatur a deo secundum viam quod non possit perfecte quietari nisi in deo. In proposito igitur idem est efficiens et finis quia in efficiente est plenitudo perfectionis obiecti non autem in ratione efficientis. Sed in efficiente includitur ratio finis et quietantis. Teneo igitur quantum ad hunc articulum conclusionem hanc quod fruitio ordinata habet tenere finem ultimum pro obiecto quia sicut tantum primo vero assentiendum est propter se per intellectum ita et per voluntatem assentiendum est tantum summo bono propter se. De tertio articulo dico quod obiectum fruitionis in genere est finis ultimus vel verus qui scilicet est finis ultimus ex natura rei vel apparens qui scilicet ostenditur a ratione errante tamquam finis ultimus vel positus quem scilicet voluntas ex libertate sua vult tamquam finem ultimum. Duo prima membra satis patent, tertium probo quia sicut in potestate voluntatis est velle ita et in potestate eius est modus volendi scilicet referre vel non referre, igitur in potestate sua est velle aliquod bonum propter se non referendo illud ad aliud et ita ponendo illud sibi in finem ultimum. De quarto articulo dico quod ratio finis non est ratio propria obiecti fruibilis nec in fruitione ordinata nec in fruitione simpliciter inquantum quod non in ordinata patet, tamen quia respectus non includitur in obiecto beatifico per se inquantum est obiectum beatificum, tamen quia ille respectus est rationis tantum, tum quia si per impossibile esset aliud obiectum summum ad quod deus non ordinaretur una voluntas sicut ad finem adhuc illud obiectum quietaret in quo tamen

non esset ratio finis respectu utiri
fruitionis ordinate, ideo finis secundum
rationem gratificatur obiectum fruibile. In frui
tione ordinata finis apparens ideo
finis gratuitatur apparenter obiectum
fruibile, sed in fruitione finis perfecti ideo
finis sequitur actum quia dicit modum
actus vel modum obiecti tractat actum. Ad primum
argumentum principale dico quod frui accipitur
extensive pro amore honesti distincto
contra amorem utilis et delectabilis, vel
honesta ubi dicitur pluraliter non pertinet
videlicet pluralitate essentiarum sed propter
pluralitatem perfectionum, immo fruibilium.
Ad secundum dico quod aliquis ultimus finis finita ne
cessario est ad ipsum vel obiectum simpliciter
infinitum, quia quod est ad finem
inquantum tale est finitum etiam accep
tum ut omnino proximum fini, tamen omnibus
que sufficiunt ad immediate attingendum
finem ultimum et tamen ultimus finis ad quem est
illud immediate non fundatur nisi in finito
et hoc frequenter accidit in relationibus
proportionum vel proportionalitatum, et non similitu
dinum quia ibi prima extrema sunt
maxime dissimilia. Ita dico in pro
posito quod inter obiectum et potentiam non
est relatio similitudinis sed proportionis
et ideo bene potest esse capacitas finita
sicut et est in qua est finita, et
tamen ad obiectum infinitum sicut ad
correlativum. Per idem dico ad aliud
quod nichil est maius in ratione obiecti obiecto pro
portionato, ad tamen est maius, id est maiori
modo attingibile quam possit attingi
ab anima, sed ista maioritas non est modo
sed in actu, quod declaro in exemplo. Si po
natur aliquod album visibile per x gradus
ponatur visus capiens illud secundum
unum gradum et alius visus ponatur
perfectior isto secundum x gradus, iste secundus visus
perfecte capiet illud album secundum omnes
gradus visibilitatis eius, ita quod vide
bit illud quantum est visibile ex parte
obiecti, et tamen si fuit tamen visus acu
tior isto secundo perfectius videbit illud
album, et tamen non erit excessus ex
parte gradiendum obiecti sed tamen ex parte actus
videndi. Ad tertium dico quod intellectus
assentit tamen non secundum evidentiam ipsius
veri quia natum est facere de se in intel
lectu et ideo non est in potestate intellectus
ferri vel minus firmiter assentire, non secundum
tamen secundum proportionem ipsius veri moti in
potestate autem voluntatis est intensius as
sentire bono vel non assentire, licet
imperfectius, nisi ideo quia non valet de
vero respectu intellectus de bono respectu
voluntatis. Ad ultimum dico quod non que
cumque forma faciat appetitum materie
totaliter extensive tot enim sunt appe
titus materie ad formas quot sunt
forme receptibiles in materia, nulla
enim forma una potest faciat omnes
appetitus materie, sed una perfectissime
faciat unum appetitum, si sit perfectissima
non tamen omnes nisi in ipsa includerentur
omnes forme. Ad propositum dico quod obiectum
potest includere omnia obiecta aliquomodo, et
ideo illud solum obiectum perfecte quietat
potentiam quantum quietari potest, sicut
fuit argutum in secundo articulo, quod autem non
tamen est omnino simile de quiete intra
et extra, nam quodcumque receptum fini
tum quietatur intra aliquo finito re
cepto, sed extra pure terminative non oportet
quod in finito quietetur, quia ad aliquid
perfectius extra potest ordinari quam posset
in se recipere formaliter, quia non recipit
formam nisi finitam, potest tamen bene esse
ad obiectum infinitum. Et tamen probatur quod quelibet
forma quietat materiam sunt alias
sub quacumque violenter quiesceret, dico
quod quies violenta nunquam est nisi
quiescens determinate inclinetur ad
oppositum, sicut exemplificatur de gravi

respectu descensus deorsum et qui-
ete eius super trabem. materia autem
prima ad nullam formam determinate
inclinatur et ideo sub quacumque quiescit
non violenter sed naturaliter propter indetermi-
natam inclinationem ad quamcumque.

Quarta conclusio arguitur quod in ultimo
fine sunt plures rationes frui-
biles. ita quod voluntas potest eo frui secundum
unam et non secundum aliam. Probatur primo ethicorum capitulo in
illo capitulo probat quia bonum ultimum idem philosophus
et quod sicut ens et unum sunt in omni
genere ita et bonum. Et Ricardus loquitur ibi
de relatione. relatio habet propriam bonitatem
et per quas propriam fruibilitatem. et cum in
deo sunt alia et alia rationes. erit ibi alia et
alia ratio fruibilis. Probatur sicut unum convertitur
cum ente ita et bonum igitur quod transfe-
runtur ad divina equaliter transferuntur
igitur sicut ibi est unum essentiale et personale
ita et bonum. sicut igitur in deo sunt tres
unitates ita et tres bonitates et per
quas habetur propositum. Probatur actus non terminatur
ad oppositum in quantum innatur nisi obiectum ut
est formale obiectum innititur sed actus fru-
endi terminatur ad tres personas in quantum
tres igitur obiectum fruitionis in quantum forma-
le obiectum innatur. Probatio minor credimus
deum in quantum trinus igitur diligimus
deum in quantum trinus quia in ipso succe-
dit fidei secundum totam eius perfectionem igitur
fruemur deo in quantum trinus. Contra in or-
dine essentiali est tantum unum primum
igitur in ordine finium est tantum unus finis
fruitio autem est respectu finis ergo.
Probatur primo efficientia correspondet ultimus finis
sed est tantum unum efficiens et sub una ratione
igitur tantum unus finis. Confirmatur quia
tanta est unitas efficientis quod non potest efficere
una persona non efficiente alia. ergo simpliciter et
unitas finis quod non potest una persona
sine alia finire. Hoc etiam confirmatur
per Augustinum i de trinitate capitulo a. pater et filius sunt unum

principium et sic sicut unus creator. Probatur
si in deo est una maiestas ita et una
bonitas sed propter maiestatem debetur ei tantum
una adoratio secundum Damascenum ita quod non
convenit adorare unam personam sine alia
vel non adorando aliam igitur nec frui
una non fruendo alia. Ista quaestio potest
habere quadruplicem intellectum secundum quadruplicem
distinctionem in divinis quarum prima est distinctio essentie
a persona. 2a a persona. tertia essentie ab
attributis. quarta essentie ab ydeis. De 3a
et 4a non dicam modo quia non est dubium
quin sit illa et inter illa distincta perti-
neant ad fruitionem. tantum ergo de duabus
primis est videndum et modo. et quantum ad
istas est videndum et primo de fruitione
viatoris quantum ad possibilitatem eius. 2o de
fruitione comprehensoris loquendo de po-
tentia [illegible]. 3o de fruitione viatoris
et comprehensoris de facto. De primo dico
quod possibile est viatorem frui essentia
non fruendo persona et hoc fruitione or-
dinata quod probo quia secundum Augustinum v de trinitate c. 2
si essentia relative diceretur non est essentia
quia omne esse quod relative dicitur est aliquid
excepto relativo ex quo concludit quod
c. 3. quia pater si pater non est aliquid ad se
non est aliquid quod ad alterum dicatur. est igitur
essentia divina aliquid conceptibile in cuius concep-
tu non includitur relatio igitur sic potest
concipi a viatore sed essentia sic concepta
habet rationem summi boni igitur et perfectam rationem
fruibilis igitur convenit ea frui ordi-
nate. Confirmatur istud ideo quia possibile
est concludi ex naturalibus esse unum summum bonum
et tamen non deum ut trinum igitur cum summum
bonum sit congruum potest habere voluntas ali-
quem actum et non nisi ordinatum habe-
bit igitur actum fruitionis ordinatum
circa essentiam et non circa personam ut nos
concipimus personam. Ex ipso autem non est
possibile sicut quod ordinate fruatur persona

non fruendo essentia quia persona in sua ratione includit essentiam. 2o dico quod viator potest frui una persona non fruendo alia. Primo quia respectu trium personarum sunt tres persone articuli fidei distincti igitur potest concipi una persona cui correspondet unus articulus non concepta alia cui correspondet alius articulus et tunc in illa persona concipitur ratio summi boni igitur possibile est frui una persona sic concepta non fruendo alia. Si dicas persona est relativa igitur si concipitur concipietur alia sibi correlativa. Respondeo si relativum cognitum requirit cognitionem correlativi non tamen oportet cognoscentem et fruentem uno relativo cognoscere et frui alio quia possibile est frui deo inquantum creator non tamen fruendo creatura que tamen terminat istam relationem. Similiter licet pater dicatur relative ad filium et non posset intelligi inquantum pater non intellecto filio non tamen dicitur relative ad spiritum sanctum inquantum pater igitur possibile est concipere patrem inquantum pater et frui eo non concipiendo vel fruendo spiritu sancto. De 2o articulo dicitur quod non est possibile de potentia dei absoluta quod aliquis comprehensor fruatur essentia divina et non fruatur persona et hoc probatur primo quantum ad visionem sic cognitio confusa est cognitio imperfecta visio autem divine essentie non potest esse cognitio imperfecta igitur nec confusa quia esset aliquo modo ad personas et non illarum personarum ergo. Preterea visio est existentis ut existens et ut presentis videnti 2m 2m existentiam et 2m hoc distinguitur visio ab intellectione abstractiva que potest esse non existentis vel existentis non inquantum hic et presens est intellecto et est hic differentia in intellectu inter distinctam et intuitivam et abstractivam sicut in parte sensitiva est differentia inter actum visus et actum fantasie.

sed illa cognitio essentie divine esset intuitiva igitur existentis ut existens et in existentia vel cognoscitur sed essentia divina non existit nisi in persona igitur non potest esse visio eius nisi in persona. Preterea non potest cognosci intuitive illud in quo sunt aliqua plura distincta ex natura rei nisi omnia illa distincte et perfecte videantur exemplum albedo non videtur distincte nisi videantur omnes partes eius que sunt in basi piramidis que partes distinguuntur ex natura rei sed persone sunt in essentia et distinguuntur ex natura rei igitur essentia non videtur distincte nisi videantur persone. Ex hiis arguitur ad propositum quantum ad d' personas ut quia si non potest videri essentia nisi videatur in persona et non magis videtur in alia persona quam in alia quia eque immediate videtur secundum habitudinem ad quamlibet personam igitur non potest videri nisi videatur in persona qualibet persona et ita non videtur una persona nisi videatur alia. Dicitur ultra propositum quantum ad frui quia voluntas non potest magis abstrahere obiectum suum quam intellectus ostendit igitur si intellectus non potest distincte ostendere essentiam sine persona vel personam sine persona igitur nec voluntas poterit distincte frui. Confirmatur quia voluntas non potest habere actum distinctum ex parte obiecti nisi ponatur differentia ex parte obiecti vel realis vel 2m rationem sed si intellectus apprehendit indistincte essentiam et personam non erit differentia ex parte obiecti nec rei nec rationis igitur voluntas non potest habere ibi actum distinctum ex parte obiecti. Minor patet de differentia realis de differentia rationis probatur quia si intellectus non apprehendit distincte hoc et illud igitur non distinguit hoc et illud. Preterea finitio quietativa fruitionis sed una persona non perfecte quietat fruitionem sine alia nec essentia sine persona quia tunc potentia quietata in illa non posset

ultimus quietatiu in aliquo alio quia
ultimate quietatiu non est ultimus
quietabile et per quus illa potencia
non posset in alia persona quietari
nec frui ea quod est filius 3o. Pro si
quietaretur in illa persona sola et pz
quod potest frui alia igitur vel fruitio
alterius persone potest esse cum fruitione
illius persone vel sunt impossibiles ita quod
una non est cum alia. si primo modo igitur
duo actus eiusdem speciei erunt simul
in eadem potencia quorum neuter equatur
capacitati potencie quod est impossibile
Si 2o modo igitur neuter actus est frui
tio quia neuter potest esse perpetuus. Pro
mens est ymago trinitatis igitur non
potest quietari nisi in trinitate igitur non
potest ordinate frui nisi deo trino. Quan
tum ad istum articulum loquendo de po
tencia dei absoluta non video contradictionem
quin possibile sit ex parte intellectus
et voluntatis quod essencia et non persona
vel una persona et non alia terminet actum
utriusque potencie. Hoc autem persuadetur
sic pater prius origine quam generet fi
lium est perfecte beatus quia ut habens perfectionem
sibi intrinsecam licet a persona producta
perfectio autem intrinseca est beatitudo per
sone beate. sed si in illo priori est perfecte
beatus igitur in illo priori habet obiectum per
fecte beatificans non autem videtur habere
in illo priori essenciam contentam in tribus
ut obiectum sed essenciam vel absolute vel ut est
in una persona tantum. igitur non est de ratio
ne essencie ut est obiectum beatificum quod
ipsa beatificet inquantum contenta in tribus
et ita non videtur contradictio nec quantum
ad visionem nec quantum ad fruitionem. Sed
ad hoc quod pater habet eam tunc ut in tribus
posterius et tamen primo 2am originem. quia
ex se habet illam ut obiectum sibi et hoc
est esse prius origine non est autem ibi
ponitur alia 2am qua obiciatur sibi

essencia ut in una persona et non ut in
alia persona sicut nec ipsa in aliquo
priori nec obiciatur uni persone et non
alii sed tunc obicitur uni ex se et non
alii ex se. Confirmatur quelibet persona intel
ligit intellectu formaliter ut intellec
tus est in ipsa non ut est in alia nec
ut est in tribus ex 14 de trinitate c. igitur
ita videtur quod quelibet perfecte intel
ligit essenciam ut est in se formaliter
igitur perfecta intellectio que est beatifica
non necessario requirit essenciam esse in tribus
Pro 2o prime que non minus requiritur ad
intellectionem intelligibile quam intellectus
igitur imperfecte intelligere ex se non
minus requiritur quod habeat in se obiectum ut
formaliter intelligibile quam quod habeat in
tellectum in se ut quo intelligit. Con
firmatur iste quia si pater intelligeret beatifica
in persone essenciam ut in filio. quia hec
probatur per argumentum philosophi 12 methaphysice quo probat
deus non intelligere aliud a se quia vile
cet eius intellectus quia tunc perfectionem re
ciperet ab intelligibili igitur ita hoc primo
quod est minus inconveniens perfectionem simpliciter
puta istorum beatificam reciperet quasi
pater a tribus personis vel ab eis vel
ab aliquo ut in tribus et tunc videtur
sequi duo absurda. Primum quod non omnem
perfectionem simpliciter habet pater a se aliud
quod non omnis perfectio simpliciter et eternalis
est aliquo modo prior productionibus sed ali
qua est posterior ipsis personis puta
illa que est ab obiecto ut in tribus. Pro
si intellectus ut in aliquo producto esset
principium beatitudinis patris pater non
esset beatus a se 14 de trinitate c. a. igitur si
essencia ut in producto sit per se obiectum beati
tudinis patris pater non est beatus a se
quod probatur quia obiectum ut obiectum non minus
requiritur ad beatitudinem quam intellectus
modus ponendi est ipse omnis actus habet

obiectum primum a quo dependeret essentialiter
et secundum a quo non dependeret essentialiter
sed tenderet in illud primum ordine. licet igitur
non possit manere idem actus nisi ha-
beat habitudinem ad primum obiectum potest tamen
manere idem sine habitudine ad secundum
obiectum quia ab eo non dependeret. exemplum
idem est actus visionis essentie divine
et aliarum rerum in ea sed essentia est primum
obiectum, res autem secundum, non possit anima habere
eandem visionem nisi esset eiusdem essentie
posset tamen habere eandem absque hoc
quod esset rerum visarum. sicut igitur deus
potest sine concretione cooperari ad illum ac-
tum inquantum tendit in primum obiectum
et non inquantum tendit in secundum, et tamen
est idem actus ita sine concretione potest
cooperari ad visionem essentie que habet rationem
primi obiecti non cooperando ad visionem vel
fruitionem persone vel divine persone sine alia
que persona habet rationem obiecti secundarii. Pro
hoc autem ad argumentum. cum primo dicitur de vi-
sione confusa dico quod universale vel commune in crea-
turis dividitur in suis singularibus et
sic dividi est imperfectionis et ideo commune in
deo non convenit. Primo essentia divina
que est communis tribus personis est de se hec
ideo est cognitio alicuius universalis abstracti
a singularibus est confusa et imperfecta quia
obiectum est confuse divisum in illis que
in ipso confuse concipiuntur. hec autem
cognitio divine essentie distincta est quia
est obiecti quod de se est hoc et tamen non
oportet in ipso distincte cognito personas
distincte cognoscere quia illud non est primum
terminus visionis vel fruitionis ut dictum
est. Ad secundum de essentia existente dico quod
natura est terminus visionis esse existens inquantum
existens non tamen quod subsistens vel
incommunicabilis existentia sit de ratione termini vi-
sionis. essentia autem divina est de se
hec et actu existens licet non includat

in sua ratione incommunicabilem subsistentiam
et ideo ipsa ut hec potest terminare actum
visionis absque hoc quod videatur perso-
na. exemplum album videtur intuitive in-
quantum existens et prius visu secundum existentiam
suam non tamen quod album videtur tamquam sub-
sistens vel inquantum habet rationem suppositi
ut videtur vel suppositum in quo est videtur.
Ad formam argumenti patet quia licet
non sit visio nisi existentis inquantum
existens et non est existens essentia nisi
in persona non tamen sequitur igitur est
existentis inquantum est in persona sed tantum
oportet intelligi quod est subsistentis vel existen-
tis in subsistente. Ad tertium dico quod prima propositio
est falsa nisi quando in illis ex natura rei
distinctis ipsum primum visum distinguitur
sicut patet in exemplo de lapide parietis
nam altitudo et album visum distinguitur
in partes in quibus videtur et ideo non
videtur album distincte nisi partes ille in
quibus distinguitur album visum distincte
videntur. in proposito autem et si persone dicantur
ex natura rei distinguuntur essentia
tamen visa non distinguitur in eis quia est
de se hec ideo potest distincte videri sine aliis
visis que subsistunt in ea. Ad illam
deductionem de voluntate et si non oporteat
videre quia amor est plus et tamen necessa-
rio tamen quia cum non videtur necessaria potest
videri tamen dico quod voluntas non plus abs-
trahit quam intellectus ostendit dico
quod intellectus potest ostendere aliquod obiectum
primum voluntati et in isto primo ordine ali-
quod per se obiectum sed non primum et vocatur
hic obiectum primum totum illud ad quod
terminatur actus et obiectum per se illud quod
includitur per se in primo obiecto terminante
Verum autem ideo ubi ostensio sufficerit ad
hoc quod voluntas habeat actum suum circa
illud non tamen oportet quod voluntas ve-
lit totum primum ostensum quia potest non

uelle illud quod ostenditur in illo primo os-
tenso. Ex quo in instanti ostenditur sub ratione
talis ostenso sufficit ad hoc quod uo-
luntas habeat uelle uel nolle circa secun-
dum ita quod ex tali ostensione potest ha-
bere uelle circa ostensum et non circa se-
cundum et tamen non est nisi una os-
tensio unius obiecti primi in quo tamen
includitur aliquid ut pars obiecti. Dici-
tur quod uoluntas non abstrahit uelle
a singularibus sed uoluntati ostenduntur plura
per intellectum qui est aliquorum plurium
inclusorum in primo obiecto quorum utrumque
ut sic ostensum potest uoluntas uelle.
Ad confirmationem cum dicitur obiectum aut
differt re aut ratione dico quod differt ratione
et cum probatur quia intellectus non dis-
tincte concipit hoc ab illo dico quod non re-
quiritur hoc ad distinctionem rationis sed sufficit quod in
primo obiecto contineantur aliqua. Ad
aliud de quietatione dico quod pater et
filius quietatur in essentia sua ut
est in se nec sequitur ideo non potest quie-
tari in ea ut est in filio uel in spiritu
sancto primo quietatur in essentia ut communicata
est eis et hoc eadem quietatione
qua quietatur in essentia ut in se quod
cum quietatur primo in aliquo obiecto quie-
tatur in illo in quocumque est. Secundum illud
modum ita hic si beatus fruatur essentia
primo postea persona non quietatur in
persona ulteriori quietatione qua prius
quietabatur sed eadem inquantum obiectum
quietans terminat ut in aliquo et prius
non terminatur ut in illo. Per hoc ad ul-
timum dico quod non erunt ibi duo actus
quia quicumque actus uel fruitionis uel
uisionis est obiecti primi sub una ratione
formali sed ille actus unius potest esse
primi obiecti et primi et etiam alterius per se
obiecti inquantum primi igitur non erunt duo actus
eiusdem speciei simul nec successiue.
Ad aliud de ymagine quere supra

ratione op. aut. q. 1. hoc dato. Secundo
ad tertium articulum de potentia creata dico
quod intellectus non potest de essentia sua
naturali uidere essentiam nisi uidendo
personam quia cum intellectus de se sit
potentia naturalis et non libera obiecto age-
re in intellectum intellectus agit quantum
potest igitur si obiectum ex parte sua agit
manifeste tres personas intellectui
non est in potestate intellectus ut uide-
at aliquid obiecti et aliquid non ui-
deat. Similiter non est in potestate uolun-
tatis ordinate frui essentia non fru-
endo persona quia non est in eius potestate
ut ordinate fruatur aliquo et non
sub quacumque ratione uel modo potest ipso
frui fruatur eo. Sed de potestate uo-
luntatis absoluta est magis dubium potest
enim dici quod non est in potestate uoluntatis
sit aliquis actus ut ponatur in esse
uel non ponatur tamen est in potestate non
eius quod actus positus in esse habeat
uel non habeat conditionem illam que naturaliter
competit actui ratione obiecti. Exemplum licet
in potestate uoluntatis sit eligere uel non
eligere actum peccati non si actus positus
in esse habeat inordinationem ex natura
sui non est in potestate uoluntatis quod po-
situs in esse sit uel non sit inordinatus
actus autem fruitionis quantum est ex natura
obiecti primi natus est esse trium personarum
in essentia quia non ponendo aliquid intrinsecum
ex parte obiecti et de se trium agitur non uidetur
esse in potestate uoluntatis ut actus positus
in esse sit essentie ut in tribus uel non
ut in tribus. Si dicitur quod ista ratio conclu-
dit quod non sit in potestate dei quod actus
sit essentie et non trium personarum dico
quod non sequitur quia actus elicitus est
in potestate dei quantum ad aliquam conditionem
que naturaliter sibi competeret ex obiecto quam
non est in potestate creata quantum ad istam
conditionem. Exemplum in potestate dei est ut

actus elicitus a voluntate peccante referatur ad deum quia deus refert illum actum ad se non tamen est in potestate voluntatis quod possit esse in ea ut in illo utatur ad deum quia in illo actu fruitur creatura non potest autem simul eodem actu frui alio a deo et uti illo ad deum. Exemplum istud non videtur bonum quia ille actus peccantis est ab una potentia et refertur ad alia dimittatur ergo et ideo quia actus unus consequens actum positum potest non inesse materiae actu et sic subest voluntati divinae non tamen creatae eliciti actum ita dicatur de conditione qua actus est natus sive respectu obiecti necessarium secundum necessario quantum est ex se tamen non contingenter et ideo subest voluntati divinae ut conditio illa non insit. Quantum ad 2m argumentum dico quod de facto est una fruitio et una usio communis in tribus personis hic dicitur ad primo de trinitate capitulo ... in fine neuter sine altero videri potest et loquitur de patre et filio quod intelligendum est de potentia ordinata de qua locutus est philippus volens patrem sibi ostendi quia potuisset de facto vidisse patrem sine filio ut exposuit et tractat hic augustinus de verbis philippi et responsione christi hoc etiam vult 14 de trinitate capitulo 16 omnem inquit sanctam unum unico conceptu forte videbimus et quod dicit forte non refertur ad ambiguum visionis sed ad alia videnda in eo. Similiter de viatore dico quod de facto unio fruitio est habitualis ordinata simul et trium personarum licet non actualis nullus enim viator nec comprehensor potest ordinate frui una persona non fruendo alia saltem habitualiter hoc est quod sit in prima dispositione ad fruendum alia si illa distincte conspiciatur ab illo et ideo non stat fruitio unius personae cum odio alterius personae

ideo saltem in ps dicitur qui me odit et patrem meum odit. Ad argumenta principalia. Ad primum dico quod bonum uno modo convertitur cum ente et sic potest poni in quolibet genere sed bonum ut sic non habet rationem obiecti fruibilis et ideo non oportet quod in quolibet genere est bonum hoc modo sumptum quod ibi sit proprie ratio obiecti fruibilis ratio autem boni fruibilis non est ratio boni in genere sed boni perfecti quia est bonum non habens defectum et hoc non videtur ita apparentis ut 2m perfectionem voluntatis quale non est verum. Ad 2m dicitur quod quae uniformiter respiciunt essentiam et personam sunt tamen essentialia si tamen conveniunt personae sunt personae personalia quae autem sub alia ratione respiciunt essentiam et sub alia personam sunt et essentialia et personalia primo modo se habet bonum 2o modo unus 3o modo unum quod sub indiviso sub propria ratione pertinet ad essentiam et sub alia propria ratione pertinet ad personas. Sed contra quia huius cum hoc quaerit argumentum arguit cum taliter duo videantur aeque fruibilia ardentia et aeque sufficientia ad terminandum utrumque erit aequaliter vel tantum essentiale et personale. Ideo est alia responsio quod obiectum fruitionis est quod sit bonitas aliqua communicativa et non perfectio suppositi quia perfectio suppositi indistinguitur contra perfectionem communicativam non est formalis ratio agendi nec est formalis ratio terminandi alicuius actionem perfectio autem communicativa non est nisi abstractio perfecta abstracta a supposito quae de se indifferenter respicit omne suppositum ideo bonitas nec terminat actionem fruendi sed quod sit tantum bonitas communicativa voluntas autem potest esse ratio suppositi quia non dicit de se rationem principii actus nec rationem

formalem trinitatis alicuius actus ideo bonum est tamquam fruitionis non quomodocumque suppositum sed tamen conditionatione sicut est perfectio conditionata que est ratio essentialis non suppositi. Et ratio uno modo est ratio essentialis, alio modo est ratio suppositi; 2o modo non est ratio formalis nec terminus actus fruitionis. Ad 3m dico quod inquantum potest denotare solum illud quod sequitur accipi sed rationem istam formalem vel ultra hoc esse potest denotare illud esse formalem rationem inherentie predicati, et illo 2o modo accipitur reduplicative propriissime quia reduplicatio sive sumatur pro toto se ipso sive pro aliquo quod includatur in intellectu eius accipiendo reduplicationem formaliter semper illud per quod accipitur notatur esse formalis ratio inherentie predicati. Ad secundum dico igitur ad propositum quod sive duplicatio ista accipiatur in maiori quantum ad utrumque sic maior est vera et minor falsa. Si non pro primo tamen et non pro 2o minor est vera et maior falsa. Cum probatur minor 2m primum modum accipiendi eius dico quod videbimus tres inquantum tres licet est formalis ratio trinitatis videbitur sed ipsa trinitas non erit formalis ratio videndi vel causa formalis inherentie predicati ad subiectum scilicet fruitionis vel visionis sed veritatis essentie. Cum probatur ultimus per credere trinum inquantum trinus dico quod non est simile quia essentia divina non transibit in nobis in medio actu credendi sicut transibit in medio actu videndi et hec est propter imperfectionem intellectus nostri pro statu isto quia intelligimus distinctas personas ex creaturis et ex actibus distinctis et ita quantum ad cognitionem nostram nunc potest esse trinitas ratio formalis cognitionis tunc autem erit precise cognita sicut est et non formalis ratio cognoscendi quia tunc videbitur per rationem essentie in se precise ut per rationem obiecti primi.

Ad rationes in oppositum. Ad primam dico quod est finis ultimus finis in se species tamen in se distinctas rationes aliquas que non sunt formaliter rationes ultimi finis et ita possibile est frui eo sub ratione ultimi finis non fruendo eo sub rationibus illis. Ad secundum dico quod sicut dictum est in precedenti questione per actus est quod in eodem quietatur ratio efficientis et ratio finis tamen de facto una est ratio formalis ipsius finis sicut et ipsius efficientis et in illa ratione una potest quietari potentia licet non quietetur in rationibus personalibus que sunt in illo fine. Ad confirmationem cum dicitur non potest una persona esse sine alia etc. igitur nec finire actum fruitionis nisi alia finiat, dico quod non sequitur bene. Cum sequitur quod una persona ex natura rei non est finis nisi alia persona potest finis sed non sequitur de fine actus ut est elicitus a potentia quia finis actus ut eliciti est ille ad quem potentia eliciens ordinat actum et propter quem elicit ipsum sed finis ex natura rei est bonum ad quod actus ex natura sui natus est ordinari non quia in ratione eius quod attingitur per actum sed sicut omnis natura creata in suo grado ad finem ultimum ordinatur. Ad aliud quod de ... patet quod loquitur ibi de fide. Ad ultimum dico quod est una adoratio spiritualis trium personarum et quicumque adorat unam personam spiritualiter se subicit toti trinitati sed non oportet quod actualiter cogitet de alia persona quando adorat unam sicut patet in oratione que dirigitur ad unam personam et non actualiter ad aliam ut in principio penthecostes Veni creator spiritus et de

ultris ordinibus in certa institutis
unde ordines cetere ut plurimum distinguntur
pro et in fine nominatur filius sicut
mediator igitur dum aliquis actualiter
refert intencionem suam ad adorandum
patrem non oportet quod actualiter cogitet
de filio vel de spiritu sancto quousque post in-
ducat filium in cogitacione sua tamquam
mediatorem et sicut est eadem adoracio
habitualis non tamen actualis, ita
est eadem fruicio habitualis licet non
neccessario sit eadem actualis

Circa ipsum frui in se supponitur quod
sit aliquid voluntatis per se.
Queritur primo utrum sit aliquis actus
elicitus a voluntate vel passio aliqua
recepta in voluntate puta aliqua
delectacio et quod sit delectacio probo quia
fructus est illud quod ultimo expectatur
de arbore igitur scilicet in spiritualibus fruc-
tus est ultimum quod expectatur de operacione
sed tale est delectacio quia delectacio sequitur
actum. Item Apostolus ad Gal. 5 fructus
spiritus sunt pax gaudium et omnes iste
sunt passiones, patet de gaudio
aut saltem non sunt actus sed consequentes
actum, fructu autem fruimur per se igitur
frui est aliquid per se consequens actum
ut videtur. Contra voluntas actu eli-
cito amat deum aut igitur propter aliud
et tunc utitur et ita est perversa aut propter
se et tunc fruitur ex diffinicione frui
et ita frui est actus. Circa istam questionem primo
videndum est de actibus, 2o de signifi-
cato nominis. Quantum ad primum dico
quod sicut in intellectu sunt duo actus
assenciendi alicui complexo quia ali-
cui non assentitur propter se sicut principio, al-
teri vero non propter se sed propter aliud verum scilicet
conclusioni. Ita in voluntate respectu boni
est duplex actus assenciendi, unus
quo assentit alicui bono propter se,
alius quo assentit alii bono propter

aliquod bonum ad quod refertur sicut
conclusioni assentitur propter principium, conclu-
sio enim nititur licet a principio. Ista simili-
tudo potest accipi a philosopho 6 ethicorum ubi
dicitur quod in mente est affirmacio et
negacio hoc est in appetitu prosecu-
cio et fuga, et tunc ultra sicut in mente
est duplex affirmacio propter se et propter
aliud ita et in appetitu est duplex
prosecucio vel adhesio propter se et propter
aliud. Est tamen inter hec duplex dif-
ferencia quia illi duo assensus intellectus
distinguuntur ex natura obiectorum, sicut enim al-
teri propter evidenciam alterius huius et
illius veri et ideo habent distincta obiecta
sibi correspondencia et ipsos causancia.
In voluntate autem non ex distinccione
obiectorum sed ex libertate potencie sicut vel
sit acceptative obiectum eius quod sicut de-
cimum est prius in potestate eius est sit vel
sit agere referendo et non referendo et ideo non
correspondent istis actibus obiecta distincta
neccessario sed quicumque bonum volibile potest vo-
luntas habere obiectum primum secundum habitum
actum vel secundum alium. Secunda differencia est quia
illi duo assensus intellectus sufficienter
dividunt assensum intellectus in com-
munem inter ipsos est aliquid medium quia nul-
la est evidencia media ex parte obiecti sed
preter hos duos assensus voluntatis
est aliquis assensus medius quia
voluntati potest ostendi aliquod bonum
absolute apprehensum non sub racione propter se
boni nec propter aliquod boni. Voluntas
autem circa tale obiectum sicut consimiliter potest ha-
bere aliquem actum et non neccessario inordi-
natum igitur potest habere aliquem actum non di-
illud absolute absque relacione ad aliud
aut absque fruicione propter se. Utrius
potest impare intellectum ut inquirit
quale bonum sit illud et qualiter vo-
lendum et tunc potest illi assentire sicut
vel sic et tota racio dicendi huius inde est

libertas voluntatis et unitas naturalis
ex parte intellectus. Ex hiis ultra
actus assensus bono propter se est
actus perfectus actum autem perfectum con-
sequitur delectatio ex x ethicorum igitur actum
volendi bonum propter se consequitur ali-
qua delectatio huius ... quantum ad
propositum ergo distincta scilicet actum imperfectum
volendo bonum propter aliud qui vocatur usus
actum perfectum volendi bonum propter se
qui vocatur fruitio, actum neutrum et
delectationem consequentem actum perfectum
De 2o principali scilicet cui conveniat hoc
nomen frui potest colligi ex auctoritatibus lo-
quentium de isto vocabulo frui. planum
est enim quod non est actus imperfectus nec
actus neuter sed alterum est tantum de ac-
tu perfecto et delectatione consequente illum
Verumtamen aliqui auctores videntur dicere
quod frui est tantum actus perfectus, aliqui quod
delectatio tantum, aliqui quod includit utrumque
et tunc non significat aliquid per se unum sed tantum
aggregative ex duobus entibus vel
eius per actus nec est hoc inconveniens
quod unum nomen significet multa quia secundum
philosophum 1o metaphysice ylias significat potest totum
bellum troianum. Quod sit tantum actus
videtur per augustinum 83 q. q. 30 omnis perversitas
que vicium nominatur est uti fruendis et
frui utendis. perversitas autem est formaliter
in actu voluntatis elicito non in delec-
tatione quia delectatio non est prima
nisi quia actus est perversus nec delectatio
est in potestate delectantis nisi quia actus
est in potestate eius peccatum enim inquantum
peccatum formaliter est in potestate peccantis
Hoc enim videtur dicere augustinus 1 de doct.
christiana c. 1 frui est amore inherere alicui
rei propter se ista inhesio videtur esse per
potenciam motivam inherentis sicut
in corporibus aliquibus hoc nomen tamen

suprema est inhesio alicui propter se videtur
esse propter delectationem quia tanta efficacia de-
lectationis videtur esse obiectum delectabile non
finis et ita delectans non tendit in
obiectum propter se. Sed ista ratio non concludit
procedit enim ac si obiectum non possit esse
efficiens et finis delectationis et hic
solum in 2o autem attende quod delectatio
sit videatur de certa beatitudinis.
Quod autem frui sit tantum delectatio videtur
dicere augustinus 1 de tri. c. 18 plenum gaudium
est frui trinitate quod si non distor-
queatur auctoritas ad voluntatem vel ad
aliud intellectum quam non sonant verba
gaudium est formalis delectatio. Similiter
in consequenter preallegata dicit fruimur
illa re de qua capimus voluptatem
si sit locutio proprie pro voluptate vel quando
diffinitio tunc capit voluptatem et frui
essencialiter. Quod autem frui accipiatur
pro utroque scilicet actu et delectatione simul
probatur per diffinitionem illam de frui x
de tri. c. 9 fruimur cognitis in quibus
voluntas propter se delectata quiescit. ad ac-
tum enim pertinet cum dicit fruimur cogni-
tis quia actum voluntatis presupponitur
obiectum cognitum quod post subditur in qui-
bus voluntas et tunc pertinet ad delectationem
quod si delectatio accidit fruitioni non
deberet poni in eius diffinitione. Similiter
si ponitur ad beatitudinem certam pertinere
actus et delectatio sequens tunc omnes
auctores que deberet frui esse summum
principium vel beatitudinem dicunt ipsum in-
cludere utrumque scilicet actum et delectationem
hoc dicit auctoritas illa de doc. christiana
c. 6 summa merces est ut ipso perfrua-
mur. Quid sit autem magis proprium significatum
nominis. difficile est probare cum aliquo
modo quia potest ex usu nominis. Istud
enim vocabulum frui consimiliter cum ablativo

significante obiectum ex vi construccionis aliqualis constructio apparet in verbis significantibus actionem non enim construitur cum ablativo in casu ablativo ex vi cause qualis constructio debetur passionibus significatis per verba. Primo patet non enim ita dicitur fruor deo sicut dicitur delector in deo vel deus delectat me sed dicitur fruor deo construitur sicut dicitur amare deum et istud videtur magis proprium significatum vocalis. Sed de significatione vocabuli non est contendendum quia [illegible] rerum cum res congruat vel constat non est vis facienda in nominibus constat autem res scilicet quod voluntas habet explicare actionem et consequenter passionem scilicet consequentem et patet quod duobus actibus nullo modo convenit hoc nomen frui igitur convenit vel ambobus aliquis vel alio [illegible] et si ambobus sicut [illegible] erit equivocum vel si est univocum [illegible] quidam auctores exponunt quod locutio talis vel [illegible]. Ad primum dico quod fructus dicitur ultimum quod expectatur ab arbore non ut possidendum [illegible] sed ut [illegible] per actum potentie attingentis illud ut obiectum ponimus enim non est fructus inquantum expectatur ut possessio sed inquantum expectatur ut gustandum et actu gustus attingendum quam gustationem sequitur delectatio. Si igitur fructus dicatur illud quo fruendum est scilicet delectatio non est fructus sed consequitur actum quo attingitur illud ultimum expectandum similiter nec delectatio est frui scilicet frui est illud quo primo attingitur illud ultimum expectatum et hoc videtur probabile cum fructus sit illud expectatum sub ratione qua est a potentia attingendum. Ad 2m dico quod non est ad oppositum illa auctoritas cum enim dicat fructum non esse actus sed passiones sequitur quod frui non est delectari

quia fructus est obiectum fruicionis passio autem non ita propter esse primo obiectum sui sed propter esse obiectum actus. Si igitur frui est passionis [illegible] ut sonat auctoritas tunc non erit passio sed actus aliquis potentis habere istas passiones [illegible] quod propriissimus suo primo obiecto. Et ad 3m quod propter fructum fruimur non est hoc intelligendum sub ratione forme vel principii activi sicut calor calefacit sed in ratione obiecti sicut si diceretur quod amabile amamus quod in ratione autem cause finalis fruimur fruicione auctoritas enim non dicit fruicionem esse aliquid quo actum sed fructum et fruicionis obiectum

tres demonstratur hic aliqua figura
habet tres et per consequens non est nota per se
ex terminis quia tunc non demonstraretur propter
quid. 2o sic propositio per se nota est cuius
intellectum ex terminis consequimur evi-
dens sed hec propositio deus infinitus est non
est evidens intellectum nostro ex terminis
eius vero est quia tales terminos con-
cipimus antequam ipsam credamus vel per
demonstrationem sciamus et in illo priori
non est nobis evidens nec evidenter ita
ordinaliter eam tenemus ex terminis
nisi per fidem vel demonstrationem. 3o quia
nichil est per se notum de conceptu non
simpliciter simplici nisi sit per se notum
partes illius conceptus uniri; nullus
autem conceptus quem habemus de deo
proprius sibi et non conveniens creature
est simpliciter simplex vel saltem nullus
conceptus quem nos distincte percipimus
esse proprium deo est simpliciter simplex igitur
nichil est per se notum de tali conceptu
nisi sit per se notum partes illius conceptus
uniri sed hoc non est per se notum quia
unio illarum partium demonstratur ut patet
per duas rationes. Maior est manifesta per
philosophum 4 metaphysice c. de falso quia ratio de se
falsa est omnibus falsa igitur nulla ratio est
alicui vera nisi sit in se vera igitur ad
hoc quod cognoscatur aliquid esse verum
de aliqua ratione vel ipsam esse veram
de aliquo oportet cognoscere ipsam in se
esse veram non est autem in se vera nisi partes
illius rationis sint unite et sicut
est scire quantum ad propositiones vel predica-
tiones contradictorias vel partes rationis
possunt uniri contradictorie prout quod
aliud contrahat aliud formaliter ita

quantum ad unitatem propositionis enunciantis
esse oportet cognoscere partes rationis scilicet
subiectum et predicatum uniri actualiter. Exemplum
sicut ista homo irrationalis est animal
non est per se nota loquendo de predicatione
contradictoria quia subiectum includit con-
tradictoria in se ita ista homo albus est
non est per se nota nisi sit per se notum
hominem et album per se coniungi actu quod
si non coniunguntur in actu hec est vera nullus
est homo albus et per consequens sua contra-
dictoria nullus homo albus est aliquis igitur sua
contradictoria falsa homo albus est
Propositio minor quecumque conceptus concipimus
sive boni sive veri si non contrahatur
per aliquid ut non sit conceptus simpliciter simplex
non est proprius deo conceptus autem conceptus
simpliciter simplex qui non est resolubilis
in alios conceptus simplices quorum
quilibet possit actu simpliciter distincte
cognosci. Ex ista ratione ultima patet
ad quasdam instantias. Cum enim arguitur
hec est per se nota necesse esse est primo quod
oppositum predicati repugnat subiecto si enim
non est non est necesse esse hec etiam est
per se nota quod deus est quod secundum omnem
exponentem qui ponit damascenus cap. 9
dicitur deus ab operatione actuali scilicet vel fo-
vere vel ardere vel videre igitur secundum omnem ac-
ceptionem idem est deus et sicut operans
actu est quod videtur per se nota quia
ut prius oppositum predicati repugnat
subiecto. Dicitur quod in hac operans actu
esse potest predicari tertium adiacens vel secundum
et ita predicari esse ut verum vel habitualiter
esse primo modo non est per se nota 2o modo
sic. Sed hoc non est loquendo de deo quod
secundum philosophum 2 priorum est non predicatur tertium nisi
quia tertium adiacet sibi ut predicatum
concipitur nullum tertium sibi adiacet
nec predicabitur hic autem vel non adiacet

igitur predicatur per se quod in se est et
non predicatum secundum adiacens predicatur
de primo quod est predicatum secundum adiacens
Ideo aliter dico quod nulla istarum propositionum
est per se nota quia non est per se notum
partes que sunt in subiecto convenire actu.
Et cum dicatur oppositum predicati repugnat
subiecto dico quod ex hoc non sequitur propositionem
esse per se notam nisi illa repugnan-
tia sit evidens et cum hoc sit etiam
evidens utrumque extremum habere
conceptum simpliciter simplicem et conceptum
per eum simpliciter convenire. Contra hoc si
oppositum predicati repugnat subiecto igitur
quacumque bona consequentia ponendo subiectum in aliquo
antecedente et predicatum in aliquo consequente
inferendo quod ex tali antecedente
vel consequentia a consequente esse igitur a est quia
oppositum cuiuslibet repugnat antecedenti
sed omnis consequentia necessaria tenet virtute
alicuius cathegorice necessarie que
unit extrema ratione quorum tenet
consequentia igitur talis propositio prima necesse
esse est vel actu operans est et consequentia
Probatio quoniam antecedente includuntur
duo opposita et infertur quod non infer-
tur ratione totius extremi quia totum
extremum nullum unum conceptum
facit sed tamen ratione alterius partis ex-
tremi ut hic sequitur homo mobilis
et ergo animal est. Ideo quod non est homo
immobilis quia nullum unum conceptum facit
sed homo in antecedente infert animal
in consequente et ideo cathegorica per se nota non
debet formari nisi ex illis terminis vel
extremis scilicet homo et animal. Similiter in
proposito si propositionum habeat extremum non
simpliciter simplicem tamen partes convenire
non sunt per se note et aliquid infertur
ratione talis extremi non simpliciter
simplicis illud infertur ratione alterius
partis que includit illud quod infertur
in consequente et ideo tenet virtute cathegorice

quinque illa duo scilicet alterum partem an-
tecedentis et alterum consequentis ut hic
esse est non ante necesse esse est. Per
idem ad aliud si non est actu non
est operans et per oppositum si est operans
est actu tamen in subiecto includuntur plura
quorum alterum est per se non causare non
ante totum et ideo non est propositio necessaria si
vniatur totum primum antecedens cum ex-
tremo consequentis. Ad primum principale potest
exponi dictum de potentia cognitiva
naturaliter nobis data per quam ex crea-
turis statim possumus cognoscere
deum esse saltem in rationibus generalibus
unde ibi subditur qualiter cognoscendum
sit ex creaturis quod autem non loquatur
de cognitione dei actuali et distincta sed
sub rationibus quibus sibi et creature
que convenire propriis et eminentius sunt
in deo quam in aliis patet per hoc
quod dicit ibi nemo novit eum nisi quem
ipse revelaverit. Ad secundum dico quod aristoteles
non dicit propositionem illam per se notam patet
quia non potest inferri quod sit nota nisi deci-
dendo per duos sillogismos ad unum quorum
aliquis est iste omni non ente ens est
maius summo nichil est maius igitur sum-
mum non est non ens ex obliquis in
secunda figura secundo modo alius est iste quod
non est non ens est ens summum non est
non ens igitur est ens. Quomodo autem ro-
cius valeat dicetur in sequenti questione articulo
quod fiet infinitas probandum. Ad pro-
bationem minoris dico quod minor non est
per se nota cum probatur quia oppositum predicati
repugnat subiecto dico quod non est per se notum predicatum
oppositum repugnare subiecto nec subiectum habere
conceptum simpliciter simplicem nec quod termini
illi conceptus univocentur in effectu que
ambo requiruntur ad hoc quod propositio sit
per se nota. Ad tertium dico quod veritatem
in quid esse est per se notum sed ex hoc

non sequitur, igitur debet esse per se no-
tum. Sed est fallacia consequentis, ut patet negando maiorem
et eius probationem. Si nulla veritas est, nullam
veritatem esse est verum. Quia non valet,
quia veritas aut accipitur pro fundamento
veritatis in re aut accipitur pro veritate
in actu intellectus componentis et divi-
dentis. Si ergo nulla veritas est, non
est verum nullam veritatem esse, nec veritate rei,
quia nulla res est, nec veritate intellectus
componentis et dividentis, quia nullus est.
Bene tamen sequitur: si nulla veritas
est, igitur non est verum aliquam veritatem esse.
Sed non sequitur ultra: igitur verum est aliquam
veritatem non esse, est enim fallacia consequentis
a negativa sumpta duabus causis veritatis
ad affirmativam quae est una illarum.
Ad ultimum dico quod propositiones non dicuntur
per se notae quia extrema habeant ma-
iorem unitatem in se sive extra in-
tellectum in re, sed quia extrema ut extre-
ma talis propositionis evidenter ostendunt
complexionem esse conformem rebus, non obstante
similitudini eorum et habere qualecumque
esse habeant, tam sive in re sive in in-
tellectu. Evidentia enim huius conformi-
tatis est evidentia veritatis in propositione,
quod est propositionem esse per se notam. Nunc
autem ista omne totum est maius sua
parte vel quaecumque similis in quocumque
intellectu concipiente nobis nata est
habere talem evidentiam ex terminis, quia
ex terminis est evidens quod complexio est
conformis similitudini et rebus terminorum,
qualecumque esse termini habeant. Et ideo licet
minor sit unitas terminorum, non sequitur
quod sit minor evidentia propositionis. Ad primam
conclusionem sic procedo, quia de ente in-
finito non potest demonstrari esse demonstratione
propter quid, quantum ad nos licet ex na-
tura terminorum esset demonstrabilis propter quid, tamen
quantum ad nos propositio est demonstrabilis

demonstratione quia ex creaturis. Proprie-
tates autem entis infiniti relatae
ad creaturas immediatius se habent
ad illa quae sunt media in demonstratione
quia quantum proprietates absolutae vel de illis
proprietatibus relativis immediatius possunt
concludi esse per ista quae sunt media in
tali demonstratione, quia de proprietatibus absolutis
nam immediate ex esse unius relativi
sequitur esse alterius correlativi. Ideo
primo declarabo esse de proprietatibus re-
lativis entis infiniti. Secundo declarabo
esse de ente infinito ex illis, quia illae
proprietates soli enti infinito conveniunt,
et ita erunt duo articuli principales.
Quantum ad primum dico quod proprietates
relativae entis infiniti ad creaturas
aut sunt proprietates eminentiae aut cau-
salitatis, et haec duplicis, scilicet efficientis aut
finis. Quod additur de causa exemplari non
est aliud genus causae ab efficiente, quia tunc
essent quinque genera causarum. Unde causa
exemplaris est quaedam efficiens, quia scilicet est
agens per intellectum distinctum contra
agens naturale, de quo alias. In primo
ergo articulo principali tria ostendam. Primo
quod inter entia est aliquid in effectu
quod est simpliciter primum propter efficientiam
et aliquid simpliciter primum secundum rationem finis
et aliquid quod est simpliciter primum secundum eminentiam.
Secundo ostendam quod illud idem quod est primum
secundum unam rationem primitatis est primum secundum alias.
Tertio ostendam quod ista triplex primitas uni
soli naturae convenit, ita quod non pluribus
naturis differentibus specie vel quidditative.
Primum istorum trium continet tres con-
clusiones principales secundum triplicem primi-
tatem primi, quarum autem istarum trium
sunt tres ex quibus dependent. Prima
est quod est aliquid primum simpliciter. Secunda quod id
est incausabile. Tertia quod illud est actu in

entibus ita quod in isto articulo primo
sunt notanda quaedam secundum tres particulas.
Prima quod circa notandum est hec: in
entibus est aliquod efficiens simpliciter
primum ita scilicet quod non est effectibile nec
efficiens in virtute alterius a se. Hanc
autem probo sic: aliquod ens est effi-
cibile igitur aut a se aut a nichilo aut
ab aliquo alio; non a nichilo quia nichil
nullius est causa; nec a se quia nulla
res est que se ipsam faciat vel gig-
nat, i. de trinitate i.; igitur ab alio efficiente;
illud aliud sit a. Si a est primum habetur
intentum. Ex opposito hec propositio: si non est
primum igitur est posterius efficiens
et per consequens vel effectibile ab alio vel
efficiens in virtute alterius; detur illud
aliud et sit b. De b arguitur sicut ar-
gutum est de a, et ita aut proceditur in
infinitum aut stabitur in aliquo non
habente prius. Infinitas autem est impos-
sibilis in ascendendo, igitur primitas necessaria
est, quia non habens prius nullo pos-
teriore se est posterius; nam circulum esse
in causis est inconveniens. Contra rationem
istam instatur dupliciter: primo quia secundum
philosophantes infinitas est possibilis
in ascendendo sicut ponunt exemplum
in generationibus infinitis et revolutionibus
celi ubi nullum est primum sed quodlibet secundum,
et tamen hoc ponitur ab eis sine circu-
lo. Secundo quia videtur quod ratio proce-
dat ex contingentibus et ita non sit
demonstratio; antecedens probatur quia premisse as-
sumunt esse de aliquo causato; esse
autem tale contingens est. Ad primam
instantiam excludendam dico quod
philosophi non posuerunt infinitatem possibilem
in causis essentialiter ordinatis sed tantum
in accidentaliter ordinatis sicut patet per
Avicennam 6 metaphysice c. 4 ubi loquitur de

infinitate individuorum in specie. Et
ad propositum melius intelligendum sciendum
est que sint cause ordinate essen-
tialiter et que accidentaliter. Ubi notandum
quod aliud est loqui de causis per se et
per accidens et de causis essentialiter vel per
se ordinatis et accidentaliter; nam in primo
tantum est comparatio unius ad unum cau-
se scilicet ad causatum, et causa per se est que
secundum naturam propriam et non secundum aliquid sibi
accidens causat; causa autem per accidens econverso.
In secundo autem est comparatio duarum causarum
inter se inquantum est ab eis causatum.
Differunt autem cause per se sive es-
sentialiter ordinate a causis per accidens
sive accidentaliter ordinatis in tribus. Prima
differentia est quia in causis essentialiter ordinatis
secunda inquantum causat dependet a prima;
in accidentaliter ordinatis non, licet in esse
vel in aliquo alio dependeat. Secunda differentia
est quia in per se ordinatis est causalitas
alterius rationis et alterius ordinis quia
superior est perfectior; in accidentaliter autem
ordinatis non; et hec sequitur ex prima,
nam nulla causa a causa eiusdem
rationis dependet essentialiter in cau-
sando quia in causatione aliquid sufficit
tantum unum unius rationis. Tertia differentia est quia
omnes cause essentialiter ordinate simul
necessario requiruntur ad causandum, alioquin
aliqua per se causalitas deesset effectui;
in accidentaliter autem ordinatis non est,
quia non requiritur simultas earum in causando.
Ex istis ostenditur propositum scilicet quod infini-
tas ordinatorum essentialiter est impossibilis
et etiam ordinatorum accidentaliter sine positione
statu in ordinatis essentialiter. Si autem
negetur ordo essentialis adhuc infi-
nitas est impossibilis; igitur omnino est
infinitas impossibilis et per consequens
omnino est aliquod primum necessario simpliciter

primum effectivum. Contra istam tamen propositionem assumptam propter brevitatem prima dicitur 2a b. et c. Prima scilicet quod est essentialiter ordinatorum infinitas sit impossibilis probatur. Quia universitas causatorum essentialiter ordinatorum causata est ab aliqua causa que non est aliquid illius universitatis, quia tunc esset causa sui; tota enim universitas causatorum sive dependentium dependet et non ab aliquo illius universitatis. Secundo, quia tunc essent actu infinite cause simul essentialiter ordinate, ut patet ex 3a differentia supra posita quam nullus philosophus ponit. Tertio, quia prius est quod est principio propinquius, 4o metaphysice; igitur ubi nullum principium ibi nihil essentialiter prius. Quarto, quia prior est causa superior in causando, quia inferior ex 2a differentia; igitur in infinitum superior est in infinitum perfectior, et ita infinite perfecta in causando et per consequens non causans in virtute alterius, quia quelibet causans in virtute alterius est imperfecte causans, quia in causando dependens ab alio. Quinto, quia effectivum nullam imperfectionem ponit necessario; igitur potest esse sine imperfectione. Sed si nulla est sine dependentia ad aliquid prius, in nullo est sine imperfectione; igitur effectibilitas independens potest inesse alicui nature, et illa est simpliciter prima; igitur effectibilitas simpliciter prima est possibilis, et hoc sufficit, quia infra ex hoc concluditur quod tale efficiens primum est in re. Et sic ex quinque rationibus patet a. b. scilicet quod infinitas in accidentaliter ordinatis sit impossibilis nisi sit status in ordinatorum essentialiter. Probatur: quia si infinitas accidentaliter ponitur, hoc non est simul patet, sed successive tantum, ut alterum post alterum,

ita quod secundum ab aliquo modo fuit a priori; non tamen dependet ab ipso in causando, potest enim causare illo non existente, sicut filius generare patre mortuo sicut vivo. Talis infinitas successionis est impossibilis nisi ab aliqua natura infinite durante a qua tota successio et quodlibet eius dependeat; nulla enim difformitas perpetuatur nisi in virtute alicuius permanentis quod nihil est illius successionis. Omnia enim illius successionis sunt eiusdem rationis. Sed et aliquid prius essentialiter, quia quodlibet huius successionis dependet ab ipso, et hoc in alio ordine quam a causa propria que est aliquid huius successionis. Patet igitur b. Probatur c. scilicet quod si negetur ordo essentialis, adhuc infinitas est impossibilis, quia cum ex prima ratione hic adducta scilicet quod a nihilo non potest aliquid esse sequatur quod aliqua natura sit effectiva, ut effectibilis. Si negetur ordo essentialis activorum, igitur illa in nullius alterius virtute causat, et licet ipsa in aliquo singulari ponatur causata, tamen in aliquo tamen est non causata, quod est propositum. Et cum in quolibet ponatur causata, statim implicatur contradictio negando ordinem essentialem, quia nulla natura potest poni in quolibet causata ita quod sit ordo accidentalis sub ipsa sine ordine essentiali ad aliam naturam. Hoc patet ex b.

Ad 2am instantiam dico quod possibile sit concipi aliquam naturam effectivam, quia aliquid fieri mutatur et ita terminus mutationis incipit esse in subiecto, et per consequens ille terminus vel compositum efficitur; igitur est aliquid efficiens propter correlationem; et tunc prima 2am

unitate esse contingens sed manifesta.
Probatur tamen sicut argutum probando primam
conclusionem: aliqua natura est effectibilis, igitur
aliqua natura est effectiva. Antecedens probatur, quia
aliquid subiectum est mutabile, quia aliquod
ens est possibile distinguendo possibile
contra necessarium. Sic procedendo ex necessariis, et
tunc probatio prime conclusionis concludit de
esse quiditativo sive de esse possibili,
non autem de existentia actuali. Sed de
quo nunc ostenditur possibilitas ostendetur
in conclusione 3a existentia actualis.
2a conclusio, scilicet quod simpliciter primum ef-
fectivum est incausabile. Probatur, quia est in-
effectibile et independens. Si enim sit
in virtute alterius causativum vel ab alio
effectibile, igitur vel processus in infinitum
vel circulus vel status in aliquo
ineffectibili et independente effectivo, illud
dico primum, et patet quod aliud non est
primum ex dato tuo. Et ulterius concluditur:
Si illud primum est ineffectibile, igitur est
incausabile, quia non finibile nec
materiabile nec formabile. Prima,
quia si est ineffectibile, igitur non
est finibile. Probatur, quia causa finalis
non causat nisi quia movet metaphorice
ipsum efficiens ad efficiendum; non enim
alio modo dependet ab ipsa entitas
finiti ut a priori. Nichil autem est per
se causa nisi ut ab ipso tamquam a prio-
ri essentialiter dependet causatum.
Alie due conclusiones, scilicet quod si est ineffectibile
igitur immateriabile et informabile, probantur simul,
quia cuius non est causa extrinseca nec
intrinseca, quia causalitas cause ex-
trinsece innata requirit imperfectionem annex-
am, quia causa intrinseca est pars causati.
Igitur ratio cause extrinsece est naturaliter prior
ratione cause intrinsece; negato igitur
priori negatur posterius. Probatur etiam
quod cause intrinsece causantur
ab extrinsecis vel in esse suo vel in
quantum causant compositum vel utroque modo,
quia cause intrinsece non seipsis sine
agente constituunt compositum. Ex dictis pa-
tet 2a conclusio. 3a conclusio de primo
effectivo, scilicet quod sit actu existens. Probatur: cui-
us enim rationi repugnat esse ab alio, illud,
si potest esse, potest esse a se. Sed rationi primi sim-
pliciter effectivi repugnat esse ab alio,
ut patet ex 2a conclusione; ipsum autem potest
esse, ut patet ex prima, ubi posita est ym
probatio ad a quae minus videntur concludere
et tamen hoc concludunt. Alie probationes
ipsius a priori tractate de existentia
actuali quasi propositio huius 3e conclusionis et sunt huius
probationes de contingentibus, tamen manifestis.
Si autem accipiantur de natura vel
quiditate vel possibilitate, sunt ex necessariis.
Igitur effectivum simpliciter primum potest esse a
se; quod autem non est a se non potest
esse a se, quia tunc non ens produceret aliquid
ad esse, quod est impossibile; et adhuc illud
causaret se, et ita non esset incausabile
omnino. Istud ultimum de existentia actuali
declaratur aliter, quia inconveniens est in
universo deesse gradum supremum possibilem
in essendo. Iuxta conclusiones osten-
sas de primo effectivo nota quasdam cor-
relarias, quod quelibet continet tres conclusio-
nes probatas, et primum effectivum non tan-
tum alijs, sed aliud esse prius eo inclu-
dit contradictionem, sicut inquantum primum ex-
istit probatur ut precedens. Nam in ratione
talis primi maxime includitur incausabilitas,
probatur ex 2a; igitur si potest esse, quia non
contradicit entitati, ut probatur ex prima,
sequitur quod potest esse a se, et ita est a se.
Iuxta tres conclusiones primas de
causa effectiva pono tres similes de
causa finali. Prima est aliquid est finitivum

simpliciter primum, i. non ad aliud ordinabile
nec in virtute alterius natum finire
alia; et probatur quasi probationibus similibus
illis que ponebantur ad primam conclu-
sionem de primo effectivo. 2a conclusio
est primum finitivum est incausabile, quia infinibile,
alias non primum; et ulterius igitur ineffectibile.
Hec quarta probatur quia omne per se agens
agit propter finem, 2 physicorum, ubi philosophus vult
hoc etiam de natura de qua minus videtur
quam de agente a proposito; sed cuius non
est aliquod per se efficiens illud non
est effectibile, quia in nullo genere potest per
accidens esse primum sicut patet in proposito
specialiter de causis agentibus per accidens
que sunt casus et fortuna que 2 physicorum
2 physicorum reducuntur necessario ad causas per
se agentes ut priores scilicet ad naturam et
intellectum sive propositum; cuius igitur non
est per se agens eius nullum est agens;
sed cuius non est finis eius non est aliquod
per se agens; igitur primum est ineffectibile
et tunc ultra ut supra habitum est de causa
effectiva prima. 3a conclusio est quod primum
finitivum est actu existens et alicui nature
actu existenti convenit hec prioritas; et
probatur sicut tertia conclusio in prima
via de efficiencia. Corollarium sequitur
quod primum est ita primum quod impossibile
est aliquid esse prius et patet sicut corre-
lativum in via priori. Tribus conclu-
sionibus de utroque ordine causalitatis
expositis iam patet propono tres
conclusiones de ordine eminentie. Prima est
aliqua natura est simpliciter eminens
secundum perfectionem; hoc patet ex ordine
essentiarum nam secundum philosophum 8 metaphysice forme
se habent sicut numeri; in hoc autem ordi-
ne statur quod probatur illis quasi
rationibus adductis ad probandum statum
in effectivis. 2a conclusio est ista

suprema natura est incausabilis; probatur quia
infinibilis, nam finibile excellitur a
fine in bonitate et per consequens in perfectione;
et ultra igitur est ineffectibilis et ultra
igitur est incausabilis. Due ultime consequentie
probate sunt in 2a conclusione de primo
effectivo. Item quod sit ineffectibile probatur
quia omne effectibile habet causam aliquam
essentialiter ordinatam sicut patet ex
probatione b. supra; causa autem essen-
tialiter ordinata excellit effectum; igitur
si esset effectibilis non esset suprema. 3a
conclusio est hec: natura suprema est aliquid
actu existens et probatur ex precedentibus
sicut 3a de effectivo. Corollarium aliquam
esse naturam eminentiorem vel superiorem ipsa
prima non includit contradictionem; probatur
ut corollarium de efficiente et fine.
Quantum ad 2m articulum dico quod ista triplex
primitas que separatim probata est de
ista quiditate competit eidem quiditati
quod ostenditur in duabus conclusionibus
ponendis. Prima est ista: primum effici-
ens est ultimus finis. Probatur quia omne per
se efficiens agit propter finem et prius
efficiens propter finem priorem; igitur primum
efficiens simpliciter propter finem ultimum finem;
tunc ultra: sed primum efficiens simpliciter propter
nichil aliud a se agit ad principaliter
quia illud propter quod ageret esset prius
et nobilius eo, quale non est dare, quia
implicaret contradictionem; igitur ultimate et
principaliter agit propter se sicut propter finem ultimum
et per consequens idem est primum efficiens et finis
ultimus. 2a conclusio est hec: primum
efficiens est primum eminens. Probatur quia primum
efficiens non est univocum respectu aliorum
effectorum sed equivocum; igitur est eminentius et
nobilius eis; igitur primum efficiens est
eminentissimum. Quantum ad 3m articulum
dico quod non tantum ista triplex primitas

sic inesset eidem naturae quae nunc unica inest. Sed etiam est ibi talis ydemptitas quod primum efficiens est ipsum primum non secundum quidditatem et naturam, ad quod ostendendum ostendo primo quandam conclusionem praeambulam et 2o principale. Praeambula est quod efficiens primum simplici primitate praedicta est necesse esse. Probatur quia est penitus incausabile, nam quodcumque includit esse aliquid prius eo in genere causae efficientis vel finis et per consequens in genere cuiuslibet causae, igitur est omnino incausabile. Ex hoc arguo: nihil potest non esse nisi cum aliquid positive vel privative potest esse incompossibile; sed ei quod est a se et penitus incausabile non potest aliquid esse incompossibile positive vel privative, igitur. Maior patet quia nullum ens potest destrui nisi per aliquid incompossibile sibi positive vel privative. Minorem probo quia illud incompossibile aut potest esse a se aut ab alio. Si a se, igitur est a se, igitur duo incompossibilia sunt simul vel neutrum est, quia utrumque destruit esse alterius. Si ab alio, contra: nulla causa potest destruere aliquod ens propter repugnantiam sui effectus ad illud nisi suo effectui det intensius et perfectius esse quam sit esse alicuius alterius destruendi; nullum autem ab alio est nobilius esse a causa sua quam esse necessarium a se, quia omne causatum habet esse dependens, quod autem est ex se habet esse independens.

Ex hoc ultra ad propositum probatur unitas naturae primo, quod est principaliter intentum in isto tertio articulo. Et ad hoc induco quatuor rationes. Prima est talis: si duae naturae sunt necesse esse, a quibus rationibus propriis realibus distinguuntur, quae sint a et b, tunc sic: istae rationes aut sunt rationes formales essendi necessario aut non. Si sic, et praeter hoc illa duo per illud in quo conveniunt sunt formaliter necessaria, igitur utrumque est duabus rationibus formalibus necesse esse, quod est impossibile, quia cum neutra illarum rationum includat alteram, utraque earum circumscripta esset necesse esse per aliam, et esset necesse esse per illud quo circumscripto nihilominus esset necesse esse. Si non, per illas rationes quibus distinguuntur non sunt formaliter necesse esse, igitur rationes illae non sunt rationes necessario essendi, et tunc sequitur quod neutrum includitur in necesse esse, quia necesse esse nihil includit quod non sit necesse esse vel ratio necessario essendi. 2o probatur per ideam, quia duae naturae eminentissimae non possunt esse in entibus vel in universo, igitur nec duo prima effectiva. Probatio antecedentis: quia species se habent sicut numeri, 8 Metaphysicae, et per consequens 2e non possunt esse in eodem ordine, igitur multo magis nec duae nec primae eminentissimae. Hoc etiam patet 3o per rationem de ratione finis, quia duo fines ultimi si essent haberent duas coordinationes causatorum ad se, ita quod haec causata ad illa nullum ordinem haberent, quia nec ad eorum finem, quae enim ordinantur ad unum finem ultimum non possunt ordinari ad aliud, quia eiusdem causati duas esse causas totales et perfectas in eodem ordine est impossibile, quia tunc aliquid esset in aliquo ordine per se causa quo non posito nihilominus esset id causatum. Igitur ordinata ad unum finem nullo modo ordinantur ad alium, nec per consequens ad illa quae ordinantur ad illum alium, et ita ex hiis et illis non fieret universum. Confirmatur hoc 4o quia non duo possunt esse totaliter terminativa dependentiae alicuius eiusdem, quia tunc illud haberet dependentiam quo subtracto nihilominus terminaretur illa dependentia et ita non esset dependentia ad illud. Sed ad efficiens eminens et finem dependent alia essentialiter, igitur nullae duae naturae

46

put ee primo [con]manantia alia entia
2m istam [com]plete dependentiam et
ita sibi habet [com]plete [pro]ximitate. Ostensio
ee de perfectionibus relatiuis p[ro]cedens ultimo ad ostendendum [pro]ximitate
infinitate illius primi ar p[ro] h[oc] ee
de ente infinito sicut p[ro]cedo tum [com]pleti
[pro]ximitate ostensa que e [com]plexio medium
ad ostendendum infinitate suppono unum
usque ad d[?] 3 1 q[uod] est quartum medium
et est q[uod] primum efficiens e [co]gnoscens
et uolens ita q[uod] sua intellectio e infinitorum distincte et q[uod] ipsa est sua essentia
2o ex hoc tamen ex quodam medio aliis addito [con]cluditur sua infinitas. Circa primum quatuor ostenduntur
primum q[uod] primum efficiens e intelligens
et uolens q[uod] probatur sic omnis causa per
actus prior est aliqua causa per se 2 phisicorum
Sed omne agens per se agit propter finem
ex 2 phisicorum et ex hoc arguitur dupliciter
primo sic omne agens naturale precise co[n]sideratum ex necessitate et eque ageret et
ad nullum finem ageret si esset independens agens igitur si non agit nisi propter
finem hoc est quia dependet ab agente amante finem tale autem a quo
dependet tota natura in agendo non
uidetur esse nisi primum efficiens igitur ergo
Confirmatur quia primum efficiens
dirigit effectum suum in finem igitur uel naturaliter uel [co]gnoscendo et amando illum
finem non naturaliter quia non [co]gnoscens non
dirigit nisi in uirtute [co]gnoscentis. Sed
prius eius est prima ordinatio sed
primum efficiens in nullius uirtute dirigit
sicut nec causat tunc eum non esset
primum ergo. P[ro]bo 2o principaliter arguitur
sic Si primum agens agit propter finem
aut igitur finis ille mouet ipsum ut
amatus actu uoluntatis aut ut tantum
naturaliter amatus si primo non habetur propositum
si 2o non hoc est falsum quia non naturaliter
amat aliud finem a se sicut graue centrum
et materia formam tunc cum esset aliquo
modo ad finem quia inclinatus ad illum.
Si autem naturaliter amat tantum finem qui
est ipse hoc nichil est nisi ipsum esse
ipsum hoc cum non uidetur saluare rationem
cause in ipso. P[ro]bo tertio aliquid causatur
[con]tingenter igitur prima causa [con]tingenter
causat igitur uolens causat. Probatio
prime quia quelibet causa 2a causat
in quantum mouetur a prima igitur si prima
motio mouet quelibet alia motio mouetur et quelibet motio causatur igitur si
aliqua causa 2a [con]tingenter mouetur et per
[con]tingentiam mouebit quia causa 2a
non causat nisi in uirtute prime in quantum
si mouetur ab ipsa. Probatio 2e quia nec
nullum e principium [con]tingenter operandi
nisi uoluntas uel aliquid [con]comitans
uoluntatem quia quelibet aliud agit ex necessitate
naturale et ita non [con]tingenter. Contra istam
istam instantiam et primo quia prima [con]sequentiam quia nunc uelle ad hoc posse
[con]tingenter causare aliquid et ita non
requiritur q[uod] prima causa causet [con]tingenter
[con]tingenter. P[ro]bo plures concessit antecedens sicut
q[uod] aliquis [con]tingenter causatur et negant
quibus intendo de uelle dei posuit enim
[con]tingentiam in istis non propter deum
uelle uel tamen [con]tingenter sed ex motu qui necessario causatur inquantum
uniformis sed difformitas sequitur in
partibus eius et ita [con]tingentia. Contra
2am quia sic si causat [con]tingenter quo
uolens quia non uidetur uerum alias enim
naturaliter mota potest impediri et ita opposita
potest [con]tingenter et uiolenter euenire.
Ad primum dicendo q[uod] si deus est primum
mouens uel efficiens respectu uoluntatis
nunc idem sequitur de ipso q[uod] de aliis
quia siue immediate moueat eam motio
siue alio mediante et illud immediate mouens motio moueat uoluntatem sequitur

quoniamque quod voluntas necessario velit
et ulterius aliud impossibile quod
necessario causat quodlibet causatum. Ad
2m dico quod non video hic contingens
causatum quoniamque non necessarium ut sempi-
ternum sed cuius oppositum possibile fieri quando
illud fit et ideo dixi aliquid contingenter
causat et non aliquid est contingens
uno dico quod philosophus non potest negare
quin salvando aliquis pro motu quia si totus
ille motus necessario est a causa sua
quaelibet pars eius necessario causatur quando
causatur id est inevitabiliter ita quod oppositum
non possit tunc naturaliter evenire vel
causari et ulterius quod causatur per qua-
mcumque partem motus necessario causatur
et inevitabiliter ut igitur nichil sit
contingens id est evitabiliter ut primum si con-
tinetur quod etiam potest non causare. Ad
3m dico quod si aliqua causa potest impe-
dire istam causam non posset nisi in virtute
causae superioris et sic usque ad primam
causam quae si eam sibi immediatam ne-
cessario movet usque ad istam ultimam
erit necessitas igitur necessario impediet
et per consequens nulla alia causa poterit
causare illud. Sic igitur videtur explica-
bilia esse omnium quod primum agens est
cognoscens et volens. Prima quia natura
agit propter finem et non nisi directa et
dependens a cognoscente finem. 2a
quia primum agit propter finem. 3a quia
aliquis actus contingenter causatur qui
causatur. Ulterius quo ad conclusiones
praeambulas ad infinitatem ostendendo
quod eius intellectio et volitio et non est
aliud a sua essentia. Et hic primo de
volitione sui ipsius in obiecti sicut causali-
tas et ratio causae finalis est simpliciter
prima 2m arguitur 6 metaphysicae dicente quod
si de qualibet causa esset scientia illa
de causa finali esset nobilior ipsa cum

quantum ad causalitatem praecedit efficiens
quia movet ipsum ad agendum propter
quod causalitas primi finis et eius cau-
satio est penitus incausabilis. 2m quantumcumque
causationem in quolibet genere causae causali-
tas eius finis primi est movere primum
efficiens ut amatum. Idem autem est
primum finem movere primum efficiens ut
amatum ab ipso et primum efficiens amare
primum finem sicut non est aliud obiectum ama-
ri a voluntate quam voluntate amare obiectum.
Igitur primum efficiens amare primum fi-
nem est penitus incausabile et ita ex se ne-
cesse esse et ita erit idem naturae primae et
quod quantum ad ex opposito conclusionis
quia si primum amare est aliud a natura
prima igitur est causabile et per consequens effectibile igitur
ab aliquo per se efficiente amante
finem igitur primum amare esset causatum ab
aliquo amore finis priore isto cau-
sato quod est impossibile quia nichil prius simpliciter
primo. Hoc dicit Aristoteles 12 metaphysicae de primo
intellectu aliter enim primum non erit optima
substantia quia per intelligere est honorabile.
Secunda quia alias laboriosa erit eius
continuatio. Quia si non sit illud erit impo-
tentia contradictionis ad ipsum ad talem
autem potentiam sequitur labor. 2m ip-
se rationes possunt declarari. Prima sic
omnis ens in actu primo perfectio
ultima sit in actu 2o quo coniungitur op-
timo maxime si sit activum et non cor-
ruptivum esse autem intellectuale est
activum et prima natura est intelligibilis ex
praemissis igitur sequitur quod ultima eius
perfectio sit in actu secundo. Si igitur ille non
sit eius substantia substantia eius non est optima
quia aliud est suum optimum. 2a potest sic de-
clarari potentia solum receptiva est potentia con-
tradictionis igitur cum hoc non sit summa causa. Sed
quia 2m Aristotelem etiam ista non est ideo demonstra-
tiva sed probabilis tamen. Aliter ostenditur propositum
ex perpetuitate potentiae et 3o in se ipso.

actus est eis idem, sed quia non valet instantia angelus intelligit et amat se et tamen actus angeli intelligendi et amandi non sunt idem substantie eius. Hec 2a conclusio, scilicet quod essentie dei sunt eadem volitio sui ipsius et electio est secunda in correlariis. nam sequitur primo quod voluntas est idem sue nature quoniam velle non est nisi voluntatis. igitur voluntas cuius velle est incausabile est etiam incausabilis. igitur est idem nature. Similiter velle intelligitur quasi posterius voluntate igitur si velle est idem illi nature multo magis voluntas. Probatur 2o sequitur quod intelligere se est idem illi nature quia nichil amatur nisi cognitum. igitur si amare se est ex se necesse esse igitur intelligere se. et similiter intellectio est quasi propinquior illi nature quam velle. sequitur ultimus quod intellectus est idem nature sicut prius argutum est de voluntate ex velle. Probatur: sequitur quod 3o intelligendi se sit idem sibi et sit ex se necesse esse quia si intelligere se est ex se necesse esse id intelligendi cum per intelligitur ipsi intelligere erit ex se necesse esse. Ostenso de intelligere et velle se quod sunt idem essentie primi, ostendo propositum quoad libet scilicet de omni intelligere et velle. et sit conclusio ista 3a principalis ad infinitatem: nullum intelligere potest esse accidens prime nature. probatur quia de ratione illa in se omnium est quod est primum effectivum igitur ex se habet unde possit quodcumque causabile causare contingenter quocumque alio salvato ut prima causa illius causabilis, sed contingentia cognitione ipsius non habet unde possit id causare igitur cognitio cuiuscumque alterius non est aliud a natura sua. Probatio ultimi assumpti quod non potest causare nisi ex amare suis velit illud quod non potest esse aliter per se agens

nisi agat propter finem ipsi autem velle aliquod propter finem presupponit intelligere ipsum. igitur ante primum signum in quo intelligitur causans sive volens aliquid necessario presupponitur intellectus actum sine hoc non potest per se efficere et ita de aliis. nichil autem prius simpliciter omni causato nisi natura primi effectivum igitur cognitio primi respondens cuicumque causabili necessario prima sue rationem est idem nature primi. 2o probatur idem quia omnes intellectiones eiusdem intellectus habent similem habitudinem ad intellectum 2m ydemptitatem essentialem vel accidentalem sicut patet de intellectu creato quia omnes videntur perfectiones eiusdem generis. igitur si aliqua habet receptivum vel sit actus et omnes, sed aliqua non potest esse actus in primo ex precedenti conclusione scilicet intellectio sui ipsius igitur nulla erit sibi actus. 3o si intelligere aliquod sit actus recipitur in intellectu ut in subiecto igitur et in illo intelligere quod est idem intellectui et ita primus intelligere erit in potentia receptiva respectu impressionis. 4o idem intelligere potest esse plurium obiectorum ordinatorum igitur quanto perfectius tanto plurium igitur perfectissimum quo ad impossibile est intelligi perfectius erit idem omnium intelligibilium. intellectus primi est sic perfectissimum igitur idem est omnium intelligibilium et illud intelligere quod est sui idem sibi ex proxima conclusione precedente. igitur intelligere suum respectu cuiuscumque intelligibilis est idem sibi. Quinto probatur sic arguendo iste intellectus est idem quod intelligere sed iste intellectus est idem omnium quia non potest esse aliquid alterius omnino. igitur nec intelligere aliud igitur est intelligere omnium

Sophi^a est actus ex aliquorum
perfectione inter se alterum concludens
perfectionem eorum respectu tertii i.e.
cuius conveniant. patet a simili intel-
ligere est idem quod velle si ergo ipsum
intelligere est alicuius tunc et ipsum
velle est eiusdem non sed sic tamen
sequitur quod cum velle quod quidem velle
est alicuius eiusdem quod intelligere est eius-
dem et ita diminutum imperfectum potest non autem
communicatum proprie actus. Secundo arguitur sic intel-
lectus primus habet unum actum adequatum
sibi et totalem quia intelligere se est
idem sibi ergo non potest habere aliud. Et
quia non videlicet exemplum de beatis qui sunt in-
dent deum et aliud etiam si videat deum
secundum ultimum sue capacitatis sed ponitur
de anima Christi ad hoc per unde aliud. Tertio
arguitur intellectus iste habet in se per
perfectionem perfectionem maximam
intelligendi igitur et eciam alia non
sequitur quia aliqua que minor est
potest esse in illis et ita differt ab illa maxi-
ma intellectualiter. Quarta questio principalis de
intellectu et voluntate dei preambula
sunt ad infinitatem probandam sunt ista
Intellectus primi potest intelligere et in-
telligit semper distincte actu et necessario
quodcumque intelligibile prius naturaliter quam illud
sit in se. Prima pars probatur sic quod possit
cognoscere quodcumque intelligibile sic quia
hoc est perfectionis in intellectu unde tale
posse est necessarium ad verum intellectus
quia omnis intellectus est totius entis
simpliciter communissime ut declarabitur. Dico
nullam autem intellectum potest habere intel-
lectus primi imperfecte eandem sibi ex 2a
proxima conclusione ergo cuiuslibet intelligibilis
habet intelligere actualiter et distinctum
idem sibi et ita semper et necessario. 2a
pars de prioritate probatur sic quidquid est
idem sibi est esse necesse sicut patuit

prius esse ante aliorum a se est non
necesse esse sed necesse esse ex se est prius
natura omnibus aliis non talibus ergo. Aliter
probatur quia esse cuiuslibet alterius a se de-
pendet ab ipso ut a causa et ut est
causa alicuius causalis necessario prius intel-
ligitur in ipso cognitio illius ex parte igitur
cause illa cognitio est naturaliter prior
ipso esse cogniti. Prima etiam pars conclusionis
probatur aliter quia artifex perfectus dis-
tincte cognoscit omne agendum aliter
non perfecte operaretur quia cognitio est
mensura regula quod operatur ergo deus
qui omnium aliorum a se productivus perfec-
tissimus habet notitiam distinctam actualem
vel saltem habitualem eorum possibilium
Contra istam instatur de arte quod
ars universalis sufficit ad singularia producenda
His preambulis ostensis arguo infi-
nitatem quatuor viis primo per viam
efficientie ubi ostenditur propositio quadrupliciter
Primo quod ipsum est primum efficiens omnium
2o quod est sic efficiens primum distincte
cognoscens omnia factibilia 3o ostenditur
infinitas per viam finis 4o per viam
eminentie. Primam viam ex parte efficientie tangit
8 physicorum et 12 metaphysice et arguit sic primum
movet motu infinito igitur habet infini-
tam potentiam. Hec vero coloratur sic
quantum ad antecedens eque concluditur propositum
si potest movere per infinitum sicut si moveret
per infinitum quod eque oportet ipsum esse
in actu sed illud posse patet de primo
quantum est ex se licet igitur non moveat
motu infinito sicut aliqui intelligunt
tamen si accipiatur antecedens istud quod quantum
est ex parte sua potest movere habetur antecedens
verum et eque sufficiens ad inferendum propositum
Consequentia probatur primo sic quod si
in virtute propria et ex se movet motu in-
finito igitur non ab alio accipit sic
movere sed in virtute sua habet totum effectum

sim sunt quia independentes sed quia simul sit in virtute effectum infinitum e infinitus ergo. Aliter probatur quia sicut primum movens simul sit in virtute sua activa omnes effectus possibiles producere ad motum si illi sunt infiniti si motus potest esse infinitus ergo. Contra istas declarationes vel conclusiones rationes aristotelis instantur. Quidquid sit de antecedente quia non videtur bene probari primo non quia duratio maior nichil perfectionis addit una albedo que duo anno durarent non est perfectior quam si duraret duo die tamen igitur motum quantecumque durationis non est perfectior effectus quam motus unius diei ergo ex hoc quod agens sit simul in sua virtute activa movere infinito motu non concluditur maior perfectio sicut quam ubi nisi quod agens diutius manet et ex se et ita esset ostendendum quod eternitas agentis concludit infinitatem eius alias ex infinitate motus concludi non posset. Et ad formam ultima propositio illius declarationis negatur nisi de infinitate durationis in quantum quo tempore physicum concludit. Si enim iuxta effectus est potior tantus ut patet supra ubi comparatur quod ipsa infert aliam. Si per illa non concluditur infinitas quomodo per aliam concluditur. Secunda declaratio que ne probatur quod non maior perfectio intensiva concluditur ex hoc quod agens potest producere quotcumque eiusdem speciei successive quod diu manet quia quod potest in unum tale in uno tempore potest eadem virtute simile talia si mille temporibus maneat non est autem possibilis infinitas effectuum producibilium per motum si generabilium et corruptibilium nisi multis apud philosophos quod in speciebus sunt infinita ponebant igitur non sequitur maior infinitas

intensiva in agente ex hoc quod potest infinita simul successive quam ex hoc quod potest in duo tamen. Si quis autem probaret infinitatem specierum esse possibilem probando aliquos motus celestes esse incommensurabiles et ita numquam redire ad uniformitatem etiam si per infinitum duraret et quod infinite coniunctiones specierum causarent infinita generabilia specierum. De hoc quidquid sit nisi nichil tamen ad intentum philosophi qui infinitatem specierum negaret. Ultima probabilitas que apparet oritur per consequentia aristotelis declaranda est ista quidquid potest in aliqua multa simul ita perfecte sicut in quolibet eorum seorsum illud concluditur esse perfectius ex hoc quod potest in plura maxime si quodlibet istorum plurium requirit perfectionem propriam et ideo videtur esse concedendum de primo quod si potest simul talia infinita causare quod virtus eius sit infinita et per quod si primum agens sit virtute causandi simul infinita ita quod quantum est ex se possit infinita producere si non effectus permitteret ad hoc sequitur infinitas virtutis. Sed quia ultra probatur quod potest causare album et nigrum licet non simul non est inde perfectum quod ista non sunt simul causabilia unde hic non pluralitas est ex repugnantia ipsorum et non ex defectu agentis quod agens simul sit virtute respectu amborum si illa ex se essent compossibilia. Sic ergo ista maior quodcumque agens sit virtute quod quantum est de se potest infinita si licet incompossibilitas effectuum impediat illa simul poni tale agens est infinite virtutis primum est huius ergo. Maior est prius declarata quod posse

plura talia simul quantum est ex se
concludit maiorem perfectionem in causa
igitur infinitas illorum in que potest simul
causa quantum est ex se concludit infi-
nitatem eius virtutis. Probatio minoris quia
primum habet omnem causalitatem omnis
cause possibilis formaliter et simul
quantum est ex se potest simul in infinita
igitur quia omnem causalitatem habet perfectius quam
formaliter magis potest in illa. Ad igitur
habet omnem causalitatem triplex vel secundum
totum esse quod est in ipsa et hoc eminencius
quam sit in ipsa formaliter igitur est
infinite potencie intensive licet
igitur omni potencia in se dictam secundum intencionem
theologorum tamen esse credita et
non racione naturali credo posse probari quod
dicetur. Dico ergo probare tamen infinita po-
tencia que simul quantum est ex se habet
eminenter omnem causalitatem et que simul
posset in infinita si essent factibilia
simul. Si obicitur quod primum licet emi-
nencius habeat omnem causalitatem cau-
se secunde quam sit in causa secunda non potest tamen
ex se immediate omnem causare secundarum quia
per istum modum eminenter habendi non probatur quod
possit esse causa totalis et proxima
omnium effectuum sine causis secundis et ita non
habetur minor scilicet quod primum posset quantum est
ex se simul infinita. Hoc nichil
obstat quia si haberet simul unde esset
totalis causa unde esset formaliter
causa secunda sicut est prima nichil perfectius
esset quam nunc quia est causa prima quia
cause secunde non requiruntur propter perfectionem
addendam in causando quia tunc remocius
a prima causa esset perfectius quia perfectionem
causa requireret sed si cause secunde requi-
runtur ad primam secundum philosophos hoc est propter
imperfectionem effectus ut primum ad aliqua
causa imperfecta posset causare effectum imper-
fectum quem secundum ipsos non posset immediate.

causare. Dico eciam quod perfectiones tocius
secundarum causarum sunt eminencius in primo
quam si earum formalitates inessent
sibi si inesse possent, quod probatur quia causa
secunda proxima prime totam perfectionem suam
causativam habet a sola prima igitur
totam perfectionem illam eminencius habet causa
prima quam secunda habens illam formaliter. Quod
patet quia causa prima respectu illius cause
secunde est causa totalis et equivoca. Consimiliter ar-
guitur de causa tercia respectu secunde ut prime
et si respectu prime habetur propositum sicut
secunde sequitur secundam eminenter continere perfectionem
totalem que est formaliter in tercia. Sed
secunda habet a prima quicquid sit eminenter continet
perfectionem tercie ex posterioris igitur prima
eminencius continet perfectionem tercie quam secunda
et sic de omnibus causis usque ad ultimum
concluditur primam habere eminenter perfectionem
causativam omnem totalem et perfectius
quam si haberet omnem causalitatem earum formali-
ter si possibile esset. Dico modo videtur
posse concludi racio articulis de potencia
infinita supra posita super ea ex dictis philosophorum
et 12 metaphysice. Iuxta istam viam effi-
arguitur quod habeat potenciam infinitam
quia creat. Nam inter extrema creacionis
est distancia infinita. Sed hec autem
potencia tamen credendum et verum est tamen non esse potest
demonstratione procedere esse quod modo ponitur a
theologis. Ut autem quod non precedit secundum
viam autem alius ostenditur quia saltem
prima non post deum est ab ipso et non
a se et non accipit esse aliquo presupposito
igitur illud creatur. Sed si accipiendo
prius nature esse non esse quam esse non sit ex-
trema mutacionis ita quod causet illa
virtus nunc illud effectum requirit infinitam
Sed quidquid de ante quia non probatur
quod quod inter extrema nulla est distancia
media sed ipsa dicuntur per se distare
racione extremorum inter se tamen est

distancia quantum est magis extremum
extremi deus distat in infinitum a creatura
etiam suprema possibili si qua daretur
non propter aliquam distanciam mediam
inter extrema sed propter infinitatem unius
extremi. ita etiam contradictoria distant
non per aliqua media que sunt in recta
ita quod quantumcumque pars recedat aliquid
ab uno statim est sub altero sed distat
propter extrema in se tanta igitur est
ista distancia quantum est extremum
perfectius illud autem in proposito est primum ergo
Confirmatur quia posse totaliter super
terminum positivum huius distancie est
posse super distanciam sive super transitum
ab extremo in extremum igitur ex
posse super hunc transitum non sequitur
infinitas nisi sequatur ex posse totaliter
super terminum eius positivum huius autem ille
est finitus. Quod autem dicitur quod
contradictoria distant in infinitum potest intel
ligi sic id est indeterminate quia scilicet nulla
est ita parva distancia que non suffici
at ad contradictoria ita nulla est ita mag
na etiam si esset maior maxima possibili
quin ad illam contradictoria se extendunt
est igitur eorum distancia infinita id est
indeterminata ad quamcumque parvam vel
magnam. Ex tali autem infinitate dis
tancie non sequitur consequens de finita
potencia intensive sicut nec sequitur
ad minimam distanciam in qua salvatur
sic infinita potencia potencia inten
sive sicut nec sequitur ad minimam dis
tanciam in qua salvatur sic infinita
distancia quod enim non sequitur ad antecedens
nec ad consequens. Viso de racione philosophi ad
ostendendum infinitatem primi per viam prime
efficiencie quia illa infert infinitatem. secunda
via ex hoc quod est intellectus distinctus omnia
intelligibilia ubi arguo sic intelligibilia
sunt infinita et hoc actu in intellectu
vero intelligente igitur intellectus

illa actu intelligens est infinitus talis
est intellectus primi ut postea patet ergo
Huius consequentia probo antecedens et quoniam antecedens
sic quecumque sunt infinita in potencia
id est que accipiendo alterum post alterum nul
lo possunt habere finem ista omnia si actu si
sint sunt actu infinita intelligibilia sunt
infinita in potencia respectu intellectus
creati satis patet in intellectu autem primi
sunt simul omnia actu intellecta que a
creato sunt successive intelligibilia igitur
ibi sunt simul actu infinita intellecta
Huius scilicet maior licet sit sufficiens cum
deus probo tamen eam sic omnia talia
accepta quando sunt simul existencia aut
sunt actu infinita et habetur propositum
aut finita et tunc accipiendo alterum post
alterum tandem omnia possunt esse accepta
actu si igitur non possunt esse omnia actu
accepta si actu simul sunt sunt actu
infinita. Quam primi exemplum probo sic
ubicumque pluralitas requirit vel conclu
dit maiorem perfectionem quam paucitas ibi
infinitas numeri concludit infinitatem
perfectionum virtus extremi posse facere requi
rit maiorem perfectionem virtutis motive
quia posse facere tantum q. et ideo posse facere
infinita concludit infinitam virtutem mo
tivam sed idem intelligere esse plurium in ipso
maiorem perfectionem probo intelligere a est
aliqua perfectio et intelligere b est alia
perfectio numquam autem idem intelligere est
eque distinctum primis a et b. sicut duo in
telligere singulorum nisi perfectiones illorum
duorum intelligere includuntur eminenter
in illo uno et sic de tribus et ultra de
infinitis. quod arguitur de ipsa racione
intelligendi sicut de intellectu quia
maior perfectio concluditur in racione in
telligendi ex pluralitate illorum quorum
est id intelligendi distincte quod oportet
quod includat eminenter perfectiones omnium
propriarum racionum intelligendi quarum quelibet

2am prioritatem eminentiae aliquam perfectionem dicit igitur
infinitate concludit infinitatem. Tertio
iuxta viam habitam de intellectu primi
ostendo propositum sic si prima cum 2am causam
sui causati secunda addit aliquam perfectionem in
causando non videtur posse ita perfecte ef-
fectum causare sine secunda illa sicut
cum ipsa quia causalitas solius primae di-
minuta est respectu causalitatis utriusque
simul igitur si illud quod natum est esse
a causa secunda et prima simul sit multo
perfectius a sola prima 2a nihil perfectio-
nis addit primae sed omne finitum ad
dictum finito addit aliquam perfectionem igitur
talis causa prima est infinita. Ad idem
propositum notitia cuiuscumque nata est gigni
ab ipso sicut a causa proxima et maxime
illa quae est in ipso sine intellectu intui-
tiva igitur si illa alicui intellectui
inest sine actione cuiuscumque talis obiecti
immo ex natura alterius obiecti prioris
quod natum est esse superior causa respectu
talis cognitionis sequitur quod illud obiectum
superius est infinitum in cognoscibilitate. Ita
quia infinitum nihil sibi addit in cog-
noscibilitate tale obiectum superius est natura pri-
ma quae ex sola praesentia sui ad intel-
lectum primi nullo alio obiecto concurrente
est notitia cuiuscumque obiecti in intellectu eius
sicut probatum est supra in conclusionibus
de intelligere primi igitur nullum aliud
intelligibile addit sibi in cognoscibilitate igitur
est infinitum in cognoscibilitate et per consequens in
entitate quia unumquodque sicut se habet ad cognos-
cibilitatem sicut ad entitatem 2o metaphysicae. 3a
via est ex parte finis arguitur sic voluntas
nostra omni finito aliquid maius potest ap-
petere et amare sicut intellectus
intelligere et quod plus est videtur in-
clinatio naturalis ad summe amandum bonum
infinitum nam inde arguitur ad aliud
naturalis inclinatio in voluntate quia ex
se sine intellectu habitu prompte et

delectabiliter vult illud voluntas li-
bera ita videtur quod experimur de actu
amandi bonum infinitum immo non
videtur voluntas perfecte in alio quietari
et quomodo non illud naturaliter odiret si
esset oppositum sui obiecti sicut naturaliter odit
non esse secundum Augustinum de libero arbitrio 3. Videtur quod si
infinitum repugnaret bono quod nullo modo
quietaretur in bono sub ratione infiniti
nec in illud faciliter tenderet sicut nec
in repugnans suo obiecto et confirmabitur ista
ratio in sequenti via ubi probatur de intel-
lectu. Quarta via est ex parte eminentiae
arguo sic eminentissimo incompossibile est aliquid
esse perfectius sed finito non est incompossibile
aliquid esse perfectius igitur etc. minor probatur quia
infinitum non repugnat enti omni autem
finito maius est infinitum igitur. Aliter ar-
guitur et est idem cui non repugnat
infinitas intensive illud non est
summe perfectum nisi sit infinitum intensive
quia si sit finitum potest excelli dato
quod non repugnet sibi infinitum enti
autem non repugnat infinitum igitur
perfectissimum est infinitum. Minor huius quae
etiam in praecedenti articulo accipitur non
videtur posse ostendi a priori quia sicut
contradictoria ex rationibus propriis contradicunt
nec potest per aliquid manifestius hoc probari
ita non repugnantia ex rationibus propriis
non repugnat nec videtur posse ostendi
nisi explicando rationes ipsorum. Ens
enim per nihil notius explicatur infini-
tum intelligimus per finitum et hoc vul-
gariter sic expono infinitum est quod
aliquod finitum datum nulla habitudine
finita praecise excedit sed ultra omnem
habitudinem assignabilem excedit. Aliter sic per-
suadetur igitur sicut quodcumque ponitur
possibile cuius non apparet impossibilitas
ita et compossibile cuius non apparet incompossibilitas
Hic nulla apparet quia de ratione entis

non est finitas nec apparet ex ratione
entis quod sit passio convertibilis cum ente
alterum autem istorum requireretur ad prae-
dictam repugnantiam passiones enim primae
entis et convertibiles satis videntur
notae sibi inesse. Item suadetur sic
infinitum non repugnat quantitati suo
modo scilicet accipiendo partem post partem
igitur nec entitati suo modo scilicet in perfectione
simul essendi. Praeterea si quantitas virtutis
est simpliciter perfectior quantitate molis
quare est possibilis infinitas infinitas
in mole et non in virtute. quod si est pos-
sibilis ergo est actu ut patet supra ex
3a conclusione de primitate effectiva
Praeterea intellectus nullam invenit repug-
nantiam in intelligendo aliquid infinitum
immo videtur perfectissimum intelligibile mirum
est autem si nulli intellectui talis con-
tradictio patens fiat circa obiectum eius cum
discordia in sono ita offendat audi-
tum faciliter. Si enim disconveniens per
statim percipitur et offendit cur nullus
intellectus ab intelligibili infinito naturaliter
refugit sicut a non conveniente suum primum
obiectum destruente. Per hoc coloratur illa
ratio Anselmi de summo cogitabili Proslogion c. Quae
sic est intelligenda Deus est quo
cogitato non potest sine contradictione cogi-
tari maius et quod addendum sit sine
contradictione patet nam illud in cuius co-
gnitione includitur contradictio dicitur non cogitabile
quia tunc duo cogitabilia opposita sunt
nullo modo facientia unum cogitabile quia
neutrum determinat alterum. Summum autem
cogitabile sine contradictione potest esse
in re. Probatur primo de esse quidditativo
quia in tali cogitabili summo summe
quiescit intellectus igitur in ipso summe
est ratio primi obiecti intellectus scilicet entis et
hoc in summo. et tunc ultra arguitur quod
illud sit de esse existentiae loquendo quia
summe cogitabile non est tantum in in-
tellectu cogitante quia tunc posset esse
quia est cogitabile possibile et non posset esse quia
repugnat rationi eius esse ab alio sicut
patuit supra in conclusione 2a de primo
effectivo. maius igitur cogitabile est
quod est in re quam quod est tantum in intel-
lectu. non est autem hoc sic intelligen-
dum quod idem sit maius cogitabile
si cogitetur per hoc quod existit sed omni
quod est tantum in intellectu est maius
cogitabile aliquid quod existit. Vel
aliter coloratur sic maius cogitabile est
quod existit id est perfectius cognoscibile quia
visibile sive intelligibile intuitive quod
autem non existit in se nec in nobiliori
cui nihil addit non est intelligibile vi-
sibile. visibile autem est perfectius cog-
noscibile non visibili sed tantum modo intel-
ligibili abstractive igitur perfectissimum cognos-
cibile existit. De differentia intellectionis
intuitivae et abstractivae et quomodo
intuitiva est perfectior tangetur d. 3. et
saepe alias ubi locum habebit. Aliter
ostenditur propositum sic ex negatione causae
extrinsecae quia forma finitur per materiam
igitur quae non est nata esse in materia est
infinita. Hoc tamen nihil valet quia
secundum ipsos angelus est immaterialis igitur erit in-
finitus nec potest dici quod esse angeli finit
eius essentiam quia secundum eos esse est accidens
essentiae et posterius naturaliter et sic in primo
signo naturae essentia ut est prior esse
se videtur infinita intensive et per con-
sequens in 2o signo naturae non erit fini-
tabilis per esse. Ad argumentum igitur dico quod
quaelibet entitas habet intrinsecum sibi
gradum suae perfectionis in quo est finitum
vel est infinitum et sic potest esse per infini-
tum per nihil aliud finitari potest.
Dicitur etiam sic si forma finitur ad
materiam igitur si non ad illam non finitur
fallacia consequentis. corpus finitur ad corpus
igitur si non ad corpus est infinitum igitur

celum est infinitum secundum ultimum. Sophisma est ex 3° phisicorum dicentium quod corpus in se prius finitur, ita etiam et forma in se finita est prius quam per aliud finiretur, quia secundum est talis natura in entibus et hoc prius quam per materiam finiatur, nam 2a finitas presupponit primam et non causat eam. Ad solutionem breviter dicendum dico verum propositionem talem: quecumque essentia absoluta finita in se est finita ut prius intelligitur omnem comparationem sui ad aliam essentiam. Ex dictis patet solutio questionis, nam ex primo articulo principali et 2° sequitur quod aliquod ens existens est primum simpliciter primitate secundum efficientis finis et eminentie, et ita simpliciter quod impossibile est aliquod esse prius, et in hoc probatum est esse de deo quantum ad proprietates respectivas dei ad creaturam vel inquantum terminat respectus et dependentiam creature ad ipsum. Ex 2° articulo principali sequitur quarta via quod illud primum est infinitum, primo quia primum efficiens, 2° quia primum cognoscens omnia cognoscibilia, 3° quia ultimus finis, 4° quia eminentissimum. Inter primam exclusa est una via motus de creatione, inter 2am tangitur alia via de perfectione objecti primi intelligentie, inter quartam exposita est via Anselmi de deo que stat in hac propositione quo maius cogitari non potest. Illud est ultimo excluditur via motus inferens infinitatem ex temporalitate(?). Itaque coniungere conclusiones duorum articulorum principalium patet aliquod ens 3° primum in entibus existit in actu, illud est 3° primum est infinitum, igitur aliquod ens infinitum existit in actu, et in hoc probatum est esse de deo quantum ad illud absolutum quod est primum perfectione omnibus a nobis conceptibilibus de deo sicut dicere distinctione 3a et per quas probatum est deum esse quantum ad conceptum

perfectum possibile nobis haberi de deo. Ad argumenta. Dicendum quod ad primum dico quod causa infinita activa ex necessitate nature non compatitur secum contrarium aliquod sibi sive potest ei aliquid contrarium formaliter vel 2m quod aliquid convenit sibi essentialiter sive virtualiter vel 2m totum sui effectus quod virtualiter includitur. Utroque enim modo impediret et esset impossibile suo effectui sicut argutum est prius. Deus autem est liber et voluntarie agens. Confirmatur quia philosophi ponentes deum agere ex necessitate nature non ponebant aliquid esse malum in universo. Tamen sicut patuit superius probando deum esse agens per cognitionem philosophi non potuerunt salvare aliquid malum posse fieri contingenter in universo, sed tamen quod unus ordo causarum produceret aliquid quod esset receptivum alicuius perfectionis, alius autem ordo de necessitate produceret oppositum illius perfectionis, ita quod perfectio illa non posset induci concurrentibus omnibus causis licet producatur ab aliquibus absolute considerando 2m totum 2e speciei esset receptivum illius perfectionis cum oppositum necessario evenit. Et autem dicere possunt philosophi de monstris(?) et de malitia moris et de aliis. Ad 2m dico quod quia non valet ad probationem, quia dico quod non est simile in compossibilitate dimensionum in replendo locum et essentiam infinitam essendo ubique, ubi enim una civitas replet totum non est civitatem quin alia civitas stare possit cum ea. Hoc autem non debet intelligi dei repletione locali sed quasi concentrativa(?) essentiali; sed una dimensio replet locum secundum ultimum capacitatis sue, itaque una civitas potest simul esse cum alia sicut possit respectu loci cum corpore esse aliud corpus non replens locum. Item alia qua non valet quia

corpus infinitum si esset in alio fieret
maius utroque ratione dimensionum quia
dimensiones alterius corporis essent
alie a dimensionibus corporis infiniti
et eiusdem rationis cum eis et ideo totum
esset maius propter diversitatem dimensionum
et totum non maius quia dimensio in-
finita non potest excedi. Hic autem tota
quantitas perfectionis nullam additionem re-
cipit in ratione talis quantitatis ex
coexistentia alterius finiti. Ad 2m tale
quantitate. Ad 3m dico quod quia non
habet nisi aliud ubi quod diminuitur in
aute per hoc quo aliquo alia separantur. Sit
finitum exemplum si esset aliquod non infi-
nitum per impossibile et corpus infinitum
repleret aliud ubi non sequeretur hoc
corpus est hic ita quod non alibi. Ergo
est finitum 2m quod similiter dico de deo
quod est ita in hoc tempore quod similiter philosophus
si motus esset infinitus et tempus esset
infinitum non ergo sequeretur nec iste mo-
tus est in hoc tempore et non in alio
igitur est finitum 2m tempus ita in proposito
oportet probare quod esse determinatum per hoc
hoc sit finitum quod si assumatur
nec petitur conclusio in premissis. Ad
ultimum dico quod philosophus infert motum et
non tempore ex hoc autem quod potentia
infinita est in magnitudine et intelligit
in quantum motum tempore ut distinguitur contra
mutationem et hoc modo qui sibi includit
contradictionem et etiam aliis 2m eum. Quantum
autem teneat quia illa declaro
sic si est infinita potentia et agit sic
ex necessitate nature igitur agit in non tempore
quia si agit in tempore sit aliud tempus a
et accipiatur aliqua virtus finita que
in tempore finito agit sit illud tempus b
augmentetur virtus finita 2m proportionem
que est b ad a puta si a est centuplum
ad b vel millecuplum accipiatur virtus
centupla vel millecupla ad illam vir-
tutem datam finitam igitur virtus hec

augmentata sic movebit in tempore
a et ita illa et infinita movebunt
in equali tempore quod est impossibile
si virtus infinita moveat 2m ultimum
sue potentie et intentio ex hoc igitur quod
virtus illa est infinita sequitur quod si
agit ex necessitate nature quod agit in non
tempore. Ex hoc autem quod ponitur in
antecedente quod est in magnitudine
sequitur si agit ita corpus quod proprie
moveat aliud corpus quia virtute in
magnitudine habent plus virtute ex
contactu per actus talis autem si agit
ita corpus habet partes illius corporis diu-
simode distantes respectu eius puta
unam partem corporis propinquiore et aliam
remotiorem habet etiam resistentiam aliquam
in corpore ita quod agit que due cause
scilicet resistentia et diversa approximatio par-
tium mobilis ad ipsum movens faciunt
successionem esse in motu et corpus proprie
movetur igitur ex hoc quod in antecedente po-
nitur illa in magnitudine sequitur quod
proprie movebit et ita iungendo ista duo
simul scilicet quod est infinitum intensio agens et
in magnitudine sequitur quod proprie move-
bit in non tempore quod est contradictio. Sed
hoc non sequitur de virtute infinita
que non est in magnitudine ipsa enim
licet in non tempore agat si intensio agit
quia hic consequitur infinitatem non
tamen proprie movebit quia non habebit ipsas
post illas duas rationes successionis non
valet ergo philosophus quod infinita potentia
moveat proprie in non tempore sicut arguitur prece-
dit sed quod infinita potentia in magnitudine
proprie moveat etiam in non tempore que sunt
contradictoria et ex hoc sequitur quod antecedens
includat contradictoria scilicet quod virtus infinita
sit in magnitudine. Sed nec est dubium
ita potentiam motivam cum ponat
eam infinitam et naturaliter agentem videtur
sequi quod intensio agit in non tempore

licet non moveat in non tempore primo
tamen nichil movebit proprie loquendo
et quod hoc sequatur patet quia hic probando
sunt prius per rationem potentie infini-
te infinito agentis. Ad hoc videtur philosophus
12 metaphysice dicens quod preter primum movens
quod est infinite potentie requiritur mo-
vens coniunctum potentie finite ita
quod ex primo movente sit infinitas
motus et ex 2° sit successio. quia aliter
non posset esse successio nisi coniungeret
illud movens finitum quia si solum infi-
nitum ageret ageret in non tempore.
Istud tamen improbatur dicendo quod ultra
ubi ex hoc arguitur contra philosophos
qui ponunt primum agere ex necessitate
nature quod licet tunc temporaliter agit Sed pro xpi-
anis non est argumentum difficile quia
dicunt ipsum contingenter agere posset
enim faciliter dicere quod licet virtus infini-
ta agens agat secundum ultimum sui
et ita non in tempore quandoque tunc temporaliter
agit non tamen virtus infinita contin-
genter et libere agens. sicut enim in
potestate eius est agere et non agere ita in
eius potestate est agere in tempore vel non
tempore et ita faciliter est salvare primum
motorem corpus in tempore licet sit
infinite potentie quia non infinito agit
secundum ultimum sue potentie quamvis sic posset
agere et etiam neque in tam brevi tempore
neque brevi posset agere Tertium articulum

Quia unitate dei queritur tertium
dubium. Utrum sit tantum unus deus. quod sic
probatur. Si quidem sunt dii multi et dei
multi. Sed deus est ergo dii multi sunt
quia probatur quod singulare et plurale
idem significant licet differant in modo
significandi. quod includitur in idem predicantur
proportionaliter accepto igitur sicut singulare
includit singulare ita plurale in-
cludit plurale. probatur 2° quod sicut deus
est quo maius cogitari non potest ita
dii sunt quibus maiores cogitari
non possunt. Illa autem quibus maiora
cogitari non possunt sunt in effectu quod
probatur quia si non essent in effectu pos-
sent cogitari maiora eis ergo. Preterea
omne ens per participationem reducitur ad
aliquod tale per essentiam igitur est aliquis
talis homo per essentiam ab hos et
huiusmodi. quodcumque autem per essentiam est et
non per participationem est deus ergo. Preterea
plura bona sunt meliora paucio-
ribus bonis sed quecumque meliora sunt
ponenda in divinis igitur etc. plures
dii sunt plura bona quam unus ergo.
Contra deuteronomium 6. audi israhel dominus
deus tuus unus est. et per sa° iij° cum
me non est deus. In questione ista est
conclusio certa sed dicunt aliqui quod ista
conclusio non est demonstrabilis sed accepta
per fidem et adheret hec rabbi moyses.
dicit quod unitas dei est acceptabile
lege. Hec etiam arguitur ratione quia
si per rationem naturalem posset cognosci
deum esse unum igitur naturaliter cognos-
ci posset ipsum esse ex se singulare
igitur naturaliter posset cognosci singu-
laritas dei et essentia dei ut singu-
laris quod est falsum et contra prius dicta in
questione de subiecto theologie. Videtur tamen
ista unitas posse naturali ratione ostendi
et hoc primo sumendo rationem ex in-
finito intellectu. 2° ex infinita vo-
luntate. 3° ex infinita bonitate.
4° ex ratione infinite potentie. quinto
ex ratione infiniti abstracte. 6° ex ratione
necesse esse. 7° ex ratione omnipotentie.
Ex parte infiniti intellectus arguitur
sic primo intellectus infinitus cognoscit
quodcumque intelligibile perfectissime quantum
est intelligibile in se quod totum eius nam
et intellectus finitus hoc potest licet
non perfectissime ut semel sunt igitur

si sint duo dii sint a et b. a cognosceret
b perfectissime quantum scilicet b est cognoscibile
sed hoc est impossibile probatio quia aut
cognosceret b per essentiam b aut non. Si
non et b est cognoscibile igitur a non
cognosceret b perfectissime quantum scilicet b est
cognoscibile nichil enim cognoscitur per-
fectissime nisi cognoscatur per essentiam
suam vel per aliquid perfectius includens
essentiam suam perfectius quam ipsa sit
in se. essentia autem b in nullo perfectius
includitur quam in b quia tunc b non
esset deus. Si autem cognosceret b per
essentiam ipsius b igitur actus ipsius
a esset posterius naturaliter essentia b et
ita a non esset deus. probatio primae consequentiae
quia omnis actus cognoscendi qui non
est idem obiecto est posterior obiecto quia
vel prior vel simul natura est actus
cum obiecto alio a se quia tunc actus
posset intelligi sine obiecto patet ergo
Si dicas quod a intelligit b per essentiam
ipsius a quae simillima est ipsi b. contra
quod a intelligit b in ratione qua species
cuius a et b. Consequentia vestra ipso sal-
vat quod a intelligat b perfectissime
quia cognitio alicuius tantum in simili-
tudine in universali non est cognitio perfectissima
et intuitiva ipsius rei in se. et ita a
non cognosceret b intuitive et perfectissime
quod est propositum. 2o ex parte intellectus ar-
guo sic idem actus non potest habere duo
obiecta adequata a est obiectum adequatum
sue intellectioni et b esset adequatum
eidem si a posset intelligere b. igitur
impossibile est quod a intelligat unica
intellectione simul a et b. si a haberet
intellectiones realiter distinctas igitur
non est deus. maior patet quia alioquin
actus adequaretur alicui obiecto quo
subtracto non minus quietaretur et
adequaretur et ita frustra esset tale

obiectum. Quantum ad 2am viam arguo sic
primo voluntas infinita est recta igitur
diligit quodlibet diligibile quantum ipsum
est diligibile sed si b est alius deus diligi-
bilis infinite a voluntate potente
diligere sic infinite cum ipsum sit bonum
infinitum igitur voluntas ipsius a diligit
b infinite sed hoc est impossibile quia a
naturaliter plus diligit se quam b probatio
quilibet enim naturaliter diligit suum esse plus
quam alterius cuius nichil est vel ut
pars vel ut effectus. a autem nichil est
ipsius b vel ut pars vel ut effectus
igitur a plus diligit se naturaliter quam ipsum
b. Secundo voluntas libera quae est recta con-
formatur voluntati naturali alioquin vo-
luntas naturalis non esset semper recta
igitur a secundum hanc voluntatem rectam et libe-
ram actu elicito plus diligit se quam
b. igitur non diligit b infinite. 2o
sic aut a fruitur b aut utitur Si utitur
ergo a habet voluntatem inordinatam
Si fruitur ipso b et fruitur etiam se ipso
patet igitur a est beatus tam in b quam
in obiecto quod in a. sed hoc consequens est
impossibile quia nichil potest esse beatum
actu et simul in duobus obiectis beatifica-
tivis totalibus quia utrolibet eorum de-
structo nichilominus esset beatus igitur in
neutro est beatus via. Item ratio naturalis
quod totaliter quietatum in uno obiecto ade-
quato non possit in alio quietari
Quantum ad 3am rationem viam scilicet de ratione
boni infiniti arguo sic voluntas
ordinate potest appetere et magis amare
magis bonum sed plura bona infini-
ta si sint possibilia plus includunt
bonitatis quam unum infinitum igitur vo-
luntas ordinate posset plus amare
plura bona infinita quam unum et
per consequens in nullo uno bono infinito
quietaretur. sed hoc est contra rationem boni

quod sit infinitum et non quietativum cuius-
cumque voluntatis. Quantum ad quartam
viam de potentia infinita arguo
sic: non possunt esse due cause totales eius-
dem effectus in eodem ordine cause
sed infinita potentia est causa totalis
respectu cuiuscumque effectus in racione cau-
se prime; igitur nulla alia potentia potest
esse causa prima respectu alicuius effectus
et per consequens nulla alia causa infinita in
potentia. Primam probo quia nec ali-
quid potest esse causa alicuius a qua non
dependet, probo nichil dependet
ab aliquo quo non existente nichil minus
illud esset, sed si sint duas causas totales
a et b in eodem ordine cause utrolibet
eorum non existente nichil minus esset ipsum
c quia non existente a nichil minus est
c quia ab ipso b et non existente b nichil
minus est c quia ab ipso a. Isto modo
arguitur de unitate cuiuscumque in quacumque
primitate predicta nichil enim excessum
exceditur a duobus primo excedentibus
nec nullum finitum eventualiter ordinatur
ad duos primos fines esset enim aliquis
ad finem aliquem quo non existente nichil
minus esset finitum ut prius argutum est
et esset excessum eventualiter ab aliquo
quo non existente non minus haberet even-
tuale excedens quo mensuraretur even-
tualiter et a quo haberet suam perfectionem even-
tualiter tamquam a mensura quod est impossibile
igitur impossibile est aliquorum duorum fini-
torum esse duos fines primos vel duorum
excessorum duo prima eminentia. Quantum
ad quintam viam arguo sic: infinitum
aliter non potest excedi sed quecumque perfec-
cio potest numerari in diversis plus perfeccionis
habet in pluribus quam in uno sicut
dicitur 8 de trinitate c. 1 igitur infinitum in pluribus
omnino numerari non potest. Quantum ad 6am
viam arguo sic: primo species pluri-
ficabiles in individuis non determinat

ex se ad certum numerum individuorum sed
quantum est ex se compatitur infinitatem
individuorum sicut patet in omnibus
speciebus corruptibilibus; igitur si non
necesse esse sit plurificabilis in indivi-
duis non determinat se ad certum numerum sed
quantum est ex se compatitur infinitatem
sed si possunt esse infinita necesse esse possunt
infinita talia esse quod quilibet est falsum igitur et
antecedens. 2o sic: si sunt plura esse necesse
aliquibus perfectionibus realibus distingu-
untur ille a et b tunc sic: aut ista duo
distincta per a et b sunt formaliter necesse esse
per a et b aut non. Si non igitur a non est
formalis racio essendi necessario nec b
et per consequens includens a non est de neces-
sitate primo quia includit aliquam entitatem
que non est formaliter necessitas essendi
nec est necessaria ex se. Si autem illa sunt
formaliter necesse esse per a et b et propter
hoc utrumque est necesse esse per illud in
quo convenit unum cum alio igitur utrumque
habet in se duas raciones quarum quelibet
est utrumque formaliter necesse esse sed hoc
est impossibile quia neutra illarum inclu-
dit alteram utrumque igitur illarum circumscrip-
ta esset tale necesse esse per reliquam et
ita aliquid esset formaliter necesse esse
per aliquam racionem qua circumscripta nic-
hilominus esset necesse esse quod est impossibile.
Quantum ad septimam viam de omnipo-
tencia videtur quod illa non procedit per racionem
naturalem demonstrative quia omnipotencia
ut alias patebit non potest concludi racione
naturali eo modo quo theologi intelligunt
omnipotenciam nec concluditur ex racione
infinite potencie tamen ex omnipo-
tencia credita arguitur sic propositum: Si a est
omnipotens igitur ita quodcumque aliquid
potest facere esse vel ipsum non esse et ita po-
test destruere b et ita fiet b nulle
potens igitur b non est deus. [illegible]

no valet quia b no e obm omni
potentie qz oia omnipotentie e possibilie
b autem potuit nunc ee sicut a. Ideo
ex omnipotentia tradita aliquo aliter de
claudo rom. Et 2o de t. c. ultimo om
potens suo velle pt pducere omne
possibile et ita suo velle pt impe
dire vel destruere omne possibile si
iam sit ee a igitur omnia possibilia
pt suo velle mee pducere non est
autem nccm q b velit illa oia ee
sed pt velle illa ee quia voluntas
b contingenter se ht ad illa sicut vo
luntas a ad illa que vult b si b est
deus sicut a si igitur b nolit illa ee
nullo eorum erit igitur si sint duo omni
potentes utrumque illorum faceret alium
nulli potentem unumquemque destruendo illud
ipse sed prohibendo p suum nolle ee
volitorum ab alio. Quod si dicas
suppositum q concordant in voluntate
sua quamvis de hoc nulla sit neccita
tas sed quasi fecerint pactum de concordando
volendo. Ad hoc probo q neuter eorum
est omnipotens nam si a e omnipo
tens pt pducere suo velle quodcumque
possibile volitum a se ex quo sequitur
q b nullum istorum poterit pducere suo
velle et ita non est omnipotens q hoc se
quatur pz ex quarta via qz impossibile
est ee duas causas totales unius
effectus qz ex quo causatum e ab una
impossibile e q causetur ab alia. Alias vero
quedam aliquorum ad conclusionem hanc
nolo hic adducere quibus non oportet
tueri quia sunt solubilia et forsan
eque concludenda vincere aut solum in
una parte si aliquis est simplex i. certa
sua aut si concludunt non tamen ex naturalibus
nobis notis nec oportet illa adducere
ut solvantur qz non sunt contra conclusionem
quam teneo. Ad illa que sunt pro
alia opinione ad auctem rabi dico q

propterea iudayzans sunt iudei et primus
ad ydolatriam ideo indiguit instrui p
legem de unitate dei licet p rationem
naturalem potuit demonstrari. ita etiam ac
ceptum est a lege exo. 3. q deus sit
ego inquit sum qui sum et apostolus ad
hebreos 11 accedentem oportet credere qz est
et tamen non negatur demum ee esse demonstrabile
igitur pari ratione non est negandum posse
demonstrari deum ee unum licet accep
tum sit a lege. Illa enim que etiam possunt
demonstrari utile est credi p ma
auctoritatem tum propter negligentiam multorum
quantum ad inquirendo veritatem. tum
propter impotentiam intellectus tum propter
certitudines inquirentium ad demonstrationem
qui intrabant suis multa falsa immiscent
ut dicit a 18 decti c. et ideo qz simpliciter
sequentes tales demonstrationes possent
dubitare tamen assentiendum esset ideo tuta
est via et facilis et omnis auctoritas q
non pt valere nec valet sed e certissima
Ad 2m de singularitate dico q aliud est
singularitatem ee per se modum con
cipiendi vel sub quo concipitur obiectum exemplum
medio plurale pluralitas e obiectum con
ceptum sed modus concipiendi sive mo
dus sub quo concipitur e singularitas
ita in intentionibus logicalibus est medio sin
gulare q concipitur est singularitas sed
modus sub quo concipitur est ultimus
quia quod concipitur ut se ht indifferens
ad plura. ita dico in proposito q essentia
divina pt concipi singulariter ita q sin
gularitas sit concepta vel ut obiectum vel
ut pars obiecti. nec tamen sequitur q sin
gularitas sit modus concipiendi. cog
noscere enim aliquid ut singulare ita q
singularitas sit modus concipiendi
e cognoscere illud ut hic per se albus in
2m multos videtur ut hic et hoc mo
pdictum est q non cognoscitur essentia

dina ut singularis et io in arto-
est fla figure d. quin modo rem i modo
Ad primum principale dico quod apostolus
loquitur de ydolatris et io de dijs
imaginariis. Unde subdit ibi nobis
autem unus est deus quia omnes dij
gentium demonia. Ad 2m dico quod quia
no valet quia unus no est talis mo-
dus significandi grammaticus quales
sunt alij modi generales grammaticales
qui proprie dicunt modum concipiendi rei
absque alio correspondente reali tali modo
concipiendi, nec dicunt aliquid in re
a quo moveri possit intellectus ad ta-
lem modum concipiendi, sed unus ille re
includit rem substantiam. Unde se-
quitur homines currunt igitur plures homines currunt
sed no sequitur sic de alijs consignificatis
nominis ut ibi. Unde no sequitur deus est
igitur deus est masculus quia ad mascu-
linum sufficit aliquid in re a quo mo-
dus ille concipiendi accipi possit pu-
ta activitas. Dico igitur quod illud sol-
dij conceptum sub modo plurali includit
contradictionem quia modus concipiendi
repugnat ei quod concipitur sub mo-
dum g^o probatur quod quod idem includit
singulare et plurale, dico quod includit
singulare sub modo concipiendi conveni-
enti ipsi concepto plurale autem inclu-
dit illud sub modo impossibili et io sin-
voz gulare includit illud in se quod verum
sunt includit conceptum et concipiendi
modum plurale autem sunt includit
illa duo includit vocem in se quod falsam
et io no sequitur quod plurale sit verum
de plurali sicut singulare de singulari
quia de eo cuius est vo in se falsa ut
est bum. Per idem patet ad aliam probationem
quo magis excogitari no potest quia dij
no sunt cogitabiles sine contradictione quia
modus repugnat rei concepte et io

maior est concedenda sed primus est expo-
nendum aut in predicti ad unitatem aut
potius requiritur quod vo subiecti sit in se vera
sicut dictum est q. 2. huius d. Ad tertium
dico quod illa propositio maior no est prima
sed reducitur ad istam omne imperfectum
reducitur ad perfectum et quia omne ens
per participationem est imperfectum et nullum
ens est perfectum quod est ens per essentiam
io sequitur illa propositio maior de imperfecto
licet autem maior de imperfecto sic habet
intelligi aliquid est imperfectum 2m perfectionem
simpliciter que no in ratione habet imperfectionem
concomitantem quia no includit in se li-
mitationem. Aliud autem est imperfectum no
simpliciter que de ratione sui includit li-
mitationem et io in ratione habet imperfectionem an-
nexam. Imperfectum primo modo reducitur
ad perfectum eiusdem rationis ut hic bonum
hoc bonum hoc ens ad bonum verum et
ens perfectum simpliciter. Sic enim imperfecte
perfectiones simpliciter imperfectum. 2o modo
ut hic homo hic lapis et huiusmodi non
reducuntur ad perfectum per essentiam aliter
eiusdem rationis puta ad rationem speciei
quia illa includit ad huius imperfectionem quia
limitationem sed reducuntur ad perfectum primum
quod continet ea supereminenter et equivoce
unde bonum imperfectum reducitur ad per-
fectum bonum lapis autem imperfectus
ut homo no reducuntur ad lapidem
ut hominem perfectum simpliciter, quia 2m istas
perfectiones no potest aliquid esse perfectum
simpliciter cum limitationem includat sed re-
ducuntur ad summum ens et summum bonum
quod virtualiter continet illas perfectiones
Ad ultimum dico quod bona plura finita
sunt meliora paucioribus bonis finitis
no autem plura bona infinita. Sed
hoc no videtur valere ad argumentum
quia quecumque bona si cetera paribus me-
liora plura quam pauca et ita videtur

ponenda ee in entibus et maxime in ente supremo quod est esse infinite quia ibi quidquid posset ee bonum et infinite est ibi ee sed plura bona infinita si essent essent meliora quam unum ergo videtur quod sint ponenda in natura summi boni. Dico ad istud quod cum dicitur in maiori illa que si essent esset melioria sunt ponenda ibi dico quod aut per hoc non implicatur nisi possibilia aut possibilia et impossibilia. Si primo modo sic maior est vera et minor falsa quia implicatio illa in minori non est possibilis sed impossibilis. Si secundo modo sic minor est vera et maior falsa quia cum non essent meliora nisi ex positione impossibilium non essent meliora nec etiam sunt bona sicut illud quod non est nisi ex positione impossibilium omnino non est sicut nec illud positum a quo dependet

Iuxta 2ᵃᵐ partem huius distinctionis in qua magister agit de pluralitate personarum et predictorum (?) capitulum queritur 2º utrum in deo cum unitate essentie stet simpliciter pluralitas personarum quod non quia si sint plura infinite ee. Quia quibus formaliter distinguuntur sint a et b. sed quod sint plura infinite ee concluditur quod contradictoriam quia aut rationes ille quibus formaliter distinguuntur sunt ee infinite et infinite essendi et tunc erunt duo infinite ee que etiam conveniunt in infinite ee et per consequens per infinite ee non distinguuntur. Si autem rationes ille sunt possibilitates ergo illa que hiis distinguuntur non sunt ee infinite. Preterea nichil ponendum est in entibus et maxime in summo bono quo non posito nichil perfectionis deficit in universo sed aliqua persona divina non existente in essentia divina nichil perfectionis deesset universo ergo pluralitas talium non est ponenda in deo. Preterea minor quia si eciam 2ᵃ persona non esset quidquid perfectionis ponitur in ea esset in prima et ita nichil perfectionis deesset universo si ipsa non esset quia quidquid perfectionis simpliciter est in una est in alia ergo subtracta una et manente alia nichil perfectionis tolleretur universo. Dicitur quod non sub omni modo quidquid perfectionis est in una est in alia. Contra hic iste modus habendi vel essendi aut est perfectio aut non. Si sic ergo erit in deo et per consequens prima persona non est simpliciter perfecta quia non habet modum illum. Si non ergo stat argumentum quod non existente 2ᵃ persona manet tota eius perfectio in prima ergo nichil perfectionis deperit in universo amota 2ᵃ persona. Preterea quecumque sunt simpliciter eadem eidem simpliciter ipsa inter se sunt simpliciter eadem et dico simpliciter ad concludendum ydemptitatem 2ᵃᵐ quod quia sunt eadem uni et eidem 2ᵃᵐ quod non oportet ee inter se simpliciter eadem sed persone divine sunt simpliciter et sic idem essentie que est in se simpliciter et omnino eadem ergo sunt inter se simpliciter eadem et per consequens non distinguuntur persone divine ab essentia. Maior probatur quia precanit vel forma sillogismi perfecti quod de se est evidens quia extrema in premissis uniuntur in medio et ex hoc concluditur ydemptitas extremorum inter se in conclusione. Tum etiam quia oppositum predicti destruit ipsum quia si non sunt eadem inter se non sunt simpliciter eadem eidem simpliciter. Minor probatur quia essentia propter suam summam simplicitatem est quidquid habet secundum Augustinum 6º et 2º de trinitate c. 11. Preterea alia probatur minor quia ipsa est in se omnino simplex et individualis ergo. Preterea essentiale et accidentale dividunt totum ens ergo quidquid est in aliquo aut est idem sibi accidentaliter aut essentialiter sed illud quod dividit personas non est accidentaliter essentie patet quia nichil deo accidentale

igitur essentiale sed quod est idem essen-
tialiter essentie si multiplicatur multi-
plicatur essentia igitur si sunt plures
persone erunt plures essentie. Ad
oppositum illud est possibile quod non includit
contradictionem sed non includit contradictionem
quod una essentia sit in tribus personis
quia contradictio est secundum idem hic autem non
est contradictio quia est unitas essentie et
pluralitas personarum

Secundo iuxta hoc quero utrum
sint tres persone in essentia di-
uina quod non quia relationes opposite
sunt equalis dignitatis igitur si rela-
tio producentis constituit unam perso-
nam correspondebit sibi alia relatio con-
stituens unam personam productam et
ita erit una persona producta. Preterea
duabus relationibus productorum correspon-
dent due producentium et eque dis-
tinguunt ista extrema inter se sicut
illa igitur si iste due relationes produc-
torum constituunt duas personas et alie
due constituent duas alias et ita erunt
quatuor persone diuine. Preterea potentia fini-
ta durans in infinitum posset habere
effectus infinitos successiue sicut
patet de sole 2o viii physicorum et 2 de generatione
igitur potentia infinita potest habere produc-
ta simul quod probatur quia quod potentia
finita non posset simul in tot in quot
potest successiue hoc est propter finitatem
propter quam potentia non adequatur sibi iste ef-
fectus igitur infinita potentia in quot
potest successiue in tot potest simul. Contra
Mt ultimo in nomine patris et filii et spiritus sancti
et prima Ioh. 5 tres sunt qui testimonium
dant in celis etc. et Augustinus de fide ad Pe-
trum c. 2 et ponitur in littera

Iuxta productionem secundum quam
declaratur pluralitas eorum que
intra deum sunt utrum in diuinis pos-
sit esse aliqua productio infinita quod
non quia nullum productum est ex se
necessarium quidquid subsistit in essentia
diuina est ex se necessarium ergo. Preterea minor
probo quia duo primo sunt incompossibilia nichil simul
est necessarium ex se et ab alio sed est pro-
ductum si est necessarium est necessarium ab alio
igitur non a se. Minorem huius sillogismi pro-
bo quia si est necessarium ex se igitur est
necessarium circumscripto omni alio si autem
est necessarium ab alio non est necessarium cir-
cumscripto illo. Secundo probatur prima maior
quia omne productum possibile sit
produci aliquin impossibile sit produci est
productum igitur productum aliqua possi-
bilitate includit et omnis possibili-
tas repugnat necessario ex se ergo
3o sic omnis productus est aliquo mo-
do posterior producente quia non potest intelligi
productio sine aliquo ordine in illo
priori in quo intelligitur producens non
intelligitur productum quia tunc non esset
prius igitur intelligitur in illo priori
productum non esse et si ergo posterius in-
telligitur esse igitur innouatio. 4o sic
essentia diuina circumscripta productione non
habet illud productum habet autem illud pro-
ductum per productionem igitur per illam sit
essentia diuina de non habente illud habens
illud et ita innouatio. Quinto sic quod
videtur esse essentialiter innouatio sicut
species essentialiter includit genus pro-
ductio autem ad esse per modum nature
est generatio igitur illa non potest intelligi
sine innouatione. Sexto ad principale sic
si est productum ergo dependet quod non sicut
igitur et antecedens probatio quia si nullo modo
dependet productum a producente igitur
utrumque ex equo habet naturam et ex hoc
ulterius non magis perexigeret productum
ad suum producentem et esse quod producens
perficeret naturam suam quia equaliter sed hoc
est contra naturam productoris ergo. 3o sic

alie mutationes que de ratione sua non possunt tantam imperfectionem quantam potentia generatio non possunt esse in divinis igitur nec generatio quod patet quia remotione adeo quodque est imperfectionis. probatio autem quia latio et alteratio secundum aristotelem 8 physicorum non possunt tantam imperfectionem quantum generatio et ideo multa entia perfecta possunt alterari et ferri secundum locum que non possunt generari sed non conceditur in deo loci mutatio vel alteratio igitur. Confirmatur quia 5 de trinitate c. 28 pater est principium totius divinitatis et non nisi per productionem

Secundo quero utrum sint tantum due productiones intrinsece quod non quia unius nature videtur esse unus modus communicandi secundum aristotelem 8 physicorum commento 68 quod probatur per rationes suas ibidem primo quia alterius materie est alia forma alioquin non esset forma propria huius materie et tunc quelibet generaretur ex qualibet et tunc motores essent naturales otiose sed motores correspondentes diversis agentibus et producentibus sunt alterius et alterius rationis quod patet in generatione per propagationem et putrefactionem quia propagatum tantum generatur ex semine aliud non sed ex aliquo corpore putrefacto. Secundo arguit sic ex eodem concepto infert commentator quod eadem species esset tunc a natura et a casu ex quo infert quod homo possit generari ex semine asini et ex infinitis materiis. probat autem primum consequens esse inconveniens quia quod fit a casu est oppositum ei quod fit a natura et post et nulla species est a casu quia que inveniuntur a casu sunt monstruosa hoc totum est commentatoris ibi sed si natura haberet diversos modos communicandi tunc secundum unum modum communicandi posset aliqua species esse a natura et secundum aliud modum communicandi posset esse alia a casu et a fortuna. Preterea quecumque arguuntur sic diversorum motorum species sunt diversi tantum species 1 physicorum igitur si communicationes vel productiones sunt alterius rationis et termini similiter. Quod non sint tantum due productiones probo quia philosophus 2 physicorum distinguit naturam et intellectum tamquam diversa principia activa [illegible] voluntas invenitur in deo quia neutrum includit imperfectionem et ad intra quia neutrum est productum extra igitur preter productionem voluntatis erunt alie due productiones intra. Hoc etiam probatur per philosophum 9 metaphysice c. 2 ubi expresse videtur dicere quod potentia rationalis valet ad opposita quia scientia est oppositorum. Si igitur intellectus ex ratione sua est indeterminatus ad omnia et natura est determinata ad unum igitur intellectus habebit aliam rationem principii quam natura igitur. Preterea voluntas est libera igitur et productio eius est libera igitur non determinatur ad unum sed ex libertate sua potest esse oppositorum sed sola creatura possibilis est esse et non esse non autem persona divina igitur voluntas tantum est principium producendi creaturam non autem personam divinam. Confirmatur si non sunt due tantum persone producte igitur vel erunt plures persone tribus vel pauciores quod est falsum. Ille autem auctoritates que ostendunt esse tantum tres personas in divinis ostendunt quod sunt tantum due persone producte. Cum autem tantum est pluralitas personarum declaratur ex productione ideo primo intendo ad questionem de productione que est tertia in ordine et dico quod in divinis est et potest esse productio et probo sic quodque ratione sua formali est principium producendi illud in quocumque est sine imperfectione et a se in illo est principium perfecte producendi sed memoria perfecta sive quod idem est explicite intellectus habens obiectum intelligibile sibi presens est ex ratione sua formali principium

pductiu' notitie gen'te. 9°. S3 patet
q talis memoria e aliqua psona
diuina a se et sine inpfectione qz aliq
est inpducta igit' psona illa pot
p tale pncipiu pfcte pducere. Vltiu'
arguo si nulla pductio p memoria
pfcta e pfecta nisi sit noti' gen'te
adequate tali intellectui respectu
talis obi intellectui aute psone
diuine cu sit infinitus nulla noti'
adequat' respectu essentie diuine
ut obi et intelligibil' nisi infinita
quia intellectus ille est cophensiu'
illius obi infiniti igit' aliq psona
p memoria pt pducere notitiaz in
finitaz. Vltia arguo illa est in
natura diuina quia nichil aliud est
infinitu ig' in diuinis pt ee p memo
riam pductio ad intra. tnc ult'. si
pt ee ig' e tam qz qlz ibi possibile
est necessariu' tu qz illud pncipiu'
est pductiu p modu nae ig' natio
quia pz qz no pt inpediri nec
ab alio depende' in agendo. ome
aute agens ex necessite nae naturo
agit nisi inpediat' ul ab alio de
pendeat magis'uo. Maior p' salli
declat' qz quod pncipio ex se p
ductiuo no 9uat q in isto sit pduc
tiuu no pt ee nisi alteru duoru
s. ul ppt inpfectione eius i illo ul
quia ut in illo est acceptu p pduc
tione adequataz tali pncipio sicut
est de potentia generatiua q sit in
filio et spiratiua q sit in spu sco et
utruqz istoru excludit' p hoc q d'
i mat' a se quia nichil hz a se pn
cipiu pductiu nisi habeat illud sine
inpfectione et etia no nisi 9ueniens
p pductione 9petente tali pncipio
Minor p'mi salli pba' qz omi me
morie tante hoc copetit no aute

bu tanta sine inpfcta qz inpfectio
unq est no pdu' sine 9tradi' ee
quia hoc 9uenit ex pfectione. Con°
ab' te illata s. q memoria in p'ma p
sona diuina e sibi pncipiu 9tra
dendi 9cludet ppositu qz illa non
e pncipiu pductiu nisi p modu nae
talis pductio no est nisi ad intra
Alio mo 9cludit mag' ppositu quia
est pncipiu pductiu notitie gen'te
igit' ad intra et tnc debet maior
sic accipi quidq de rone sua for
mali est pncipiu pductiu alicuius
2'm rone eius formale in quocuqz
illud est a se est pncipiu pductiu
illius. 3° mo maxie 9cludit' ppo'm
sic Maior 2' salli declat' qz sicut
no est pfecta memoria r° alicuius
intelligibilis nisi illud obm sit
pns in rone actu intelligibilis 9tu
pt est pns ut intelligibile illi ita no
est pfcta pfes talis memorie nisi
sit actualis notitia tanta illius obi
quanta pt competere tali intellectui
respectu illius obi et illa vero adeq
tam tali intellectui respectu tal' obi
Consr' etiaz in quocuqz est hr' to'm
intellectus h'ns obm actu intelligibile
sibi pns ibi est pductiu noti' gen'te
S3 istud est in deo 2'm v'am roz sui g°
illi 9uenit pductio notitie gen'te
Idem pt argui de volutate qz vo
lutas h'ns obm actu 9grum sibi
pntatu ex rone sui est pductiua
amoris adequati respectu talis obi
Contra rone istaz arguo ut mag'
declaret' et maiore ronis 9cedo
S3 ad minorem dicet' q illud tot'
no est ex se pncipiu pductiu s3 tm
ubi intellectus pt hre ex se notitia
pductam hoc aute est qn pt ha
bere notitiaz aliaz a se quo pfiat'

intellectus autem infinitus non potest
habere notitiam distinctam a se qua perfi-
ciatur et ideo non videtur quod ibi debeat
poni principium productivum. Et confirma-
tur ista dupliciter: primo quia frustra ponere-
tur; 2o quia impossibile est eam poni. Primum
probatur: in nobis ideo necessaria est noti-
tia genita quia per eam intellectus perficitur
qui sine ea esset imperfectus; intellectus
autem imperfectus licet infinitus licet
habeat obiectum sibi presens non tamen for-
maliter perficitur per notitiam genitam sed
per notitiam ingenitam eandem realiter sibi
qua etiam formaliter intelligit. Secundum
scilicet impossibilitatem probo dupliciter: primo
quia productivum habens productum adequa-
tum non potest aliud producere; sed igitur
totum istud intellectus habens obiectum sibi
presens actualiter habeat in intellectu primo
notitiam ingenitam sibi adequatam
quia productam ex se quia aliquo modo secundum ra-
tionem intelligendi posteriorem tali
presentia obiecti videtur quod nullam virtutem
ulteriorem habeat ad producendum noti-
tiam distinctam aliam ab ipso. 2o probatur idem
quia intellectus est potentia activa
non factiva ut dicitur 9 metaphysice; igitur si potest
producere productum potest producere illud in se
non autem extra se, aliquin non haberet
rationem actionis ut distinguitur contra rationem
factionis. Ille igitur intellectus qui non
potest producere notitiam in se non potest produ-
cere aliquam notitiam ut videtur. Istas
rationes excludendo confirmationem ad
excludendum respondeo ad minorem
in se dico quod intellectus ut respectu
notitie genite habet potentiam recep-
tivam et ista possibilitas est imperfectio-
nis quia est potentia passiva et
nichil facit ad rationem principii produc-
tivi quia nulla imperfectio formaliter
est de ratione principii productivi et maxime

quod principium productivum potest in se esse
perfectum. Habet etiam intellectus ra-
tionem principii productivi respectu
notitie genite et hoc est ex perfectione
eius quatenus actus primus virtualiter
continet actum secundum. Primum istorum scilicet re-
ceptio intellectus patet quia intellectui
possibili convenit. De 2o non est ita
certum an conveniat intellectui possibili
vel agenti, de hoc alias inquiretur.
Nunc autem hoc indistincte accipien-
do de intellectu quod est principium productivum
notitie saltem puto verum et declaratur
d. 3 et intellectus prout est in deo quia
habet intellectum secundum omnem rationem intellectus
que non ponit imperfectionem. Tunc arguo
sic: quandocumque in aliquo conveniunt duo
per actus scilicet ratio agendi et patiendi ubi
illud quod est ratio agendi est per se non inquantum
est ratio agendi, patet ex 2 physicorum de me-
dico sanante se; separetur medicina ab
infirmitate nichil minus est ratio sanandi;
igitur si duo predicta separentur in intel-
lectu remanente eo quod erat per se ratio
principii productivi ad hoc erit ratio
producendi quandocumque non sit ibi pote-
ntialitas passiva receptiva. Exemplum huius
patet quia si intellectui nostro esset
concreta vel consubstantialis notitia sui secundum
quod quidam intelligunt Augustinum de notitia
abdita 14 de trinitate c. … Tunc intellectus
noster licet non possit habere vel recipere no-
titiam genitam qua cognoscit se formaliter
posset tamen gignere notitiam sui in ratione
obiecti in intellectu aliquo puta angelico
vel humano beato in patria. Si non posset
habere aliud obiectum actu intelligibile sibi
presens potest aliquam notitiam gignere in
passo approximato; sed quod tale sit autem
per se stante si haberet virtutem gignendi
aliquid per se stans igitur ab intellectu
circumscripta ratione receptive notitie si

remaneat io productum notitie
et hoc per se stante potest talis noticia
gigni licet non recipiatur in intellectu
qui est principium gignendi. Ex hoc
autem patet quod gloria illius maioris
in se nulla est. Ad confirmationem illius
per frustra, dico quod in omni ordine agen-
tium ubi principium activum de se non est
imperfectum status est ad aliquod
principium activum simpliciter perfectum quod
quidem agens agit ex plenitudine
perfectionis et dicitur agens ex libera-
litate 2o ... ultimo
nullum autem agens agit liberaliter
quod ex actione sua expectat per-
fici, sicut enim in actibus humanis
ille dicitur liberalis qui dat non ex-
pectans redditionem, ita similiter agens
dicitur liberale quod nullo modo perficitur
a productione vel a producto. Ex hoc
arguo sic in omni genere principii produc-
tivi non includentis imperfectionem possibile
est stare ad aliquod principium simpliciter
perfectum, sed intellectus est tale principium
et voluntas similiter igitur in isto genere potest
esse status ad aliquid simpliciter perfectum
sed nichil est simpliciter perfectum agens quod non
liberaliter agit 2o dicto modo igitur
hoc est agens liberale non producto
igitur in genere huius principii productivi
est aliquod principium tale quod nullo modo
perficitur per suam productionem, talis autem
intellectus huius obiectum sibi presens nullus
est nisi ille qui non recipit nec per-
ficitur per intellectionem quam gignit sive
que virtute eius gignitur igitur non omnem
omnem intellectum producere notitiam ut
ea perficiatur sed oportet esse aliquem potentie
producentem non perfectibilem per productum
et tunc dicitur tunc esset frustra non se-
quitur nam est summum bonum sed non est
productum a producente ut producens per

ipsum perficiatur sed ex plenitudine per-
fectionis ipsius producentis. Aliud
de impossibilitate dico ad oppositum
quia si aliquod obiectum presens memorie
presens habeat ibi notitiam actualem
presens quasi producatur non tunc sed notitiam
actualem in presenti producatur nulli autem
principio productivo ex se tollitur produ-
cere aliqua productione adequata
utitur talis principii productivi igitur
quamvis memoria ut in patre
habeat quasi productum ad hoc tunc potest
hic productum sed dictum est quod ad habu-
erit productum adequatum non potest
producere aliud. Tunc arguitur ultimus
de activo et primo dico quod ille sunt
due actuales potentie productive
scilicet activa et prima similiter enim omnis
potentia ex se productiva alicuius
receptibilis in aliquo in quolibet re-
ceptibili proportionato et approximato produ-
cat vel potest producere ipsum productibile
quod si productibile non sit natum recipi
in aliquo potentia productiva produ-
cet illud et non in aliquo sed per se sub-
sistens si tamen sit potentia productiva
sufficiens ad producendum nullo alio
presupposito ita est in proposito. Et potest
sic notitiam genitam non agendo,
producendo aliquid in se nec faciendo
producendo aliquid distinctum essentialiter
extra se sed quod producat in nullo
natum est recipi et intellectus est principium
productionis sufficiens quia infinitus
io producitur notitia genita in se
subsistens que est persona et ita ins-
tantie ad instantias sunt declarationes
prime rationis et per quas principium principalis
2o principaliter ad conclusionem principalem
arguo sic obiectum ut est in memoria est
aliqua io producendi se ipsum 2o esse
in intelligentia quod autem obiectum in ...

licet esse 2m quod sit de imperfectionis
quia si intentio esset perfecta et intel-
ligentia perfecta obiectum esset simpliciter
idem utrique igitur ablata omni im-
perfectione reservando illud quod est simpliciter
perfectionis obiectum idem simpliciter memorie
est in cognoscendi aliquid et intelligen-
tiam est simpliciter idem quod est propositum // Probatio
3o sit in qualibet conditione entis que
non est ex ratione sua imperfecta uni-
tas est simpliciter perfectionis igitur et in
productivo quia illud non dicit ex se
imperfectionem // Probatio autem quia sicut unitas
est conditio perfectionis in ente inquantum
ens ita et perfectionis est in quolibet
dividente ens quod non est unico ex
se imperfectum seu limitatum sicut est
quod ens dividitur per opposita alterum
dividentium est perfectionis in ente al-
terum imperfectionis ita quod in quolibet quod est
perfectionis sive alterum membrum pre divi-
sionis est possibile quod est imperfectionis
reliquum erit unicum quod est perfectionis
producens inquantum tale non includit
perfectionem igitur non est producens perfectum
in ratione producentis nisi sit unicum
producens primum autem producens non
potest esse unico producens aliud a se
3o Similiter arguitur de productione naturali
quia productio naturalis est prima productio
igitur competit primo producenti non autem
competit sibi ad extra ut patebit
d. 8 igitur ad intra // Probatio aliquem rela-
tiones opposite de 2o modo relativorum
possunt competere eidem nature limi-
tate sicut eidem voluntati competit
ratio motivi et mobilis quia voluntas
movet se sed relationes producentis
et producti licet magis repugnent quam
relationes motivi et moti sunt tamen
relationes eiusdem modi 2m philosophum
5 metaphysice c. de relatione ubi pro exemplo

ponit calefactivum et calefactibile patris
patrem et filium sive genitum et eum
qui genuit pro 2o tunc arguo sic sicut
voluntas quia est quodammodo illimitata
non potest fundare relationes aliquas 2i modi
oppositas ex hoc sequitur quod unitatem generis
illud ad quod videmus fortius est
impotentia igitur multo magis erit
simpliciter illimitata potest fundare relationes
oppositas eiusdem modi licet magis
repugnantes quales sunt relatio-
nes producentis et producti plus enim
excedit infinitas divine essentie illi-
mitationem qualemcumque voluntatis creatae quam
repugnantia quecumque relationum 2i modi
excedat repugnantiam quamcumque
aliarum eiusdem modi // Confirmatur re-
latio quia omnia relative opposita
equaliter includunt contradictionem igitur si
aliquem 2i modi non includit nec alie
// Arguit aliter quidam doctor sic prima
persona constituitur per relationem ad 2am
et non nisi per rationem originis igitur oportet ponere
in divinis diversa supposita quorum unum
sit ab alio Prima probatur quia cum
prima persona relativa ad 2am si ergo
non constitueretur per illam relationem igitur illa
relatio accideret sibi sive adveniret
illi persone constitute quod est inconveniens
// 2o arguitur sic actus summe activa
summe se diffundit sed non diffundit
se summe nisi communicet summam naturam ergo
Alii arguunt per rationem boni quia bonum
est sui diffusivum igitur summum bonum summe
communicativum non nisi ad intra quia nichil ad
potest esse summum bonum // Similiter arguitur per rationem
perfecti quia perfectum est quod potest producere
sibi simile ex 5o metaphysice et 4o metheororum
igitur perfectissimum agens quod est perfectissimum potest
producere sibi simile univoce quia perfectius
est producere sibi simile univoce quam

equivoce quia productio equivoca est
imperfecti generis. Iste rationes non declarant
propositum per manifesta nec fideli nec
infideli. Prima enim cum accipit quod
prima persona constituitur per relationem
si vult persuadere infideli accipit minus
notum priori. Proposito minus enim notum
esset infideli personam subsistentem constitui
per relationem quam productionem esse in di-
vinis. Si etiam vult persuadere infi-
deli ad hoc procedit ex minus noto
quia quod productio sit in divinis est
evidentius articulus fidei non est autem ita
evidens esse articulum fidei quod prima
persona constituatur per relationem. Cum
probatur quia aliter illa relatio adveni-
ret persone constitute et ita esset accidens
hec probatio non videtur valere quia eodem
modo posset argui de spiratione activa
de qua tenent omnes quod non constituit
personam nec tamen est accidens quia
est perfecte eadem fundamento quod est es-
sentia in persona. Et cum accipitur
ultra quod Deus non est ibi nisi per relatio-
nes originis hec non est statim ma-
nifesta ex fide sicut conclusio quam
intendit ostendere nec est esset necessaria
ad propositum in quantum quia et si aliud
esset ibi Deus posset tamen salvari origo.
Ad 2m cum dicitur quod summe actuale est
summe diffusivum sui verum esset ubi
bonum est quando possibile est aliquid diffu-
di et tunc oportet probare quod possibi-
le est aliquid diffundi pure communicari
in unitate nature. Propter idem ad rationem
boni quia oportet probare quod communicatio
eiusdem rei vel nature sit possibilis
quia ad impossibile includens contra-
dictionem non est potentia nec communicatio
bonitatis. Similiter ad 3m perfectum est
natum producere sibi simile verum est ita
simile sibi simile sicut possibile est

produci. Oportet igitur probare quod simile in
unitate nature est producibile. Te-
nendo igitur primas conclusiones et pri-
mo primam et 2am per conclusionem affirmativam
Respondeo ad argumenta in oppositum. Ad primum
nego maiorem cum probatur primo per unum
esse ex se et ab alio dico quod si idem
genus cause importetur per hec duo
ex se et ex alio verum est quod nichil est
sit unum ex se et ex alio. Si autem
aliud et aliud genus cause importetur
puta per ex se causa formalis per ex
alio causa effectiva vel productiva
non est inconveniens idem esse unum ex
se uno modo et ab alio alio. Ad primam
probationem maioris dico quod unum ex se
formaliter non potest non esse circumscripto
quocumque alio cuius circumscriptio non
includit impossibilitatem ponendo illud
esse. Sed ex se unum formaliter sequitur
posse non esse circumscripto omni alio per
impossibile sicut ex uno impossibili
posito sequitur aliud impossibile. Contra
que dicta sunt est instantia necessitatem
filii secundum theologos et universitatis causatorum
naturaliter producte secundum philosophos. Respondeo philosophi
ponentes causatum naturaliter produci habent
dicere quod ipse habet entitatem qua
formaliter esset naturale licet in illa
entitate dependeat a causa naturaliter
producente. Filius autem habet entitatem
formaliter naturalem et eandem cum pro-
ducente. Causatum igitur si esset ex se unum
non posset non esse circumscripto quocumque alio
cuius circumscriptio non implicat contradictionem
tamen circumscriptio per impossibile omni
alio secundum entitatem posset non esse. Filius
autem circumscripto omni alio secundum entitatem
ad hoc non posset non esse quia non posset
non esse nisi circumscripta persona produ-
cente. Producens autem non est aliud
secundum entitatem a producto. Sed si pr

producere creaturam naturaliter et necessario produ-
cet eam formaliter necessariam et tamen non
tamen necessaria tanta necessitate quanta est
unus necessarius filius. Stat igitur de filio
quod sit a se formaliter necessarius et tamen ab
ab alio producente tamen quo habet eandem
entitatem formaliter necessariam. Ad 2am
probationem maioris dico quod possibile lo-
gicum differt a possibili reali sicut
patet per philosophum 4 metaphysice c. de potentia. possibile
enim logicum est modus compositionis for-
mate ab intellectu cuius termini non inclu-
dunt contradictionem. et hoc modo licet propositio est
possibilis deum posse produci et deum
esse deum. Sed possibile reale est quod accipitur
ab aliqua potentia sive sicut a potentia
inherente alicui vel terminata ad aliud
sicut ad terminum. Filius autem non est po-
ssibilis possibilitate reali nec inherente vel
terminata ad ipsum quia possibilitas
sive activa sive passiva est ad aliud
terminata sicut patet per diffinitionem potentie
active et passive 4 metaphysice quia est principium
transmutandi aliud in quantum aliud vel
ab alio in quantum aliud. Est tamen filius
terminus potentie productive que abstra-
hit a ratione potentie effective et
si illa potentia dicatur simpliciter potentia terminus illius
potentie dici potest simpliciter possibile sed
ista possibilitas non repugnat necessitati
formaliter licet forte possibilitas de
qua philosophus loquitur de potentia activa
et passiva propter se repugnet necessitati ex
se. Sed dubium est de activa et passiva
si ponatur aliquid necessarium habere principium
productivum. Ad tertiam probationem cum dicitur
est ibi ordo igitur intelligitur prima persona
non intellecta 2a. Dico quod non necessario
prima intellecta intelligitur persona
2a tamen persona prima si illa persona per-
fecte abstracta. Ex hoc tamen non sequitur
quod tamen prima intelligitur 2a non sit. Sed
non sequitur animal quod est in homine intellectu

non intellecto rationali. Igitur non intellectus
non esse rationale. Cum autem infers
mutationem ex terminis oppositis accipis
ac si productum intelligeretur non esse
quod est producens quod est plus abstra-
ctionem igitur sine mendacio quantitatis
et abstractionem mediate que est consi-
derando non esse illud a quo fit abstractio.
Ad quartam probationem dico quod ista
persona non esset in essentia sine pro-
ductione licet eius essentiam per productionem
non tamen sequitur igitur essentia de non
habente personam fit habens. Sed sequitur quod essentia
que de ratione sua non includit per-
sonam quod verum est sed persona est relativa
quod nec est aliquid excepto relativo 2o
au. a de tri. c. 2 et 3o. quia respectus
non est de ratione absoluti. ipsa igitur essentia
habet illam productionem sive per productionem
habet personam in qua subsistit que tamen
productio vel persona non est de ratione
essentie. Non autem sequitur mutatio ex
hoc quod aliquid inest alicui quod non
est de ratione eius sed mutatio requirit
quod aliquid insit alicui cui prius inest
oppositum quod non est in proposito. Ad 5um
dico quod in generatione in creaturis concurrunt
due rationes scilicet quod ipsa sit mutatio et etiam
productio ut autem est mutatio est forme
sibi mutati ut autem est productio est termini
producti ut via. Iste autem rationes non
includunt se essentialiter etiam in creaturis
quia diversa respiciunt primo. Igitur sine
contradictione potest intelligi ratio productionis
sine ratione mutationis et ita generatio
transfertur ad divina sub ratione productionis
non autem sub ratione mutationis. Ad
2um principale dico quod non sequitur est
ab alio igitur dependens. Cum probatur
concedo quod eque independenter est natura
in producente et producto. Cum arguitur ex in-
dependentia quod non est perfectio
nego quam quia dependentia sequitur

entitatem formalem dependentis ab illo a quo dependet. Cum igitur sunt eandem entitatem non est ibi dependentia, licet tamen esse perexigentis unum suppositum habeat a se ab alio. Ad ultimum dico quod alie mutationes a generatione ex ratione sua formali sunt impressiones generative quia tantum inducunt per eas sunt impressiones quod tantum generationis alie autem mutationes quantum ad aliud quod presupponunt non requirunt tantam impressionem in subiecto quantam requirit generatio et hoc ut est mutatio quia requirit in subiecto entitatem in potentia, et hoc est ad esse simpliciter alie mutationes non ad ipsum. Applicando dico quod generatio non transfertur ad divina secundum illud quod presupponit generatio puta subiectum mutabile quod est impressionis quia ut est mutatio non est in divinis sed transfertur ad divina ut est productio et sub ratione qua productio est, et hoc quia tantum est perfectior omnibus aliarum mutationum, et sic unde licet per generationem accipi essentia tamquam tantum perfectissimum in divinis licet non possit per aliquam aliam mutationem accipi aliquid omnibus aliarum mutationum quia hoc concludit compositionem et impressionem quia tantum cuiuscumque alterius mutationis foret accidens compositionem cum subiecto. ¶ Ad secundum quod est de numero productorum patet nunc quod sunt tantum due. Et hoc ab aliquibus declaratur sic: actus notionales fundantur super actus essentiales internales, sed tantum actus essentiales internales intra sunt tantum duo scilicet intelligere et velle; igitur sunt tantum duo actus notionales qui sunt productivi intra. Confirmatur quia actus notionales fundati super actus essentiales equantur eis et ita non possunt plures fundari actus notionales fundari super eundem essentialem. Modus ponendi sicut colligitur ex dictis

opinatur in pluribus locis est iste: tam intellectus quam voluntas in quocumque sunt esse sunt esse ipso separatum illius autem postquam autem habuerint esse in suo actu primo simpliciter intelligentie aut volitionis sunt super se conversive et super actus simplices et super obiectorum per actus conversivos intellectivos et non. Intellectus enim non solum intelligit unum simplici intelligentia sed etiam conversiva intelligentia intelligendo se intelligere et convertendo se super obiectum intellectum et super actum intellectivum simplicem et super se intelligentem per actum conversivum quod non 2a que est in verbo non solum scit et intelligit rem sed scit eam scit et intelligit ut sciat se scire et intelligere etiam. Similiter voluntas non solum vult bonum simplici volitione sed etiam volitione conversiva volendo se velle convertendo se super obiectum volitum et super actum volendi simplicem et super se volentem per actum suum conversivum. Et ista conversio per unum et eundem modum convenit intellectui et voluntati et per unum alio et alio modo cum ambo se convertunt ut sunt unde pure et sole potentie hec est uno et eodem modo quantum est ex parte ipsarum se convertentium ambo enim se solas convertunt vi sua activa que equaliter eis convenit sed alio et alio modo quantum est ex parte obiectorum ad que se convertunt. Intellectus enim postquam conversus est ad illa ad que conversus est habet se ut potentia quedam tantum pure possibilis et hoc ut intellectus inductus et pure nature receptive ab illis sicut ipsum passivum ab ipso actu naturali quod quidem actum est intellectus informatus notitia simpliciter et hoc respectu formationis notitie declarative. Voluntas autem postquam conversa est ad illa ad que conversa est habet se ut activum quoddam et hoc ut voluntas

pura et nuda nata exprimere de illis
sicut pro unum actum de suo passivo quod
est eadem voluntas informata amore
simplici de qua sit formata. eadem
voluntas ut nuda nata est exprimere
amorem notionalem qui est spiritus sanctus
in divinis qui sit ex producentibus ipsam
non per informationem eius de quo est
sermo neque per aliquam impressionem
factam eodem modo quo verbum
sive filius procedit a patre per quandam
quasi informationem sive impressionem sive
expulsionem aut progressum. vel magis
proprie loquendo per quandam expressionem
producti de eo de quo producitur sermo.
Ex parte igitur intellectus causatur actus
dicendi a noticia simplici in intellectu
nudo quantum ipse super se et super noticiam
suam simplicem. ita quod intellectus in-
formatus noticia simplici est principium
activum et elicitivum actus notionalis. in-
tellectus ipse autem intellectus nudus
quantum ipse non est nisi principium passivum
de quo quasi de materia producitur verbum quasi
per impressionem. Ex parte autem voluntatis
causatur actio notionalis ab ipsa voluntate
nuda quantum super se et super amorem
suum simplicem et ipsam voluntatem in-
formatam amore simplici ita quod vo-
luntas nuda quantum est principium ac-
tivum et elicitivum actus notionalis voluntatis
ipsa non voluntas amore simplici in-
formata est principium quasi passivum
de quo quasi de materia producitur scilicet secundum
quandam expressionem et hoc modo apper-
dita inter intellectum ut intellectus et
intellectum ut natura. quia intellectus ut
in patre existens sub noticia essentiali
secundum actum. vel quod idem est existens in
actu intelligendi suam essentiam que actu
ipsa essentia operatur in ipso intellectu
suo ut est quasi impotentia ad noticiam
essentialem secundum rationem intelligendi fe-
cundus est naturali fecunditate ad produ-
cendum de se ipso sibi simile ad quod est
quasi impotentia propter hoc quod est in actu sub
illa noticia essentiali. Intellectus autem
ut est quedam noticia essentialis secundum
actum est natura et principium activum
quo pater de intellectu eodem ut est
intellectus et suo intellectus ut de
suo principio passivo format no-
ticiam que est verbum. quod secundum rem
est eadem noticia cum illa de qua
formatur differens solum ab ea in quantum
procedit ab ea ut manifestativa declara-
tiva ipsius et per omnem eundem modum
debemus sic intelligere verbum forma-
ri in nobis cognitum cum primo sim-
plicem suam noticiam imprimit intel-
lectui suo reputando se illi ut principium
passivo et sub ratione illa qua est in-
tellectus. intellectus autem sic perfectus
simplici noticia per obiectum cognitum quod
in se continet expressive. sanctus est secun-
dus et principium activum ut natura
imprimens in se ipsum ut est intellectus
suo tamquam in principio passivo ad
formandum in se noticiam declarativam
de noticia simplici ut secundum hoc quod dicitur
formari verbum per intellectum et quod in-
tellectus sit in formatione activus hoc
intelligitur de intellectu actu infor-
mato simplici noticia per quam ut per
rationem formalem agendi intellectus
est principium activum et naturaliter prius
est ratio eius ut est intellectus et passivus
respectu noticie simplicis quam recipit
ab obiecto quia sic ratio eius ut est natura et actus
per noticiam simplicem inherentem. et ratio-
ordine rationis prius habet esse ut est
intellectus quam ut est natura. sic itaque patet
modus quo actus notionalis fundatur
super essentialem et quomodo distinguitur in in-
tellectu et voluntate. Ista opinio ponit
tres articulos quos non credo veros
primus est quod verbum divinum generatur per

impressionem 2us est quod per impressionem
et intellectum super se conversum / 3us est
quod notitia concomitalis est ratio
formalis gignendi notitiam declarativam
et potest addi 4us quod verbum generatur per impres-
sionem in intellectu ut nudo complexa-
tur quam articulis dimitto usque ad distinctionem quintam
ubi proprie est locus // Contra 2um articulum
arguo et pluribus. Primo quod in intellectu
ut nudo conversio super intellectum formatum
notitia simplici non formatur notitia
genita. hoc probo sic / intellectus non
convertitur nisi ut est in aliquo sup-
posito quia conversio ponitur actiua / et ac-
tiones sunt suppositorum. tunc quero cuius
suppositi vel persone est ubi convertitur
super intellectum formatum sicut filii et
patre ista conversio precedit generationem ubi
sunt due persone quod est contra Valacone? Si patris
tunc vel illius cuius est ut convertitur sic
ut a notitia genita formatur ut pro-
babo / sequitur quod intellectus ut est patris
formatur a notitia genita igitur notitia
genita est formaliter ipsius patris quia
cuius persone est intellectus ut formatus
eiusdem est notitia qua formatur.
Dissuppositum probando probo sic / cuius est
intellectus ut convertitur super intellectum
formatum eius est ut sit intellectus
formatus per obiectum actu presens igitur
eiusdem est ut ab illo obiecto formatur.
Confirmatur quia que passiuum proportionaliter
dispositum approximatum sufficienter actiuo
proportionatum est in medio? perfici ab illo
actiuo patet per philosophum 9 methaphysice c. primo.
Cum autem utrumque tunc eius est
aliquid in potentia proxima 2um ipsum quod
nichil obstat addendum subiectum sive minimi
addo quod actus inest intellectus autem
nudus conversus et huius intellectum for-
matum ut obiectum patris est passiuum dis-
positum proportionatum et approximatum in-
tellectum informato ut sufficienter actio
igitur intellectus nudus ut conversus illa
facta Valacone ita ipsum subsistens
vel cuiuscumque entitatis ut sic formatur
notitia genita et sic probatur prima quia
hic posset dici quod intellectus nudus
per hoc quod de ipso actualiter formatur
illa notitia sive per hoc quod est quasi ma-
teria informata notitia genita sit
esse in persona genita. Sed contra istam
responsionem sunt duo argumenta prima que ponuntur
distinctione 4 quam ultra contra opinionem illam de qui-
bus quem ibi specialiter improbatur de qua
formatur notitia genita et generatur fi-
lius per actum producendi notitiam
genitam de qua dicetur distinctione 4 propterea quod
remitto ad ista // 2o probo quod conversio in-
tellectus nudi super formatum non sic
creatiua ad genitorem verbi et arguo sic
intellectus patris huius obiectum sibi presens
est naturale principium non solum operatiuum
respectu intellectionis patris sed etiam
productiuum respectu notitie genite
igitur circumscripta illa reflexione ad
hoc est principium productiuum // 3o probo
quod nulla sit ibi talis conversio quia si
per conversionem nichil intellectum esse in
intellectu quod non intelligeretur ibi esse
circumscripta conversione igitur conversio nichil
facit ibi et per quod non est ibi; antecedens probatur
quia talis conversio non est presentia obiecti
non perfectio potentie non tamen determi-
natio potentie ad actum vel ad ope-
randum actus sicut aliqui ponunt vo-
luntatem in nobis convertere intelligentiam
ad intentionem patet etiam quod voluntas
non convertit ad genitorem verbi divini
conversio ista non est actio que est
operatio quia non intellectio nec volitio
nec est actio productiua // hoc etiam
falsum est in nobis quia 2um Augustinum 14 de trinitate
verbum perfectissimum erit in patria et tamen

illud verbum non erit genitum per actum reflexum sive conversum super actum primum sicut ille dicit quod notitia 2a que est in verbo sicut intellectus se solo quia verbum perfectissimum creandum per omnia suo primo non habet aliquid creandum sed intra num. Tertius articulus est quod intellectus informatam notitia actualis essentialis est principium activum elicitivum notitie generate hoc in proposito scilicet verbum non gignitur ab intelligentia sed a memoria secundum Augustinum 14 de trinitate. Licet igitur in patre concurrant memoria intelligentia et voluntas pater non gignet verbum formaliter intelligentia ut quo sed memoria. Ut autem habet notitiam actualem quasi elicitam et ut actus secundus est in actu intelligentie cuius est omne intelligere actuale. Igitur ut sic non gignet verbum sed ut est in actu memorie hoc est ut habet obiectum intelligibile presens intellectui suo in hoc enim intelligitur actus primus qui precedens actum secundum qui est actu intelligere. Secundo sic productio magis convenit actui primo ut principio productivo quam actui secundo quia operationes perfecte de ratione sua sunt fines et non sunt gratia aliorum finium. Igitur intellectio ut est operatio patris non est ratio formalis productiva alicuius termini sed tamen actus primus cuius terminus dicitur illa operatio est principium productivum. Tertio sic si actualis intellectio patris est ratio formalis producendi verbum ad hoc obiectum ut presens intellectui patris ut habens rationem materie est principium primum productivum notitie genite quia in nobis apparet quod illud est causa immediatum gignendi quam actum intelligendi igitur aliquod verbum gignitur patris a patre per ipsam memoriam quam per ipsam intelligentiam nostram tentio. Confirmatur quia per te essentia

quatenus generatur operatur actum intelligendi essentialem in intellectu patris igitur ipsa ut patris intellectui est sufficiens principium quo ratio intellectionis actualis. Sed quod non sit ut quod principium ratio eius ut in hoc est quia intellectio patris est improducibilis igitur respectu notitie actualis producibilis est ipsa simpliciter principium quo. Et ita persona non producetur per intellectionem actualem respectu patris ut per rationem formalem productivam. Preterea verbum est illius declarativum immediatissime a quo immediate exprimitur. Igitur si ratio elicitiva verbi sit actualis notitia in intellectu patris posito sequitur quod verbum immediate sit declarativum intellectionis patris quam essentie patris quod videtur inconveniens quia tunc esset aliud patris declarativum essentie patris immediate. Nec oportet dicere quod illa essentia non possit immediate declarari per aliquod verbum quod videtur inconveniens cum secundum Augustinum 14 de trinitate notitia formata ab ea re quam memoria continens est verbum primum autem obiectum memorie divine est essentia ut essentia. Preterea si actualis intellectio patris esset genita vel producta produceretur virtute essentie non ut iam cognita sed ut prior omni cognitione. Hoc patet tamen secundum intentionem quia alias esset processus in infinitum actuum intelligendi ante actum intelligendi quia secundum istos quia supra dixit quod actum intelligendi essentiam in patre operatur ipsa essentia in intellectu eius. Ex hoc arguo sic actualis notitia essentie non potest esse alterius formaliter per hoc quod est ab alio genita et non ab alio est quia tunc diversas esset formaliter alterius rationis in personis. Igitur actualis notitia essentie est eiusdem rationis in patre et filio. Quod igitur natum est esse primum

quo respectu unius sit illud esse prin-
cipalius idem erit principium respectu alterius
sit principiatum. hoc etiam probatur in nobis
tum quia notitia confusa non potest esse
principium elicitivum notitie distincte
sicut nec imperfectum potest esse principium
productivum alicuius perfecti. tum etiam quia
illa notitia actualis confusa esset
simul cum notitia actuali distincta
et ita duo actus eliciti simul vel actus
confusus qui non esset compatiens actui
distinctivo. tum etiam quia omnis actus
intelligendi secundus est genitus a
memoria ut ipsa est in actu primo
proportionaliter sibi puta perfectus a perfecto et
imperfectus ab imperfecto sicut patebit d. 3.

¶ De 2o articulo dico nisi quod in hoc videtur
sibi ipsi contradicere sicut opinans sicut
arguitur ante. Dico tamen ad q. quod
tamen sunt ibi due productiones distincte
et rationes formales producendi et
hoc quia sunt tantum duo principia pro-
ductiva habentia distinctas rationes
formales producendi. hoc autem
probo sic omnis pluralitas reducitur
ad unitatem vel ad paucitatem tantam
ad quantam reduci potest igitur pluralitas
principiorum activorum reducitur vel ad
unitatem vel ad tantam paucitatem
ad quantam reduci potest. non potest autem
reduci ad aliquod unum principium pro-
ductivum aliud ab istis. probo quod principia
productiva que sunt natura et volun-
tas habent oppositos modos principiandi
quia alterum ex se naturaliter inclinatur
ad agendum alterum libere in potestate
sua habet procedere ita quod ad hoc non in-
clinatur ex se naturaliter. Si autem redu-
ceretur ad aliquod unum principium productivum
illud haberet determinare modum princi-
pandi alterius istorum principiorum prin-
cipii vel naturaliter vel libere et ita vel per modum
nature vel per modum voluntatis. igitur
non possunt reduci ad aliquod principium quod
sit aliud ab istis quod scilicet in producendo ne-
utrius horum habeat rationem. nec unum
reducitur ad alterum quia tunc alterum ra-
tionem (?) contentum suum esset imperfectum quod
falsum est quia tunc ex eadem perfectione
conveniat utrique esse principium operativum
et perfectum et neutrum sit ex se imperfectum
inquantum est operativum. quia tunc non
esset formaliter in deo igitur nec
inquantum est productivum est imperfectum. igitur
principia productiva non possunt reduci
ad paucitatem minorem quam ad dua-
litatem principii scilicet productivi per modum
nature et principii productivi per modum vo-
luntatis. Hec autem duo principia sunt
posita in primo secundum rationes suas pū
quia in ipso est omnis ratio principii quod
non reducitur ad aliquod principium pri-
us igitur sunt tantum duo principia productiva
alterius rationis in primo productivo
unicum scilicet productivum per modum nature
et unicum productivum libere. hec autem
sunt productiva intra vel memoria
perfecta est productiva intra per modum
nature ex solutione precedentis q.
enim intellectus inquantum est poten-
tia operativa natus est intelligere obiectum
quantum ipsum est noscibile. ita inquantum
est potentia productiva notitie genite
natus est esse principium tante no-
titie quanta potest esse. Intellectus autem
in primo etiam ut est principium produc-
tivum est simpliciter perfectus quod probatur ex dictis
quia non reducitur ad aliud principium
prius. omne autem imperfectum reducitur
ad perfectum prius se. hic etiam obiectum primum
intellectus est infinitum intelligibile
igitur intellectus ut est principium produc-
tivum natus est esse principium produc-
tionis notitie infinite. Consimiliter
arguitur de voluntate respectu amoris

infiniti quia quodlibet principium productiuum quod non reducitur ad aliud principium prius natum est habere productionem sibi adequatam et principium productiuum quod est natura nature habet productionem adequatam. Licet autem principia productiua sint infinita igitur producta eis adequata non possunt esse nisi infinita nichil autem est formaliter infinitum nisi deus ex quo non illa vero deus sit igitur ista principia sunt productiua aliquorum in natura diuina. Vel-tius sequitur quod non sunt nisi duo principia productiua alicuius rationis igitur sunt tantum due productiones non plures quia utrumque principium productiuum habet productionem sibi adequatam et tertiam igitur stante illa non potest habere aliam. Obicitur contra deductionem istam sicut natura est principium ex se determinatum ad agendum in diuinis aut intellectus unde intellectus non videtur tantum principium determinatum ad agendum sed etiam natura ut est quodammodo prior intellectu sicut radix et fundamentum sicut et quelibet essentia videtur esse fundamentum potentie igitur non tantum intellectus sed etiam ipsa essentia vel essentia debet ponere habere rationem principii illius quod est natura vel distinguitur contra voluntatem. Secundum dubium est de istis actibus productiuis quomodo sunt istorum principiorum productiuorum quorum sunt actus essentiales. Cum enim actus distinguant potentias secundo de anima videtur quod istis potentiis quibus conveniunt actus essentiales non competant actus notionales sive productiui. 3um quia probatio illa que adducitur ad probandum dualitatem in principiis productiuis scilicet non posse reduci ad unitatem non videtur valere nam prima

intentio et prima contingentis sunt modi oppositi primi dicti et tamen habet dualitas reducitur ad unitatem et concedo quod illud unum habet determinare alterum istorum duorum modorum scilicet illud quod est prius et prior et ita dicitur in proposito quod ad principium quod est natura quia illud est prius in ratione principii reducitur voluntas licet habeat oppositum modum principiandi. Quartum unde probatur illa propositio stante uno actu adequato potentie ipsa non potest simul habere aliud. Si enim intelligat adequate 2um extensionem patet primum vel si 2um intensionem videtur falsum nam ipso ubi adequatur intensiue intellectum anime [illegible] et tamen potest etiam nosse actu elicito aliud intelligibile patet etiam quod deus nouit se notitia adequata intellectu suo intensiue et tamen nouit alia a se. Si igitur ita est de actu adequato potentie operatiue quod operatur aliud multo magis videtur de potentia productiua quia eius productum non est in potentia productiua sicut operatio est in potentia operatiua. Quintum principium non est primum vel inquantum primum intelligitur positum in esse sed inquantum est prius principiato, ut autem est prius non se habet aliter propter hoc quod principiatum ponitur in esse igitur si isto non posito possit esse primum alicuius pari ratione videtur quod isto posito posset simul esse primum alterius quia isto posito principium inquantum prius principium habet esse inquantum prius principiato nullo modo aliter se habet. Solutio istarum duarum rationum ultimarum et declaratio illius rationis contra quam sunt et probatio conclusionis ad quam ratio illa adducitur scilicet quod sunt tantum due productiones non dimittantur usque ad d. 7 quia illa [illegible] possent esse plures filii in diuinis. Ad

Primum dico quod licet totus intellectus habens obiectum actu intelligibile sibi presens habet rationem memorie in actu primo perfecte que sic est intime principium actus secundi et notitie genite, simplicior autem principio quod est memoria concurrunt duo que constituunt unum principium totale ut essentia in ratione obiecti et intellectus ut potentia quorum utrumque est quasi partiale principium respectu productionis adequate huius formali principio. Cum ergo arguitur quod ratio nature non includit intellectum secundum essentiam, dico quod totale principium includens naturam ut obiectum et intellectum ut potentiam habentem obiectum presens est principium quod est natura et principium completum producendi per modum nature. Si enim essentia ut obiectum non haberet rationem principii in productione, ubi quando diceretur magis verbum essentie quam lapidis? Si ex sola infinitate intellectus ut principii productivi posset produci verbum infinitum quorumcumque obiecti presentis. Ad secundum dubium quod memoria in patre est principium operativum prius quo sic ut actu primo pater formaliter intelligit ut in actu secundo. Est etiam eadem memoria prius principium productivum quo pater in actu primo producit ut in actu secundo notitiam genitam; non fundatur igitur actus productivus super actum essentialem qui consistit in actu secundo qui est operatio quasi super rationem formalem eliciendi actum illum, sed quodammodo presupponit illum actum quia actus primus qui est operativus et productivus est ratio perficiendi in actu secundo suppositum in quo est quodam ordine prius quam intelligatur perfici illud quod producitur operans enim et producens per illud principium prius est operans quam producens. Exemplum

si lucere poneretur aliqua operatio in luminoso et illuminare poneretur productio luminis a luminoso, lux in luminoso esset principium quo respectu operationis que est lucere et respectu productionis que est illuminare; non autem lucere quod est operatio esset ratio formalis illuminationis que est productio, sed esset ibi ordo quasi effectuum ordinatorum ad eandem causam, quorum amborum eque immediata precedit unus effectus quasi alium. Ita in proposito ad eundem actum primum qui est memoria patris quodam ordine intelligitur habere intelligere quod est operatio prius, et dicere quod est productio prius respectu notitie genite; non quidem talem ordinem quod intelligere sit causa vel principium elicitivum dicendi verbi, sed quod intelligere sit immediatius quam productivum a memoria patris quam dicere vel quam verbum sit productum ab eadem. Non est igitur ibi talis ordo qualem ponit opinio superior in ratione obiecti presuppositi vel in ratione principii formalis agendi, sed iste ordo potius quam producti ad productum respectu eiusdem principii quam ad quam productum productivum. Tunc ad aliud secundi de anima dicitur potentia posset dici quod quasi producere et producere sit actus eiusdem rationis. Si enim illud quod non producitur esset realiter distinctum a producere esset verbum productum; igitur quod non sine productione insit virtute tamen principii quod esset productum eius si posset distingui et pro tanto dicitur quasi productum non habeat formaliter actum ab eo quod produceretur si esset productivum. Alia responsio esset de intellectu agente et possibili secundum modum superiorem non enim dixi quod intellectum quem producere notitiam ut principio partiali sed diceretur infra secundum viam indistincte de intellectu loquendo

Ad tertium dico quod quando duo principia sunt modos oppositos producendi quorum neutrum requirit aliquam imperfectionem neutrum reducetur ad alterum ut ad prius natura licet possit ibi esse prioritas quasi originis vel generis. Cum autem neutrum istorum principiorum includit aliquam imperfectionem non magis inquantum productivum quam inquantum comparativum neutrum igitur unum ad alterum reducetur ut ad prius natura vel ambo ad tertium propter idem quia neutrum est imperfectum et etiam quia illud tertium esset principium secundum rationem alterius eorum quia inter ista non est medium in producendo et ita si ambo reducerentur ad tertium unum reduceretur ad aliud et idem ad seipsum. Contra ista instatur primo sic intelligentia est in patre sub propria ratione intelligentie propria autem perfectio intelligentie ut intelligentia est in patre sub propria ratione est verbum igitur verbum est in intelligentia patris quod est negatum. Probatio Augustinus 14 de trinitate c. 12 verbum est visio de visione igitur actualis notitia est ratio gignendi verbum. Praeterea non videtur memoria dicta in nobis memoriam et intelligentiam in patre igitur non videtur adesse improbare patrem secundum intelligentiam esse principium verbi et patrem secundum memoriam igitur idem approbas et improbas. Praeterea non videtur quare pater illo actu produceret verbum vel notitiam genitam et non illo cum utrumque sit actus secundus et principiet virtute eiusdem actus primi. Ad primum dico quod pater formaliter est memoria intelligentia et voluntas Augustinus 14 de trinitate c. a. sive 15 de pluribus in illa trinitate quis audeat dicere patrem vel seipsum vel filium vel spiritum sanctum intelligere nisi per filium per se autem meminisse tantummodo vel filii vel spiritus sancti quis hic in illa trinitate opinari vel affirmare presumat. Si autem solus filius ibi intelligit et pater et spiritus sanctus sunt intelligentes ad illam absurditatem redit quod pater non sit sapiens de se sed de filio. Hic ille intelligit ergo quod pater formaliter est memoria sibi et intelligentia sibi et voluntas sibi et in hoc est dissimilitudo inter personas et partes ymaginis in nobis secundum ipsum. Cum ergo dicitur propria actus intelligentie est verbum nego primo de ratione verbi est quod sit notitia genita. Contra sufficit quod sit declarativa notitia. Nego intellectum per declarativum relationem rationis qualis est intelligibilis ad intellectum tale est relatio notitie declarative patris qua pater formaliter intelligit ad notitiam habitualem patris ut est memoria ita quod obiectum patris ita et eque perfecte declaratur per notitiam actualem patris sicut per notitiam actualem que est filii et tamen notitia actualis patris non est verbum quia nichil potest esse formaliter in patre nisi ingenitum. Ad secundum dico quod ipse inter alia exponit se 14 de trinitate c. 10 simillima est visio cogitationis visioni scientie et eodem c. 8 vel 22 tunc est verbum simillimum rei de qua gignitur et ymago eius de visione scientie visio cogitationis. Iste expositiones sunt intrinsice nam sicut visio cogitationis non aliud est quam cogitatio ita visio scientie nichil aliud est quam scientia. Idem igitur est dicere de visione scientie nasci visionem cogitationis quam de scientia nasci cogitationem. Scientia est forma habitualis pertinens memoriam secundum eundem 14 de trinitate c. 14 vel 38 ubi dicit si potest esse in anima scientia sempiterna. sempiterna esse non potest eiusdem scientie cogitatio. illud sempiternum secundum

eundem pertinet ad memoriam non
perempcium ad intelligenciam nichil
igitur aliud vult dicere bisonum de vi-
sione notitia de notitia nisi actus
2us qui est visio vel cogitatio in intel-
ligentia nasci de actu primo qui
est in memoria qui est visio habitualis
sive secundum 2um eum. Ad tertium cum dicitur
de dicta intelligentia et memoria dico
quod isti adversarii non ponunt distinctionem realem
inter intellectum et voluntatem patris et
tamen habent tantum distinctionem quod alterum
potest esse principium alicuius productionis
elicitivum cuius alterum non est formale
principium elicitivum similiter enim non
producitur formaliter per modum voluntatis
igitur licet non dicant realiter intel-
ligentia et memoria in patre est cum tanta
distinctione inter illa quod alterum potest poni principium
elicitivum alicuius actus vel productio-
nis cuius reliquum non ponitur talis
dicta patet 2m ad 14 de tri. c. 8 et
ubi primo talis enim est quod si pater
memoriter esset nosceus non autem
intelligens non esset perfectus 2m phy
12 met. non obstante illa perdemptitive
memorie ad intelligentiam sive recor-
dationis ad intellectum. Ad 2m dico
quod hoc est in motu contingens calor
calefacit et hoc in motu natura calor
est calefactivus quia inter extrema neu-
trum istorum invenitur aliquod medium
dico quod ista est propter operatio inquantum
operatio est non productiva quia operationes
ut operationes sunt fines et perfectiones
operantis. productio autem ut productio
non est perfectio producentis sed habet rationem
producti extra essentiam producentis
vel saltem non formaliter in persona
producentis. Quando igitur actus primus quo
pater intelligit vel operatur formaliter

non producit. Respondeo quod illud intel-
ligere ex ratione sua est operari primus et
ut est productio. productione autem sive
actione producit sicut aliquid cale-
factione calefacit cuius non est alia
causa prior. Quod autem dicas idem
esse principium istorum duorum actuum
non alterando modo de intellectu
agente et possibili potest concedi quod ex
plenitudine perfectionis potest competere
alicui quod operetur et quod producat aliquod
aliud a se hoc cum magis patebit
quando dicetur quod dico non est aliquis actus
intelligendi formaliter est tamen
aliquis actus intellectus nullus
autem actus intelligendi formaliter
est productivus sed aliquis alius actus
naturalis precedens vel subsequens potest
esse actus productivus qualis est actus dicendi.
Ad primum principale dico quod auctor
8 phy. 9o. 29 cuius textus importat [illegible]
unicuique non loquitur expresse nisi de ho-
mine et quo ad hoc quod dicit Aristoteles
Imposuit enim ei quod posuit hominem
posse generari ex equore et cur 9o an. non
est nichil est generabile ex humore potest
generari ex equore nisi sit ita impressum quod
ita ex equore sufficiat ad generationem eius
sine humore et ideo etiam impressa potest
generari ex humore et ex equore perfecta autem
non rationes sed an. videntur concludere
non tamen de homine sed etiam de quacumque
specie generabilium naturalium et si hoc inten-
dit eius conclusio est falsa et rationes non
concludunt. Quod conclusio sit falsa patet
per ad 3 de c. c. 9 et 10 ad idem est quod
generatum per putrefactionem propagatur alia
autem propagantia sunt univoca gene-
rantur a se igitur propagata et generata
per putrefactionem sunt univoca et si
aliquis negat assumptum de apibus

et animalibus non potest ita uel generatione de planta quia equiuoce hoc est non de semine producitur postea uniuoce semen ex quo generantur postea plante alie eiusdem speciei. Commentator dicit etiam et Augustinus in epistola ad Dionisium generalis et Aulus Gellius de mirabilibus naturae. Et etiam commentator commentator concedit super septimum in aliis locis de hac conclusione nam de generatione accidentium equiuoca patet per primum et de celo secundo 42 ubi concedit quod in accidentibus non semper est generatio ab uniuoco et ponit exemplum de calore patet enim quod calor generatur equiuoce et ex motu et ex concursu radiorum et calore est uniuoce. In substantiis etiam patet quod ignis generatur uniuoce patet etiam quod equiuoce 3° de celo 16 exitus enim quod ignis a lapide non est de causa insufflationis sed de causa alterationis hoc est generatur non per lationem sed per alterationem generatur etiam per motum localem 12 methaphysice commentator 19 et primo methaurorum de generatione impressionum ignitarum. Item patet de animalibus quod multa generantur equiuoce 12 methaphysice commentatore 19 vespes videntur fieri de corporibus equorum mortuorum et apes de corporibus vaccarum et cetera. Quod autem producta equiuoce generata sunt eiusdem speciei cum generatis uniuoce probatur quia habent easdem operationes et ita eadem obiecta ab eisdem generantur et corrumpuntur habent eosdem motus siue quantum ad sursum siue quantum ad deorsum siue quantum ad motum progressiuum et eadem organa motus progressiui. ex uniuocatione autem motus quod dicitur capitulo primo celi et mundi uniuocatione nature et quarto libro ibidem quarto et motus unus non prouenit nisi ex unitate nature habent etiam hec et alia membra eiusdem speciei et membra leonis non differunt a membris corui nisi quia aia

ab aia primo de aia et generaliter quecumque methaphysica possunt concludere unitatem specificam siue sumpta ex accidentibus siue operationibus concludunt propositum de unitate generatorum sic et sic. Conclusioni etiam dicte concedit magister suus 7 methaphysice ubi vult quod sicut aliqua eadem fiunt ab arte et a casu quando scilicet principium est in materia simile illi quod esset principium motus factionis si illud fieret ab arte ita vult quod quedam naturalia fiunt a natura et a casu et quedam non et ibidem demonstrat et incipit textus igitur sicut in sillogis vult quod ita possunt generari siue semine equiuoce in quorum materia potest induci uirtute celesti aliqua uirtus similis uirtuti seminis in preparatis patet igitur oppositum conclusionis autem si generaliter et uniuersaliter accipiatur. Rationes etiam non concludunt ad primam rationem secundam per ipsum quia methaphysica materia est ex qua fit res ad insit Cum insit additur ad differentiam oppositi ex quo instrumentaliter et corrupto fit res non autem inest rei facte Si igitur accipiatur quod forma eiusdem rationis est methaphysice eiusdem rationis proprie loquendo de materia que est pars rei intrinseca concedo sed si accipiatur materiam pro opposito ex quo corrupto generatur propositum nego. ignis enim eiusdem speciei generatur sicut ex ligno corrupto siue ex aere corrupto In proposito autem et putrefactis est materia eiusdem rationis primo modo non autem 2°. Ad secundam dico quod non dicitur aliquid fieri raro uel ut in pluribus quia ipsum in se contingat frequenter uel raro frequentius enim lapis cadens frangit caput quam luna eclipsetur. Sed dicta ista debet intelligi per comparationem effectus ad suam causam et dicitur effectus ille

eveniens in maiori parte qui habet causam ordinatam ad suum eventum que ut in pluribus producat effectum raro dicitur evenire quod non habet causam ordinatam ad suum eventum sed tantum provenit ex aliqua causa ordinata ad aliud effectum impedita tamen ab illo effectu ad quem ordinatur in tali impeditione provenit istud raro accipitur et raro vel ut in pluribus prout distinguitur inter opposita contradictorie non prout distinguitur inter disparata. Cum igitur arguitur quod generale hoc si generatur equivoce sive non ex semine aut generatur ex necessitate concedo quod non aut in maiori parte vel raro concedo quod in maiori parte comparando ad causam determinatam et etiam ut est distinctio inter contradictoria licet rarius eveniat hoc quod generetur non ex semine ut si comparantur ad invicem duo disparata. Quod autem primo modo eveniat ut in pluribus probatur ita cum sol est causa ordinata ad generandum non ex semine sicut propagans est causa ordinata ad generandum aliud ex semine. Si inferatur quod si secundo modo raro evenit igitur a casu evenit non sequitur et ita arguit ultimus de causalitate casualiter prout casualia dicuntur illa que eveniunt tamen ex causa alterius effectus impedita et ideo ut dicitur tamen adhuc sunt monstruosa et non perfecta in aliqua specie que casualia proprie loquendo non eveniunt ab aliqua causa ordinata sed solum ab aliqua causa ordinata ad productionem alterius impedita. Ad tertium dico quod ista propositio motuum differentium specie sunt termini specie diversi non est universaliter vera sed pendet ab aliis ex duabus. Prima est in motibus differentibus specie sunt forme fluentes vel forme secundum

quas sunt fluxus differentes specie. Secunda est forma fluens vel forma secundum quam est fluxus est eiusdem rationis cum forma terminante et ubi alterum istorum est falsum propositio assumpta est falsa. Ita est in proposito quia forma inducta per putrefactionem non est eiusdem rationis cum forma que est quasi fluens vel secundum quam est quasi fluxus. Quod autem sit falsa quando alterum istorum est falsum patet quia idem ubi potest acquiri per motum circularem et rectum qui etiam motus sunt alterius speciei et incomparabiles secundum philosophum 7 physicorum. Hoc autem est quia forma que est terminus fluxus non habet differentiam speciei sicut illa forma que est fluens vel secundum quam est fluxus qualitercumque sit de expositione. Forsan oportet exponere ibi philosophum et intelligere quod ubi fluens secundum circulum vel secundum lineam rectam sunt eiusdem rationis in quantum ubi fluens licet rectum et circulare que accidunt linee vel magnitudini super quam non sunt eiusdem rationis et ideo quo ad illa non sit comparabilitas non autem quo ad ubi fluens per se et ideo nec quo ad motum per se. Saltem illud ad quod adducitur hic exemplum verum est quia forma fluens existit alterius rationis a forma terminante non tamen ex hoc motum concludendo differre specie. In proposito productio est alterius rationis ab essentia terminante ut termino formali accepto per eam quod producto est res essentia est ad se ideo pluralitas productionum distinctionem termini formalis ipsarum. Et ad hunc videtur remanere difficultas argumentorum quorum licet eandem naturam possit generari equivoce et univoce non tamen ab aliquo eiusdem speciei sed ab individuo eiusdem speciei tamen univoce generatur equivoce autem a causa superiore natura autem divina non generatur

ab aliqua causa superiori sed tantum
ab aliquo in eadem natura igitur videtur
quod natura illa non liceat communicari
nisi unius rationis. Prima quod natura creata
non potest communicari nisi quantitate unius
rationis a supposito illius naturae ratio
est quia effectus non excedit causam
effectus autem communicari a tali supposito est
natura. igitur etc. quod principium communicandi
sit natura quia in tali supposito communicante
nichil est perfectius ipsa natura vel
aliquid eque perfectum natura autem est
principium communicativum unius rationis igitur
supposito agenti virtute naturae competit
communicatio tantum unius rationis. Oppositum
est in proposito quia suppositum istius naturae
potest habere principia alterius rationis in producendo
quorum utrumque sit eque perfectum
cum natura et ideo utrumque potest esse principium
communicandi naturam et ita potest esse duplex
communicatio ab illis suppositis que sunt huius
naturae. Alia ratio eius quod hic supponitur
scilicet de duplici principio communicandi naturam
in divinis non autem in creaturis potest
poni talis. nam licet in nobis sit
duplex principium operativum scilicet intellectus
et voluntas et quodlibet eque perfectum
sit natura quia sunt idem ipsi naturae secundum
aliquem 2m viam opinionem de potentiis animae
et ambo sunt perfecta principia operandi et
possunt habere operationes sibi adequatas
in esse. hoc est licet per intellectum nostrum
possimus habere intellectionem ita perfectam
sicut aliqua potest naturae nostre competere non
tamen illa intellectio est ita perfecta
in entitate sicut natura quia intellectio
adequata intellectui ut potentie vel
obiecto in ratione operationis non est adequata
obiecto vel intellectui in esse. intellectus
igitur et voluntas in creatura licet
sint principia producendi operationes
sibi adequatas in ratione operationis
non tamen in esse et per consequens multo magis

nec realiter adequatas naturae cuius est
intellectus et voluntas ista potest argui
de quibuscumque principiis productivis
et maxime quorum distinctio stat in eodem
supposito eiusdem naturae quia in divinis
autem principium operativum non tantum
adequatur naturae in ratione principii
operativi sed etiam in essendo. operatio est
adequata principio operativo in essendo
et per consequens equatur naturae similiter
principium productivum equatur in essendo
et ideo per ipsum communicari potest in unius formalis
productionis adequatam sibi et naturae
in essendo. Ad argumenta que probant
quod non sunt in deo duo principia productiva
cum primo arguitur quod natura et intellectus
sunt duo principia productiva
distincta 2o physicorum 2 phy. dico quod
philosophus parum locutus est de voluntate
ut distinguitur contra intellectum, sed contra
in ratione principii activi comprehendit intellectum
cum voluntate et ideo 2o physicorum ubi
distinguit ista principia activa scilicet naturam
et intellectum non dicit ibi intelligi
intellectus ut distinguitur contra voluntatem
ut patebit statim sed ut continet
cum voluntate distinguendo unum principium
respectu artificialium ad illud physicorum 9o
9 metaphysice dico quod intellectus comparatur
ad speciem naturam et ad speciem propriam operationem
cuius est principium elicitivum et productivum
aliquo modo et comparatur ad operationes aliarum
potentiarum respectu quarum est potentia
directiva vel ostensiva. Si primo
accipitur dico quod est modo natura in eli-
ciendo et in producendo quecumque enim
actum producit cum omni parte modo naturali
producit et quamcumque operationem operatur
modo naturali operatur. Voluntas autem
respectu operationis proprie habet oppositum
modum principii et ut operativa et ut productiva
et hoc satis patet per philosophum 9 metaphysice

c. q. ubi tractat quo potentia ronalis et irronalis reducitur ad actum et arguit q potentia ronalis que ex se est ad opposita non pt ex se exire in actum tunc enim simul exiret in opposita quia simul est oppositorum et ex hoc concludit q preter illa potentiam ronalem oportet ponere aliam potentiam rolem determinativam per quam illa determinetur et illa determinate pt exire in actum. Ex hoc sequitur q intellectus si est oppositorum q hoc est per modum nature ita q quantum est de se naturo est oppositorum nec pt se determinare ad alterum illorum sed requiritur aliud determinans quod libere potest exire in alterum oppositorum hoc autem est appetitus 2m eum ut prehensus. Exm si sol habet virtutem producendi opposita scilicet liquefactionem et congelationem si essent duo passa approximata quorum alterum esset liquefactibile et aliud coagulabile sol de necessitate nature simul produceret opposita ut neutrum est igitur potentia simul nec nalis licet oppositorum quia est illorum nec ex se ita q non pt se determinare ad alterum talis potentia est intellectus ut intellectus per se respectu oppositorum intellectorum et non est ibi aliqua determinatio ad alterum illorum et non reliquum nisi quantum voluntas concurrit. Philosophus autem aliter loquitur quam de intellectu 2m q cum voluntate constituit unum principium respectu artificialium et non ut est nalis eliciti sue operationis et sic est q aliquid quoniam distinguitur intellectum aliquid artem aliquid propositum. Et de intellectus per omnia. Ad ultimum de voluntate dico q prius nalis voluntas est principium producti sibi adequati quam non adequati adequatum autem infinito est infinitum et ita ita est secundarium

volitum 2ario productum voluntate dei. Ad 2m questionem de trinitate personarum in divinis. Teneo q sunt tres persone tantum in essentia divina q probatur sic tantum sunt due producte et una non producta igitur tantum tres. Primam propositionem probo et primo q sunt due producte 2o q non plures. Quantum ad primum probo q ibi est una persona producta et hoc sic intellectus ut est perfectus mediante scilicet habens obiectum actu intellectum sibi prius per aliquem actum suum est productivum verbi adequati scilicet infiniti ex precedenti questione nihil autem se ipsum producit scilicet dei .i. ergo quod producitur actu intellectus aliquo modo distinguitur a producente non autem distinguitur essentialiter quia essentia divina et quecumque perfectio essentialis sibi intrinseca est indistinguibilis ex questione de unitate dei igitur distinguitur personaliter productum a producente igitur est alia persona producta actu intellectus. Consimiliter arguitur de producto actu voluntatis. Que autem persona producta actu isto et illo sit alia et alia probo sic: eadem persona non pt produci duabus productionibus sufficientibus et totalibus. Hec autem productio est alia ab illa ex precedenti questione igitur hac et illa non producitur eadem persona sed due. Probatio maioris si idem producitur duabus productionibus totalibus utraque accipere esse sufficienter. Sed si sufficienter accipit esse a producente hac productione habet perfecte suum esse nulla alia productione posita igitur non pt accipere esse per aliam productionem quia tunc non esset sine illa. 2o probo q non possunt esse nisi tantum due persone producte sicut non possunt esse nisi due productiones. Intra quod aliqualiter suadebatur in questione precedente et differebatur usque ad distinctionem scilicet finaliter declarandum hoc igitur sic ostendo

producunt quod sunt due productiones intra
nulla autem istarum terminari potest nisi ad
unam personam quia persona producta
est terminus adequatus illi productioni
ergo etc. Nunc restat probare quod sit una
non producta ubi dicit unus doctor quod
illud concluditur sicut concluditur unitas
dei hoc etiam probat per hill. de sinod.
ubi vult quod qui dicit duos innasci-
biles confitetur duos deos ergo etc. Preterea
arguitur sic plura supposita absoluta non
possunt esse in hac natura quia natura non
est in pluribus suppositis absolutis sine
divisione nature erunt igitur plura sup-
posita relativa aut igitur relatione
mutua inter se aut ad alia. sed si
plura essent supposita non producta non
distinguerentur relatione ad alia suppo-
sita quia non ad supposita producen-
cia quia illa non sunt ex ypos. nec
ad producta quia ad illa habent re-
lacionem eandem sicut modo pater et filius
habent eandem relationem spirationis
active ad spiritum sanctum igitur relationibus
inter se distinguerentur et ita relatione
originis quod est propositum. Iste proba-
tiones non videntur sufficientes. Prima
non quia unitas dei probatur ex hoc
quod divina infinitas non dividitur in
plures essentias non est autem ita michi
quod non ingeniti vel innascibilis non sit
in pluribus suppositis eo quod non innascibilitas
non dicat aliquam perfectionem simpliciter
ex qua perfectione posset simpliciter conclu-
di unitas innascibilis sicut ex perfectione
infinita concluditur unitas divine nature
Tum etiam quia indivisibilitas non
concludit incommunicabilitatem. Secunda auctoritas
hill. quam adducit doctor quia ita est
non tamen probat ita esse. Quod etiam
accipitur in ratione sua scilicet quod plures persone
absolute non possunt esse in eadem natura qualiter
est hic nova conclusione quam eam poneret

plures personas ingenitas non
diceret eas formaliter constitui aliquibus
relationibus igitur accipere consequens eius quod non
possunt esse plures persone absolute non
videtur. accipere manifestius concludendo
eum ultra dicit et non distinguuntur re-
lacionibus inter se quia hoc non esset
nisi per relationes originis. hanc conse-
quentiam oportet probare concesso eum
quod non sit distinctio nisi per relationes
originis circa hoc videtur propositum. Aliter
persuadeo conclusionem intentam sic quicquid
potest esse in pluribus suppositis et non
determinatur ad certum numerum suppositorum
per aliud a se quantum est de se potest
esse in infinitis et si est necesse in infi-
nitis est quia quicquid potest ibi esse est. Sed
ingenitum si potest esse in pluribus sup-
positis non determinatur ab aliquo inquantum
suppositis sit quia determinari ab
alio ad esse in supposito vel suppositis
est contra racionem ingeniti ergo de ratione sua
potest esse in infinitis et si potest esse est quod
omne ingenitum est necesse esse ex se.
Secundo sic maior pluralitas ponenda est
sine necessitate nulla autem necessitas
nec ad se nec ad extra concludit plures
innascibiles igitur est tantum unus. Tertio
quia essentia una actu existens non
videtur ex se communicabilis habere plures
modos existendi eum oppositum sequitur
si essent plura supposita ingenita
non autem sequitur modo quia essentia divina
non habet plures modos existendi communicabiles
sine productione sed tantum unum modum
sine productione et duos alios media-
ntibus productionibus. Ad argumenta
eum arguitur primo eque nobiles sunt
igitur tot fi^a dictionis unitas quale
vel quid in quot et ratio defectus quare
est ista quod non propter nobilitatem vel

cum nobilitate relationis principii vel principii est quod multiplicetur vel non multiplicetur. Sed est quia de ratione principii est unitas licet in principiatis possit esse pluralitas, quia semper est reductio pluralitatis ad unitatem et ideo stante equali nobilitate potest esse distinctio in relationibus productorum licet non in relationibus producentium a se.

Alia ratio est quod ibi quelibet relatio unius rationis est de se. Hoc tamen a pluribus relationibus productivi potest forsan abstrahi unum commune puta productivum et similiter a pluribus relationibus producti potest abstrahi unum commune puta productum et sic igitur sit unum commune vel una relatio in qua sit est commune abstrahibile que dicitur in qua ratio producti sunt tamen due relationes producentis sunt et sunt et non sunt due correspondentes eis.

Ad 2m concedo quod relationibus ex parte productivi correspondent relationes ex parte productorum et tot quot. Sed non sequitur si relationes producti distinguuntur personaliter igitur et relationes producentis. Cuius ratio assignatur quia ex parte producentis rationes producti possunt distingui propter distinctas rationes producendi que sunt in producente licet sit idem suppositum producens sicut productio artificialis et naturalis distinguuntur per proxima principia productiva scilicet per artem et naturam licet ista conveniant in eodem supposito. Relationes autem producti non possunt ita convenire in eodem supposito sed sunt distincte personaliter quia productum est per se subsistens et suppositum.

Alia ratio patet ex solutione questionis quia non potest idem produci productionibus totalibus et ideo relationes producti non plurificantur in eodem licet relationes producentis possunt plurificari.

Ad 3m potentia finita non potest habere simul duos terminos adequatos in produci licet possit habere unum in produci et aliud in producto esse. Potentia autem infinita habet terminum suum intra produci et ille est adequatus et ideo non potest habere plures terminos.

Ad primam questionem dico quod sicut stat unitas essentie et pluralitas personarum quod patet ex solutione questionis precedentis quia sicut est ibi pluralitas sed non unitate illa.

Ad hoc autem aliqualiter declarandum notandum quod sicut repugnantia repugnat ex suis propriis rationibus ita non repugnantia sive compossibilitas est ex propriis rationibus compossibilium.

Ad videndum igitur istam compossibilitatem videnda est ratio extremorum scilicet nature et suppositi. Ubi notandum quod natura non se habet ad suppositum sicut vel ad particulare vel singulare quia in accidentibus invenitur singularitas sine ratione suppositi. Natura etiam una a theologis assumpta est a verbo 2m dictum non tamen suppositum ut natura. Neque se habet natura ad suppositum sicut quo ad quod nam alicuius quo videtur proprium quod vel quis et ita sicut natura est quo ita habet proprium quod vel quis quod non contrahitur ad suppositum et sicut suppositum est quod vel quis ita habet suum proprium quo. Quo subsistit concretum. Suppositum est de intentione singularis et etiam non potest esse quo respectu alterius quia est subsistens non potens esse actu alicuius subsistentis.

Consistit ergo ratio suppositi in duplici incommunicabilitate.

Ubi sciendum quod aliquid dicitur communicabile vel per ydemptitatem ita quod cui communicatur sit ipsum vel per informationem ita quod cui communicatur sit ipso non ipsum

primo modo creatum universale singulari
2o modo forma materie, natura autem
quecumque quantum est ex se de ratione
nature est communicabilis utroque modo
scilicet pluribus suppositis quorum quolibet
sit ipsa et etiam ut quo tamquam forma
quo singulare vel suppositum est eius quid-
ditative vel huius nature suppositum
autem est incommunicabile duplici incommunicabi-
litate opposita. Ex hiis declaratur
propositum et primo sic: natura quecumque
est communicabilis pluribus per ydemptitatem
igitur et natura divina est communicabilis. hoc
patet ex conclusione proposita, non est autem
divisibilis ex conclusione de unitate
dei igitur est communicabilis sine divisione
// Secundo natura divina et quidditas est non
ut natura est perfectio simpliciter omnis autem
perfectio simpliciter est communicabilis pluribus
igitur // Probatio minoris: perfectio simpliciter
est que melius est ipsam esse quam
non esse in quolibet monologion 14 quod sic
intelligitur: perfectio est simpliciter melius
quocumque sibi incompossibili in quolibet
supposito absolute considerato, id est non determina-
to in qua non sit subsistens, sed si
natura divina determinaret se ad incommuni-
cabilem subsistentiam ipsa in nulla
alia subsistentia esset melior quolibet
sibi incompossibili nisi in illa sub-
sistentia ad quam se determinaret et
cuilibet alii subsistentie esset incompos-
sibilis igitur non esset perfectio simpliciter
// Tertio hoc arguitur ex parte rationis suppositi
quia cum suppositum de ratione sui est
incommunicabile simpliciter non oportet illam rationem inclu-
dere qualibet ratione entis per ydemptitatem
et ita potest stare alia ratio suppositi distincta
Si autem possunt stare due rationes suppositi
distincte igitur et duo supposita distincta
et sine divisione nature igitur // Quarto
declaratur propositum ex infinitate que est

conditio nature et hoc sic: forma que
est aliquo modo illimitata in perficiendo materiam
sine sui distinctione potest perficere plures
partes materie ex quo anima intellectiva que
est illimitata ad perficiendum hanc partem
corporis organici potest sine sui dis-
tinctione et extensione qualiscumque
vel per se vel actus perficere quamlibet
partem corporis corporis organici // Sed
proprietas que est formarum perficere plures
partes materie sine distinctione eius
non competit alicui ratione imperfectionis
quia ipsa ponitur perfectissima inter
omnes formas naturales et omnes alie
imperfectiores carent isto gradu in perfi-
ciendo omnes enim limitantur in perfi-
ciendo materiam nec perficiunt plures
partes materie sine extensione per ac-
cidens // Ex hoc arguo sic: si talis
unitas stat cum pluralitate et non
ex imperfectione eius quod est unum igitur
subtracto omni eo quod est imperfectionis
ex utraque parte potest stare perfecta uni-
tas cum pluralitate. Sed quod anima perfici-
at materiam hoc est imperfectionis, similiter quod
illa plura perfecta sunt partes eiusdem
totius est imperfectionis. Si igitur tollatur
ab anima hoc quod est perficere materiam et a plu-
ribus distinctis hoc quod est esse partes
unius totius, remanebit forma huius
perfecte unitatis non informans materiam sed
dans totale esse et hoc pluribus dis-
tinctis que non erunt partes unius
totius sed erunt per se subsistentes
et tunc erit una natura dans esse totale
pluribus suppositis distinctis igitur essen-
tia divina que est penitus illimitata a qua
aufertur quicquid est imperfectionis potest dare to-
tale esse pluribus suppositis distinctis
// Sed hic restat ulterior difficultas
non enim videtur intelligibile quod essentia
non plurificetur et supposita sint plura

nisi aliqua distinctio ponatur inter
rationem essentie et rationem suppositi. Et
io ad saluandum compossibilitatem predictam
oportet uidere de ista distinctione. Et ad
hoc dico sine assertione et preiudicio me-
lioris sine quod ratio qua suppositum est for-
maliter incommunicabile et ratio essentie ut essentia
habet aliquam distinctionem precedentem
omnem actum intellectus creati et
increati. Hoc autem probo sic. Primum
suppositum habet realiter entitatem communicabilem
aliogin non posset eam communicare. Habet
etiam realiter entitatem incommunicabilem alio-
quin non esset persona et in entitate reali
supposita et intelligo sic realiter quod
nullo modo partium intellectus considerante
ranti primo quod talis entitas esset
ibi si nullus intellectus consideraret
et sic esse dico ante omnem actum intel-
lectus non est autem ante omnem actum
intellectus aliqua entitas communicabilis
et aliqua entitas incommunicabilis ita quod
sibi contradicat conuersum nisi ante omnem
actum intellectus i non possit per intel-
ligere sit aliqua distinctio inter hanc
entitatem et illam ergo. Si dicas quod
ante omnem actum intellectus patris
non est aliqua distinctio sed est enti-
tas omnino unius rationis. Contra
totam entitatem illam unius rationis
communicat pater filio et ita nullam entita-
tem personalem habet in se pater quam non
communicet filio igitur communicat sibi personalitatem
sicut et essentiam. 2o arguitur sic dis-
tinctio una in intellectu est per eius di-
uersum modum concipiendi idem obiectum
formale et hoc sine concipiendo generalius
ut homo et hominis sine confuse ut ho-
et humanitas. Alia uero maior est in
intellectu concipiendo duobus actibus
duo obiecta formalia et hoc sine illis
respondeant diuerse res ut intelligendo
hominem et asinum sine una res eadem
ut intelligendo colorem et disgregatiuum
. Ex hoc arguo sic pater intelligens
sic in illo primo signo originis aut
intelligit essentiam et paternitatem ut di-
uersa obiecta formalia aut precise ut idem
obiectum sub alio et alio modo concipiendi
non 2o modo quia tunc non esset maior
differentia quam concipiendo deum et deitatem
et ita non conciperet a. paternitate magis
incommunicabilem quam diuinitatem incommunicabilem in
homo non est incommunicabilis si humanitas
est communicabilis uel equiuoce similiter in proposito
similiter etiam tunc non esset magis bea-
tus intellectus patris in essentia diuina
qua in paternitate patris que dicitur a. uel
magis in a quam in paternitate filii et
ita in duobus aliis ut in paternitatibus
patris et filii esset primo beatus. Si ergo
detur primus modus scilicet quod intellectus
primus habeat essentiam et a. tamquam duo
obiecta formalia tunc arguo intellectus
ille nichil intelligit nisi intuitiue
quia ut patebit distinctione 3 q. 3 omnis in-
tellectio abstractiua et non intuitiua
est aliquo modo imperfecta cognitio autem
intuitiua est obiecti ut obiectum est presens
in existentia actuali et hoc ut ipsum
in alio eminenter continente totam entita-
tem eius igitur que cognoscuntur intui-
tiue ut obiecta formalia distincta uel
unum eminenter continetur in alio uel utrumque
2um paternitatem existentiam terminat actum ut est
eius intellectum intrinsecum per se
diuine paternitate continetur eminenter in aliquo quod
tunc esset eius per participationem illius igitur
igitur quecumque intrinseca sunt diuersa obiecta
formalia intuitiua 2um paternitatem existen-
tiam actualem terminat intuitionem et ita
habet aliquam distinctionem ante actum
intelligendi. Si dicas quod essentia
facit de se unum conceptum in intellectu

patris sed ita illam sunt intellectum prius facere diversas rationes et proprie 2o modo distinguitur essentia et a in intellectu divino non ante primo. Contra quidquid intellectus causat sive actione obiecti ita obiectum proprie in virtute propria intellectus et hoc loquendo de obiecto ut sit ex cognitum in intellectu et de intellectu ut cognoscens est illud proprie est relatio rationis, nunc autem alia ratio quam facit essentia de se per quod absoluta aliter non differunt intellectu prius. preter autem istam rationem nulla alia est in re ante actum intellectus et hoc est propositum. nulla est etiam alia in intellectu prius premissis actum intellectus negotiantis et non per impressionem factam ab obiecto quod prius non imprimit nisi unum conceptum [illegible] quam alia ratio a ratione absoluta essentie esset proprie relatio rationis et ita proprietas prius qua est incommutabilis est relatio rationis quod videtur inconveniens. 2o oportet videre qualis sit ista distinctio que ponitur precedere omnem actum intellectus. dico quod tamen in rebus quam in intellectu divino maior est magis manifesta et ex illa concluditur distinctio minor que est immanifesta sicut ex distinctione creaturarum concluditur distinctio ydearum in intellectu divino sicut patet per [illegible]. In re autem manifesta est distinctio rerum et hoc duplex scilicet suppositorum et naturarum. In intellectu autem manifesta est distinctio duplex scilicet modorum concipiendi et obiectorum formalium. Ex istis concluditur distinctio sed inventa que est immanifesta vel minor. ad sit minima in suo ordine hoc est minor omnibus que precedunt intellectum. concluditur autem ex distinctione reali quod distinctio suppositorum in divinis est realis, ad quod idem eodem formaliter quod est aliquo

sui tantum non possit realiter convenire cum alio sunt quod non illo distinguitur et differre realiter sit quod non illo convenire. quia si est omnino idem re est non principium ydemptitatis et non distinctionis et idem tamen principium distinctionis et non ydemptitatis sed quod alia sit ratio essentie in qua supposita conveniunt ab illis rationibus quibus supposita distinguuntur. Sic 2a via ex distinctione istorum formalium quod neutrum continetur in alio eminenter et sic in intellectu intuitive cognoscente concluditur aliqua distinctio ante actum intellectus eorum que cognoscuntur intuitive. Sed unde hec distinctio dicetur realis. Respondeo quod non est realis actualis intellectus sicut quidam dicunt distinctio realis actualis illa sola que est distinctio rerum et in actu quia in una persona non est aliqua distinctio rerum nec actualis nec potentialis propter simplicitatem divinam et nichil est ibi in potentia quod non sit in actu. Sed autem vocari distinctio rationis sicut dicit quidam doctor non quod ratio accipiatur pro distinctione formata ab intellectu sed ut ratio accipitur pro quidditate rei 2o quod quidditas est obiectum intellectus vel alio modo sit vocari distinctio virtualis quia illud quod sit talem distinctionem in se non sit rem et rem sed est una res habens virtualiter sive [illegible] quasi duas realitates quod utrique realitati ut est in illa una competit illud quod est proprium tali realitati ac si ipsa esset res distincta ita enim hec realitas distinguitur et illa non distinguitur sicut si ista esset una res et illa alia vel ut propissime dicatur sicut possumus invenire multos gradus in unitate nam minima est unitas

agregationis in 2o gradu est unitas
ordinis que aliquid addit super
aggregationem In tertio gradu est unitas
per accidens ubi super ordinem est infor-
matio licet accidentalis unius ab altero
eorum que sunt sic unum In quarto est per se
unitas compositionis ex principiis essen-
tialibus per se actu et per se potentia
In quinto est unitas simplicitatis que est
vera ydemptitas quidquid enim est ibi
est realiter idem cuilibet et non tantum est
unum illi unitate unionis sicut in
aliis modis. ad huc ultra non omnis
ydemptitas est formalis voco
autem ydemptitatem formalem ubi
illud quod dicitur sic idem includit
illud cui est sic idem in ratione sua
quidditativa et per quod per se primo modo
In proposito autem essentia non includit
in ratione sua quidditativa proprietatem
suppositi nec econverso et ideo potest concedi
quod ante omnem actum intellectus est rea-
litas essentie qua est communicabilis et rea-
litas proprietatis qua suppositum est incommunicabile
et ante omnem actum intellectus hec non
est ibi ut non est formaliter eadem illi
sicut prius expositum est quid est esse
idem formaliter. Utrum quod concedi debet
aliqua distinctio videtur melius esse
uti ista negativa hec non est formaliter
illud quod hic est sic et sic distinctum. Sed
nonne sequitur a et b non sunt idem
formaliter igitur sunt formaliter distincta
videtur quod non oportet sequi quod formalitas
que negatur in ante in consequente affirmatur
Breviter igitur obmittendo verba illa
de distinctione rationis et de distinctione
virtuali non quod sint male dicta sed quia
non oportet eis uti dico quod in essentia
divina ante actum intellectus est entitas
a et entitas b hic ex natura rei unde

compositio ista sit vera a non est for-
maliter b et non hoc ex aliquo actu
intellectus circa a et b. Hoc declaro manu-
festatur per exemplum primum si ponatur albedo
species simplex non habens in se duas
naturas est tamen realiter in albe-
dine aliquid unde hic ratio coloris
et aliquid realiter unde hic rationem
differentie et hec realitas formaliter
non est illa nec econverso primo modo una
est extra realitatem alterius formaliter
loquendo sicut si essent due res licet
modo iste due realitates sint per
ydemptitatem una res. Hoc autem
exemplum licet sit aliqualiter simile ad propositum
quo ad hoc quod ydemptitas realis
non tamen includit ydemptitatem
formalem cuiuslibet quod est in se esse
ad quodlibet quod est in ipso non tamen
est omnino simile quia aliqua compositio
est in albedine licet non rei et rei
qualis tamen non conceditur in deo propter non
ydemptitatem formalem. ubi autem non
ydemptitas formalis aliquorum in deo
requirit aliquam compositionem et ubi
non dicitur distinctio etc. quod prima in deo
sit in genere et de compositione de attributis pos-
set poni exemplum de toto quantitative sub-
trahendo que sunt imperfectionis Sed in
pluribus esset difficile plus quam simile
ideo obmittatur. Ista declaratur ut non ydemp-
titas formalis que prius probata
est probatur per duas ut verba auctoris
ad a de trinitate c. 2. ma l. 6. d. per omnis
unusquisque essentia que relative dicitur est ali-
quid aliud excepto relativo et sic
in principio Si pater non est aliud ad
se non est omnino qui relative dicatur
est igitur in re essentia ad se et non ad
aliquid et est in re persona inquantum per
ad a et relative non est autem eadem
entitas formaliter ad se et ad a.

sive non ad se quo. Item in eodem a.
c. e. l. 12. non eo albus quo simpliciter quia albedo
non ad se dicitur sed relative tantum ad eum
cuius albedo est sicut filius ad patrem
simpliciter non eo quo essentia intelligitur quo-
modo patrem sicut non eodem est pater
et sapientia et essentia ita non eodem
est pater et deus et ex hoc concluditur
c. 13. quare propter non quia pater non est
filius ideo non una essentia quia hiis
nominibus relativa eorum ostenduntur
utrorum autem una essentia est igitur secundum
ipsum talis non ydemptitas rela-
tionis ad absolutum in divinis quod si unum
est quo respectu alicuius alterius
inest erit quo respectu eiusdem esse
aut quo convenit alteri secundum eius rationem
formalem igitur unum istorum non est
de ratione alterius sed extra eam et per
quod non est formaliter idem alteri quia
sic exposita est supra ratio eius quod est
non esse idem formaliter alteri ex
hoc tamen non sequitur simpliciter diversitas
vel non ydemptitas realis personae et re-
lationis non enim illud quo pater est pater
est aliud ab essentia sed idem secundum ipsum
xi. de c. c. xi. simplex dicitur deus
quia non hoc quod habet excepto quod rela-
tione dicitur quaecumque persona ad alte-
ram vel est ipsa sicut pater habet filium
vel est filius sed quidquid habet pater in se ad
quod per quod non dicitur relative illud
est idem ipse vera ydemptitate licet
non formaliter. Ad primum argumentum principale
dico quod maior est sic intelligenda
quaecumque aliqua ydemptitate sunt ea-
dem alicui tali ydemptitate sunt
inter se sic eadem quia non potest concludi
aliqua ydemptitas extremorum inter
se nisi secundum illam sint idem medio et
medium in se sit sic idem et per hanc
propositionem sic intellectam tenet omnis
forma syllogistica obmissa enim altera

conclusione vel minoris maioris in se vel ex-
tremorum ad medium non est sillogismus sed
paralogismus accidentis. Cum accipitur
in minori quod quidquid est in essentia divina
est idem illi essentiae non est verum in-
telligendo de ydemptitate formali
ideo non potest concludi formalitas extremorum
inter se quamdiu autem stat formalis
distinctio relationum suppositi stat
distinctio suppositorum. Et si dicas quod
saltem reali ydemptitate eorum ad
essentiam concludam ydemptitatem eorum
inter se dico quod essentia non habet ydemp-
titatem talem unitatis subsistentie sed
personae vel personalia ut extrema uni-
untur in essentia et ideo etc. non potest conclu-
di ydemptitas subsistentium vel sub-
sistentie per rationem ydemptitatis eorum
in eorum essentia ut in medio. Per hoc
patet ad talia sophismata hic deus
est pater filius est hic deus igitur filius
est pater. Confirmatur quia medium extreme
hic aliquid vere est commune extrema
Ratio sicut in creaturis quia se habet ut
quale quid singulare ut hic ad naturae
essentia quibus personis habet rationem communis
quid persona non habet rationem huius ali-
cuius medium autem est hic quale quid
et non hoc ad concludendum autem ydempti-
tas extremorum in conclusione oportet
medium fuisse hoc aliquid. Similiter ibi
videtur fallacia accidentis quia hic deus
accipitur in premissis pro alio et alio sup-
posito. Et si arguas deitas est pater
filius est deitas igitur licet deitas
non supponat pro aliquo supposito in ma-
iori et in minori tamen est ibi figura dictionis
quando quale quid in hoc aliquem
mutilatur est sic communicabile quasi ex
vi illationis inferatur illud habere rationem
huius alicuius quod habet rationem communis quia
ita sic inferens suppositum de sup-
posito inferretur medium esse idem

2m rom experit ut subsistentie q
no est v. Et si saltem arguas
extrema ee realit idem ut se
quia in medio concedo q pr infi
ydemptitas essentialis no aute
formalis suppositalis et io no debet
inferri ergo filius est pr qr ibi notat
ex vi sermonis ydemptitas for
malis ul ypostatica sed dz sic inferri
filius est idem cum eo q est pater
ul filius est illud quod est pater
Et si arguatur ultimo confirmando ma
iorem argumenti principalis p hoc
q negando eam uidetur destrui f'm
principium ponendo si affirmacoz et
negatoz ee veras de eode. Rn.
de aliquo sonte unam ydemptitate
sed no unitam realitate formalez
ucte est idem roue unius realitat
formalit fri de illa et de alia re
alitate no formalit fri pd albe
do roue unius realitat qua licet in
se conuenit cu nigredine et roue
alterius no realit conuenit sed differt
uer affirmatio et negatio dicitur de
eode respectu eiusdem realitatis
formalit Ita hic pater est idem
cum deitate roue essentie sed roue pro
prietatis no est idem formalit uel
ypostatice uec est affirmatio et negatio
eiusdem extremitatis de eode roue
eiusdem puta si daretur q roue pr
mitatis pater no est idem filio sed
roue essentie. Si arguas g' q af
firmatio differt ab affirmatione unius
unius negatio dicitur de alia ul stat cu
alia quia neutra e vera de affirmatione
contradicere illi negationi igitur si diuinitas
stat cu no primitate puta in alia
persona ipa diuinitas differt a primitate
que nunquam stat in eodem cu no pat
nitate. Rn. maior possz concedi de no

ydemptitate formali ut de no ade
quata quia unud illorum no determinat
ad alterum ex quo stat cu eius opposito
ut sub aliis ubus de no ydemptitate
compatibili et passa. Si maior accipiatur
de realem simplr neganda e. pati
in albedine accipiendo speciem realita
bude sunt grenus illi cui ex se no
repugnat dicitur opposita dicitur nigredi
tamen realitati unde sumitur dif
ferentia albedinis repugnat dicitur nig
dinis et istud modo intelligi dz quantum
ad altam prem maioris que dicit q
altera affirmatiua stat cu negatione
sed prima ps maioris que accipit ne
gatoem dici de affirmatione possz concedi
si intelligatur dici uniuoce et tot p tota
speciem illius de quo dicitur et hoc quando conditio
illa de qua e sermo e realis sine
rei ad no rom no aute rome adiu
uentem nam tunc no sequitur nisi d'
ronis affirmationis ab affirmatione. Ap
plicando igitur primam ptem maioris
ut vel est ad propositum sequitur q filius
realit distinguitur a pre no autem
q deus ut dictus est de deo no dicitur no
pr uniuoce et uniusalit nec 2m rom
sibi licet 2m aliquos dicatur pticulate
roue suppositi eius sibi. Et si arguas
illud quo pr distinguitur a filio sta
tui sit a. inquantum a aut est idem
essentie aut aliud no idem qz a inquam
a distinguit et p quis si quantum a est
idem essentie essentia distinguit et non
aliud ppter simplicitatem diuinaz. Rn.
dico q ppe a inquantum a no est idem
essentie nec ad intellectum illud q prest
redemptionem accipi 2m rom suam
et cu hoc etiaz ee formale rouem
inessentie pd'm prout distinguit sup
de uiis ubi sensibilis uidendo ad
tantum articulum. Ex m homo cum et no

que

homo sunt opposita immediate et tamen
formaliter de aliquo non reduplicative
neutrum dicitur sicut album in quantum
album nec est homo nec non homo. Et
si dicas idem et aliud contra ens sibi
immediate opposita dico quod non sunt simpliciter immediate
opposita igitur alterum predicatur de quolibet
eorum in quantum ita quod ratio subiecti sit ratio
formalis inherentie alterius contradictoriorum
sed sufficit quod alterum contradictoriorum
non insit cuilibet subiecto licet non per se ratione
subiecti. Si autem accipiatur ibi in quantum
primo modo ut scilicet non noceret accipi a secundum
rationem suam formalem dico quod a concretum
modo formaliter acceptum est idem
essentie licet non sit formaliter idem
essentie. Sed tunc non sequitur a formaliter
est idem essentie a formaliter distinguitur
si est fallacia dictionis quando mutatur aliquid in
quale quid et ideo non sequitur. Sed ad
hoc infertur quod a in quantum a est res vel
ens igitur quero que res vel quod
ens si essentia hoc est propositum si res et
non essentia igitur alia res. Respondeo concedo
quod est ens et res et hoc utroque modo
quantum accipiendo quia si aliquid primo modo non
inest alicui inerit sibi eodem modo
per se sine quo illud sit res distincta
a quocumque quod est extra rationem eius sine
continentur in aliquo per identitatem
quod est extra rationem eius talis continentia
non tollit rationem formalem
nec ea que insunt per se primo modo.
Sed tunc quis quod ens dico quod ens
quod est a sicut si substantia est per se ens quod
ens descendendo sub ente est per se
substantia non aliud. Ultra si queras est
ne per se essentia dico est quod non sed in-
fertur igitur alia res. Falsa quia non est
per se hec res igitur alia res quia in ante
negatur per se per identitatem in quantum per
se per identitatem simpliciter sumpta et ita
destruitur antecedens. Si obicias est per

se res et non per se essentia igitur per
se alia res ultra igitur alia res.
Respondeo quando probatur quia contra ens idem
et aliud sunt immediate opposita, concedo si
est per se res vel est per se res eadem
essentie et ita per se essentia vel per se alia
res. Secunda quando probatur quia per se
non est contradictio distinguens. Respondeo probatur
prima quando et est ad principale: Sicut
per se res aut res que est essentia et
habetur propositum igitur per se essentia aut
res que non est essentia. Si autem est
per se res que non est essentia igitur est
alia res ab essentia. Respondeo essentia est
per se res et paternitas est per se res et non
sunt per se eadem res igitur sunt per se
due res et ita utrumque est per se res alia
ab altera. Ad primam licet posset
conclusio primi argumenti distingui quod ibi
esset duplex alietas per se [illegible] et per se [illegible] alietate
et primo modo negaretur hoc per se propter
negationem inclusam in alietate, secundo modo
affirmaretur quia precedit illam nega-
tionem et per consequens primo conclusio prime que
conceditur, sed non secunda quia pertinet secundum quod
destructione antecedentis, secundo modo prima quia
pertinet secundum quod. Tamen non videtur
bene logice dictum quod negatio si qua
includatur in alietate possit aliquid
attingere preter tantum respectum ad formam
in qua ut secundum quod notatur alietas ut
videtur. Unde logice dictum quod ly per se quod
dicit modum inherentie et per consequens deter-
minat compositionem possit negari per ne-
gationem aliquam in predicato. Ideo aliter
dici potest quod in conclusione prime que tantum
habet potest de vi sermonis unus sensus verus
quod hoc predicatum est rem aliam ab essentia
per se inesse paternitati et iste sensus est falsus
quia sic bene sequitur falsum illud quod
infertur in secunda. Ideo simpliciter nego

primam quam tunc due propositiones sunt ut in ante et quibus plura. Ad probationem que dico quod idem et aliud non sunt incompossibilia ita quod quodlibet predicatum ut per se dicitur de subiecto ymo nec contradictoria sic sunt incompossibilia homo enim nec per se est albus nec per se est non albus tamen inter contradictoria absolute sumpta vel absolute dicta de quolibet non est medium contra si petrus est res est eadem vel alia verum est quod eadem sed tamen per se non valet sic quod sit per se eadem vel per se alia. Ad 2m cum dicitur distinguendum 2m compositionem et divisionem in sensu compositionis neutrum est dandum sicut enim non est dandum quod sit per se ens ita nec alterum membrum illius disiunctive tamen qua est in sensu compositionis nec ex hoc negantur ambo contradictoria quia si dicatur de incomplexis tamen quod neutrum illorum dicitur per se de aliquo subiecto. hoc concedo sic enim hec contradictoria complexa dico quod enim ista aut petrus est per se res que est essentia vel non est per se res que est essentia et hec negativa est vera sed hec non infert hanc ergo est per se res que non est essentia sicut non sequitur homo non est per se albus ergo non per se non est albus In sensu divisionis danda est affirmativa pars disiunctive sed non sequitur ultra ergo est per se essentia quia ex ydemptitate reali infertur formalis nam cum in sensu divisionis tamen notat ydemptitatem realem per hoc que est. Aliter possum distinguere cum illud per implicationem illam que est intelligitur ydemptitas formalis vel tamen inherentia primo modo neutra pars est danda quia neutrum oppositorum per se inest illi rei que per se dicitur de petro sed 2o modo danda est affirmativa sed non sequitur

ultimus compositum (?) per positum qui hec secunda vel non habet ex vi sermonis quia illa compositio implicata non determinatur per aliquid quod notet ex dicte inherentiam formalem sed indistincte remanet prima vero habet ex vi sermonis et licet ibi que est non notet in sensu compositionis formalem inherentiam tamen ex habitudine extremi ut est quod specificativa et determinativa cuius (?) hic essentia denominare per se in esse suo. Ad 2m dico quod actuale aut accipitur pro extraneo aut accipitur per se pro eo quod perficit aliud ut quod perficit actualiter quod per se ipsum se perficit. Si 2o modo dico quod non omne ens omni enti in quo est est essentiale vel actuale est enim medium inter essentiale et actuale ut contrahens sicut dicitur contra hic genus quia tale nec est actuale nec essentiale accipiendo hoc modo et sic in divinis nichil est actuale sed quod essentiale est aliquid non essentiale. Si autem accipiatur actuale primo modo sic quidquid non est de ratione alicuius formali potest dici actuale sibi licet ipse dicitur actuale et hoc modo dicitur est actualibus respectu quibus et hoc modo accipit philosophus actuale pro extraneo inferta actionis sic enim potest dici actuale alterum quidquid est ei extraneum ut illud comparatur ad aliquid tamen predicatum et hoc modo non est inconveniens distinctiva personarum actualis essentie quod sunt extra rationem eius. Ad tertium dico quod si in maiori intelligitur per illud si dicto possibilibus maior est vera et minor falsa nulla enim ponit possibile potentia potest de esse 2a persona in divinis quod summum bonum et summa perfectio deesset si ipsa deesset et ad dicitur quod si ista deesset summa perfectio esset in prima dicitur (?) quod si ista deesset summa perfectio deesset et si ista deesset et per non deesset summa

perfectio addetur et ita ipsam deesse et
privationem esse includit contradictionem. Si autem
in maiori perfectione simpliciter implicaret contradictionem, tunc
possibilis. Dico quod maior est falsa, illud
enim ponendum est in summo bono quod
non potest poni non esse sine positione incon-
possibili. Ad ultimum dico quod illa ratio
de unitate esse debet sic intelligi quod quod est
ex se unitate esse habet ex se esse actualissimum
ita quod per nihil qualitercumque aliud a se
expectat aliquam actualitatem essendi
et ideo ex se est indivisibile quia si posset
dividi tunc ab illis per quae divideretur
expectaret aliquam actualitatem es-
sendi quam haberet in illis divisis et
oporteret tunc distinguentia illa unitate esse
esse formaliter unitates essendi quia essent
ultime actualitates unitatis in illis divi-
sis unitate esse sine quibus illa non ha-
berent actualissimam entitatem quia
divisibile non habet entitatem nec es-
sentiam actualissimam. Per hoc igitur
teneo rationem illam superius positam in quaestio-
ne de unitate dei ex ratione unitatis esse
quae etiam tacta fuit in prima quaestione
2e distinctionis quod unitate esse non dividitur
in plura quia a et b si non essent for-
maliter unitates essendi etiam antequam
intelligerentur in aliquo illorum in
quibus unitate esse dividitur tunc sunt ul-
time actualitates sine quibus ac-
tualitas illa quibus non esset unitatis est
quia requireret aliquo modo aliquid ad
a se per quod esset. Sed hoc non concludit
de divisis personis in eadem entitate
unitatis nam illa entitas ex se unitaria
non expectat aliquam actualitatem ab
illis distinguentibus personas quia non
dividitur per illa et ideo illa non sunt quasi
ultime actualitates quibus talis en-
tia existunt. Cum igitur arguitur a et b
intelligendo per ipsa duas proprietates

personales aut sunt formaliter unitates
essendi aut non. Concedo potest quod non sunt
formaliter unitates essendi nec per consequens
sunt possibilitates quia per ydemp-
titatem sunt illa una unitas essendi
Sed si a et b essent in divisis oporteret dicere
quod essent formaliter unitates et pos-
sibilitates quia non possunt esse eadem a uni
entitati ex se unitae illa enim entitas
cuius est eadem esset quasi possibilis ad
expandendum ut prius intelligitur ante illam
rationem contrahentem vel dividentem. Contra
ipsi a inquantum a aut repugnat posse
deficere a non. Si sic igitur a inquantum a
est unitum et ita cum a est forma ei est
ratio unitatis essendi. Si non igitur per nihil
aliud potest ipsi a praeesse inquantum a re-
pugnare. Igitur per nihil aliud tollitur
quin ipsi a inquantum a praeesse sit compossibile
deficere igitur ipsum praeesse simpliciter semper
est possibile deficere igitur repugnat
necessario ex se

Postolus namque ait. Circa
primam partem huius distinctionis
in qua magister agit de cognoscibilitate
dei queruntur quinque. Primum est utrum
deus sit naturaliter cognoscibilis ab
intellectu viatoris. Secundum utrum deus
sit primum cognitum a nobis pro statu
isto. Tertium utrum deus sit obiectum naturale
primum vel adequatum intellectus
viatoris. Quartum utrum aliquod universale
ad ab ente equalis communitatis cum ipso
possit poni obiectum primum intellectus nostri.
Quintum utrum aliqua veritas certa et
sincera possit naturaliter cognosci ab in-
tellectu nostro absque speciali illustratione
lucis increate

Irca primum arguo quod non. Philosophus 3
de anima secundum translationem se habet ad intellectum

sicut sensibilia ad sensum. igitur intellectus nichil intelligit nisi cum fantasmata. sed per sensus apprehendi deus non potest fantasmata ergo. // Item 2 metaphysice sicut oculus nocticoracis ad lucem solis ita oculus nostri intellectus ad manifestissima nature que omnium sunt manifestissima igitur et cetera. // Item primo physicorum infinitum in quantum infinitum est ignotum et 2 metaphysice infinita non contingit cognoscere igitur nec infinitum quia eadem improportio est intellectus finiti ad infinitum sicut ad infinita. quia equalis processus vel non minor. // Item glosa super Eze. quantumcumque mens nostra in contemplatione dei proficit non ad quod ipse est sed ad aliud quod sub ipso est attingit. // Contra 6 metaphysice metaphysica est de deo sicut de actu eius. sicut in consideratione actuali substantiarum separatarum ponit philosophus felicitatem humanam etiam in 10 ethicorum.

Iuxta 2m arguitur quod sicut unumquodque sicut se habet ad esse sic et ad cognitionem 2 metaphysice. sed deus est primum ens igitur primum cognitum. // Item nichil perfecte cognoscitur nisi eo perfecte cognito. igitur nichil simpliciter cognoscitur nisi eo simpliciter cognito. quod patet quia in hiis que sunt per se sicut maximum ad maximum sic simpliciter ad simpliciter et cetera. 2 topicorum. // Item perfectissimum actui potentie est ita obiectum simpliciter primum perfectissimum actus est ita deum 10 ethicorum igitur deus est simpliciter primum obiectum cognoscibile. // Contra omnis nostra cognitio incipit vel oritur a sensu primo metaphysice et 2 posteriorum in fine igitur deus qui est a sensibus remotissimus non est primo cognitum a nostro intellectu. In prima questione est distinguendum quod deus potest cognosci negative vel affirmative

quia negatio non cognoscitur nisi per affirmationem 2 perihermenias in fine et 4 metaphysice. patet etiam quod nullas negationes cognoscimus de deo nisi per affirmationes per quas removemus alia incompossibilia illis affirmationibus. negationes etiam tantum non summe amamus. Similiter negatio aut concipitur precise aut ut dicta de aliquo. si precise ut non lapis illa eque convenit nichilo sicut de deo quia pura negatio dicitur de ente et non ente. igitur in hoc non magis intelligitur deus quam nichil vel chimera. si concipitur ut dicta de aliquo tunc quero istud conceptum subiectum de quo intelligitur ista negatio esse vera. aut est affirmativum et habetur propositum aut est negativum et tunc queratur ut prius. aut negatio concipitur precise aut ut de aliquo. si primo modo sic eque convenit nichilo sicut deo. si 2o modo tunc ut prius et quantumcumque procederetur in negationibus vel non intelligeretur deus magis quam nichil vel stabitur in aliquo conceptu affirmativo qui est primus. // Item est 2o distinguendum de cognitione quia est et si est quia in propositione quando conceptum simpliciter de quo cognoscatur esse per actum intellectus componentis et dividentis numquam enim cognosco de aliquo si est nisi habeam aliquem conceptum illius extremi de quo cognosco esse et de illo conceptu queritur hic. // Item 3o distinguendum de si est ut est questio de veritate propositionis vel ut est questio de esse dei. quia sicut potest esse questio de veritate propositionis in qua esse tamquam predicatum queritur de subiecto ad concipiendum veritatem illius quod oportet precognoscere terminos illius propositionis et de conceptu simpliciter illius subiecti si est possibilis est nunc questio. // Item 4o valet distinguere de conceptu universali et particulari quia queritur de universali. // Item

propter quod distinguendum de naturali lo-
quendo de natura abstracta vel de natura pro
statu isto quia quilibet prius de cognitione
pro statu isto. Vel secundo valet dis-
tinguendum de cognitione increata vel in se
quia si cognitio causatur per creaturam
ita quod cognitio discursiva incipiat
a creatura quero in quo terminatur ista cognitio.
Si in deo in se habeo propositum quia illud
conceptum dei in se. Quero si non in deo
in se sed in creatura tunc idem erit terminus
et principium discursus et ita nulla no-
titia habebitur de deo. Est ergo intentio
quod ista vita aliquem conceptum simpli-
citer possit intellectus viatoris naturaliter
habere in quo concipiatur deus conceptu
simplici. Ad hoc dicit quidam doc-
tor sic loquendo de cognitione alicuius
prout distinguitur ex parte obiecti quod potest
cognosci vel per se vel per accidens. Item
in particulari vel in universali realiter per acci-
dens non cognoscitur quia quidquid de ipso
cognoscitur est ipse. Tamen cognoscendo
aliquod eius attributum cognoscimus quid
per accidens quid est. Unde damascenus li. 1 c. 4
dicit de attributis non naturam dei dicunt
sed que circa naturam. Quod in universali et puta in gene-
rali attributo cognoscitur non quidem in universali
secundum predicationem quod dicitur de ipso in quo nullum
est universale quia quidditas illa est de se
singularis sed in universali quod tamen analogice
est commune sibi et creature tamen a nobis
quod unum concipitur propter proximitatem con-
ceptuum licet sint diversi conceptus.
In particulari autem non cognoscitur ex crea-
tura quia creatura est perfecta similitudo
eius quo tamen conformis ei quo ad aliqua
attributa que non sunt illa natura in parti-
culari. Tamen igitur nichil ducit in cogni-
tionem alicuius nisi sub ratione similis. Ergo
Item in universali cognoscitur tripli-

generalissime generalius et generaliter
generalissime tres sunt gradus cognos-
cendo ens quoniam ens indistinctis-
sime concipitur ens quod prius conceptus
a modo autem hoc et concipiendo ens
est 2us gradus iam ens ens ut
conceptum non ut prius conceptus concipitur
quod analogum deo et creature quod sic dis-
tinguatur conceptus entis qui convenit
deo puta concipiendo ens indetermina-
tum negative id est non determinabile a
conceptu entis qui convenit creature
analogice quod est ens indeterminatum
privative. Iam tertius gradus in-
determinatum primo modo abstrahitur
ut forma ab omni materia ut in se
subsistens et principalis. Secundo modo
indeterminatum est universale abstractum a
particularibus quod est actu participatum in
illis. Post istos tres gradus genera-
lissime concipiendi concipitur deus genera-
lius concipiendo quodcumque attributum
non simpliciter sicut prius sed cum perfectione su-
ma. Specialiter autem concipitur concipiendo
quodcumque attributum esse idem suo primo
attributo scilicet ipsi esse propter simplicitatem
nec per speciem propriam cognoscitur quia nichil
est eo simplicius sed ad modum extrinsece
per speciem alicuius ex creatura. Et hoc
omnibus tribus modis predictis. Quantum
ad 2am questionem 2m istam opinionem distinguitur
de modo concipiendi naturalem et rationem.
Primo modo deus est primum obiectum intelli-
gibile a nobis ex creatura quia naturalis
cognitio procedit ab indeterminato ad
determinatum. Indeterminatum autem nega-
tive est magis indeterminatum quam inde-
terminatum privative igitur precipitur illi
et illud indeterminatum privative est prius
determinato 2m cognitionem nostram quia ens

et res prima impressione imprimunt
intellectum nostrum. Secundum autem, id est q-
uod est indeterminatum negative est
omnino primum obiectum intellectui nostro
secundum modum concipiendi naturaliter. Ordinatio
autem est positis conceptibus in creatura
secundum tres gradus generalissime conci-
piendi, et deinde generalius et ultimo
generaliter. Quod primo concipitur hoc bonum
secundo bonum ut abstractum abstractione
secunda puta quod est indeterminatum priva-
tive. Tertio bonum abstractum prima
abstractione quod scilicet est indeterminatum
negative quia via resolutionis
deductionis prius est confusum illud
a quo fit abstractio quam abstractum.
Exponitur primum membrum scilicet naturaliter
quod sic est confusum primo quod deus
ut est sic confusum non distinguitur
ab aliis et propter simplicitatem et quod
non est primum nisi tantum quo ad duos
primos gradus generalissime concipiendi
quorum neuter pertingit ad aliquam
rationem determinatam illud attributum
deo. Qualiter autem possit esse confusum
et non distinguatur ab aliis per intellectum
confusionem exemplificatur sicut
oculus primo videt lucem licet non
discernat propter subtilitatem sicut discer-
nit de colore per lucem. Redeo per
aliud ad primam quaestionem et in quantum in quibus
contradicunt priores sententiae videntur secundae
positionis videntur oppositum primae dico
igitur primo quod non tantum habetur per concep-
tus naturaliter in quo quasi per accidens conci-
piatur deus puta in aliquo attribu-
to sed etiam aliquis conceptus in quo per se et
quidditative concipiatur deus. Primo quod
concipiendo sapientem concipitur proprietas
secundum eum ut quasi proprietas in esse secundo
sive in bene esse perficiendo naturam igitur
intelligendo sapientem oportet intelligere ad

cui intelligo quasi proprietatem in esse et
ita ante conceptus omnium passionum vel quasi
passionum oportet quaerere aliquem conceptum
quidditativum cui intelligantur ista attri-
bui, et ille conceptus erit quidditativus
de deo quia in nullo alio potest esse status.
Secundo non assumendo quia non consonat quod
op. dicit, patet quod non tantum in conceptu ana-
logo conceptui creaturae concipitur deus qui
scilicet sit omnino alius ab illo qui dicitur
de creatura sed in conceptu aliquo univoco
sibi et creaturae. Et ne fiat contentio de
nomine univocationis, conceptum univo-
cum dico qui est sic unus quod eius
unitas sufficit ad contradictionem affir-
mando et negando ipsum de eodem suf-
ficit etiam pro medio syllogistico ut extrema
unita in medio sic uno sine fallacia aequi-
vocationis concludantur inter se uniri.
Et univocationem sic intellectam probo
(Ens est univocum) quadrupliciter. Primo sic omnis intellec-
tus de uno conceptu et dubius de aliis
habet conceptum de quo est certus alium a con-
ceptibus de quibus est dubius. Sed
intellectus viatoris potest esse certus de
deo quod sit ens dubitando de ente fini-
to vel infinito creato vel increato igitur
conceptus entis de deo est alius a con-
ceptu isto vel illo et ita neuter ex se
et in utroque illorum includitur igitur univocus.
Probatio maioris quia nullus idem concep-
tus est certus et dubius igitur vel alius
quod est propositum vel nullus et tunc non erit cer-
titudo de aliquo conceptu. Probatio mi-
noris quia quilibet philosophus fuit certus
quod illud quod posuit primum principium esse ens puta unus
de igne alius de aqua non autem certus
fuit quod esset ens creatum vel increatum
primum vel non primum, non enim erat certus
quod esset ens primum quia tunc fuisset certus de
falso et falsum non est scibile nec quod esset ens
non primum quia tunc non posuissent opposi-

Confirmatur: nam aliquis videns philosophos discordare potuit esse certus de quocumque quod aliquis posuit illud primum principium esse ens, et tamen propter contrarietatem opinionum eorum potuit simul dubitare utrum illud sit primum ens vel non. Et tali dubitanti si fieret demonstratio concludens vel destruens aliquem conceptum inferiorem, puta quod ignis non est ens primum sed aliquod ens posterius primo ente, non destrueretur ille conceptus primus sibi certus quem habuit de ente, sed salvaretur in illo conceptu particulari probato de igne. Et per hoc probatur propositio supposita in ultima consequentia rationis, quae fuit quod ille conceptus certus qui ex se neuter duorum est, in utroque illorum salvatur. Et si non cures de auctoritate ista accepta ex diversitate opinionis philosophantium, sed dicas quod quilibet habuit duos conceptus in intellectu suo propinquos, qui propter propinquitatem analogiae videntur esse unus conceptus. Contra hoc est quia ex ista evasione videtur destrui omnis via probandi unitatem univocationis alicuius conceptus: si enim dicis hominem habere unum conceptum ad Socratem et Platonem, negabitur tibi, et dicetur quod sunt duo sed videntur unus propter magnam similitudinem. Similiter illi duo conceptus sunt simplices, igitur non sunt intelligibiles nisi totaliter et distincte concipiantur. Si igitur nunc non videntur duo nec umquam postea, quia tantam simplicitatem habent, non sunt prius vel post. Praeterea aut concipiuntur ut omnino distincti et unus videtur quasi analogus et dicitur non; aut concipiuntur ut indistincti in ratione similitudinis, et tunc ut prius concipiuntur ut distincti, quia omnis similitudo compositio et dicitur supponit aliqua esse distincta, igitur non videntur unus conceptus. Praeterea si intellectus intelligeret singularia sub propriis rationibus, conciperet aliqua simillima, quia conceptus duorum individuorum sub eadem specie sunt simillimi, et tamen bene distingueret intellectus inter conceptus talium singularium. Non est autem dubium quin conceptus creaturae et Dei sint minus similes quam conceptus duorum individuorum in eadem specie, quia ad minus differunt specie, igitur magis distinguibiles. Assumptum est manifestum.

Secundo principaliter arguo sic: nullus conceptus realis causatur in intellectu viatoris naturaliter nisi ab his quae sunt naturaliter motiva intellectus nostri; sed illa sunt phantasma et obiectum relucens in phantasmate et intellectus agens; igitur nullus conceptus simplex fit naturaliter in intellectu nostro nisi qui potest fieri virtute istorum. Sed conceptus non univocus alicui relucenti in phantasmate sed omnino alius, prior, ad quem ille habet analogiam, non potest fieri virtute intellectus agentis et phantasmatis, ut probabo; igitur talis conceptus analogus qui ponitur naturaliter in intellectu viatoris numquam erit, et ita non poterit viator habere aliquem conceptum de Deo, quod est falsum. Probatio assumpti: obiectum quodcumque relucens in phantasmate sive in specie intelligibili cum intellectu agente vel possibili cooperante secundum ultimum suae virtutis facit tamquam effectum sibi adaequatum conceptum suum proprium et conceptum omnium essentialiter vel virtualiter inclusorum in eo; sed ille alius conceptus qui ponitur analogus non est essentialiter nec virtualiter inclusus in isto, nec etiam est iste; igitur non fiet ab aliquo tali movente.

Confirmatur quia per rationem conceptum suum proprium adaequatum sive quidditativum et inclusa essentialiter vel virtualiter in eo nihil potest cognosci ex isto obiecto nisi per discursum, sed discursus praesupponit

noticiam simpliciter ad quod discurritur
Potest autem ratio breviter sic formari
nullum obiectum facit in aliquo intel-
lectu conceptum simpliciter alterius obiecti
nisi contineat obiectum illud essentialiter vel
virtualiter; obiectum autem creatum essentialiter
nec virtualiter patet quod non virtualiter
et hoc sub ea ratione sub qua sibi attri-
buitur tamquam posterius essentialiter priori
essentialiter quia contra rationem posterioris
essentialiter est continere virtualiter suum
prius nec essentialiter contra aliud omnino
sibi proprium et non commune. igitur non facit concep-
tum simpliciter proprium enti increato. Tertio
arguo sic conceptus proprius alicuius
subiecti est sufficiens ratio cognoscendi
de illo subiecto omnia conceptibilia que sibi
necessario insunt; nullum autem concep-
tum habemus de deo per quem sufficienter
possimus cognoscere omnia conceptibilia
a nobis de deo que necessario sibi in-
sunt; patet de trinitate et aliis cre-
dendis necessariis. igitur. Maior probatur quia
qualibet intellectione cognoscimus inquan-
tum cognoscimus prima intellectione contra maior
de omni conceptibili quod intellectione inest
conceptui sibi. Et si inest mediate fiet
aliud argumentum de medio comparato ad
idem subiectum et ubicumque stabitur habetur
propositum de immediatis et ultra per illas
sciuntur mediate. Quarto sic arguo
sit aut aliqua perfectio simpliciter habens
rationem communem deo et creature et habetur propositum
aut non sed tantum propria creature et tunc ratio
perfectionis simpliciter conveniet deo for-
maliter quod est inconveniens aut habet rationem
omnino propriam deo et tunc sequitur quod
nichil est attribuendum deo quod sit perfectio
simpliciter; nam hoc nichil est aliud dicere
nisi quod quia ratio eius non convenit
deo dicitur perfectio simpliciter ideo ipsum ponitur
in deo et ita perit doctrina Anselmi monologion

in. ubi vult quod pretermissis relationibus
in omnibus aliis quodcumque simpliciter melius
est ipsum quam non ipsum attribuendum
est deo, sicut econverso non tale est attri-
buendum ab ipso igitur contra ipsum primo aliquid
quod concipitur esse tale et secundo attribuitur
deo igitur non est tale per se ut videtur
Confirmatur quia tunc nulla perfectio sim-
pliciter esset univoca quod non patet quia contra ypotesim
nullius talis perfectionis conceptus aliquis
conveniret creature nisi conceptus analogicus
talis autem quia analogicus est imperfectus
et ratio in nullo est eius ratio melior
non ipso quia alias contra rationem istam
analogiam poneretur in deo. Con-
firmatur nam omnis inquisitio metaphysica
de deo sic procedit scilicet considerando rationem
formalem alicuius et auferendo a ratione
illa formali omnem imperfectionem quam habet
in creaturis et reservando illam rationem
formalem attribuendo sibi omnino sum-
mam perfectionem et sic attribuendo illud deo
Exemplum de ratione formali sapientie vel in-
tellectus vel voluntatis consideratur enim
in se et secundum se et ex hoc quod ista ratio non
includit formaliter imperfectionem aliquam
nec limitationem removentur ab ipsa imper-
fectiones que concomitantur ipsam in cre-
aturis et reservata eadem ratione sapientie et
voluntatis attribuitur ista deo perfectissime
igitur omnis inquisitio de deo supponit
intellectum habere conceptum eundem univocum
quem accipit ex creaturis. Et si dicitur
alia est ratio formalis eorum que conveniunt
deo, ex hoc sequitur inconveniens quod ex
nulla propria ratione eorum prout sunt in cre-
aturis potest concludi aliquid de deo quia
omnino alia et alia est ratio istorum et illorum
immo non magis concluditur quod deus est
sapiens formaliter ex ratione sapientie
quam apprehendimus ex creaturis quam
quod deus est formaliter lapis. Potest enim

conceptus alius a conceptu lapidis
creati formaliter ad quem conceptum la-
pidis ut est ydea in deo sicut iste
lapis attribuitur et ita formaliter di-
citur deus et lapis secundum istum concep-
tum analogicum sicut sapiens secundum istum
conceptum analogicum. Qualis autem
sit univocatio entis et ad que et quan-
ta dicetur inferius in questione de primo
obiecto intellectus. Contra istas rationes
instatur et contra primam instatur de
toto discursu sicut hic ponitur. Et secunda
debilius improbatur quam alie. Ad
secundam ut formatur breviter negatur
maior quia proprie quandoque effectus
ad causam potest effectus aliquem concausare
vel aliquem conceptum facere de causa
licet non ita perfectum sicut causa de
se concausaret cum quod quandoque facit notitiam de
principio demonstrationis quia sed illa non
est perfectissima principii notitia
sed perfectissima est illa qua cognoscatur
ex terminis perfecte cognitis. Quare igitur
non in conceptibus simplicibus effectus
simpliciter apprehensus causabit aliquam
notitiam simplicem de causa. Ad
probationem maioris dico quod licet effectus
non possit in causam equivocam ex
virtute licet in aliquid eiusdem rationis
tamen ea potest tamen in aliquam notitiam
eius que est imperfectior non solum
ipsa causa in se sed etiam effectu equi-
voco cause scilicet perfecto conceptu eius. Sed
maior accipitur sic nullum obiectum
potest in conceptum alicuius nisi contentum
essentialiter vel virtualiter sed videtur ma-
nifesta per rationem cause et effectus
equivoci. Licet autem secundum aliquos at-
tribuatur intellectui non tamen quantum
ad eum obiectum requiritur non potest tamen
in conceptum perfectiorem conceptu sibi ade-
quato alias perfectio intelligentie
excederet totam virtutem memorie
quod est inconveniens omnibus talis est
conceptus proprius quidditativus quem ef-
fectum equivocorum eiusdem cause ille
est perfectissimus qui est simillimus sue
cause talis est perfectus sive ultimum
perfectum obiecti huius igitur absolute videtur
concedendum quod nullus conceptus de deo
potest fieri in nobis per actionem obiecti creati
qui sit perfectior primo conceptu quiddi-
tativo illius obiecti. Nec per consequens potest
aliquis conceptus esse in nobis ad quem
attribuatur conceptus proprius et quiddi-
tativus creati movente primo magis
conceptus ille de deo erit imperfectior ultimo
huius obiecti quia effectus equivocus dissi-
milior sue cause est imperfectior. Oportet
igitur recedere ad oppositum si ponatur concep-
tus lapidis attribui ad conceptum
quem causat lapis de deo preciso sed
non potest quod obiectum conceptum attribuitur
ad obiectum non tamen conceptus ad conceptum
et hoc est bene possibile quia de
conceptu perfectiore habetur conceptus im-
perfectior quam de concepto imperfectiore et
quo est idealiter conceptum proprium de deo
esse simpliciter imperfectiorem conceptu proprio
lapidis quod minime sequitur ex hac
opinione et quo non erit beatitudo nostra vel
in cognitione dei ex creaturis. Sed ea-
dem difficultas erit ut videtur contra
univocationem quia omnis conceptus de deo
erit minus perfectus conceptu proprio albedinis
quia omnis talis continetur in albedine
ut conceptus communis in speciali et quod est
simpliciter minus perfectum quam specialis quia
potentialis et divisibilis vel perceptibilis
respectu eius igitur non erit beatitudo
secundum illam in naturali cognitione dei. Respondeo
quilibet conceptus simpliciter simplex secundum viam
univocationis est imperfectior proprio quam
albedinis albi et non tamen perfectior ponitur

perfectissime tamen est perfectior quia
abstrahit a limitatione et conceptibilis
est sub infinitate et tunc conceptus
ille simplex quia si non simplex si-
cut infinitum est perfectior verbo albi
et ille est proprius dei non autem ille
prior quia abstractus ab albedine
Unde via univocationis tenet quod
omnis conceptus proprius deo est perfectior
verbo cuiuscumque creature aliter non sit alia
via. Sed contra hanc viam instatur
dupliciter. Primo quod difficultas re-
manet contra viam univocationis
quando ex duobus conceptibus quorum
uterque est imperfectior verbo albi non
videtur fieri conceptus perfectior illo
verbo sed ut creditur conceptus entis
est imperfectior conceptu albi et concep-
tus infiniti simpliciter primo quia infini-
tum concipitur a nobis per finitum finitum
non per limitationem ut aliquod tale obiectum de cuius
quantitate movens ad conceptum sue
passionis igitur conceptus finiti est
imperfectior conceptu hic et similiter conceptus
infiniti. Confirmatur quia conceptus in-
cludens affirmationem et negationem non
est perfectior conceptu includente affir-
mationem tantum sed conceptus huiusmodi entis
infinitum non est aliquid per oppositum nisi
ens igitur infinitas determinans
entitatem non facit conceptum perfectum
vel saltem non perfectiorem quam sit con-
ceptus entis tantum et ita conceptus
entis infiniti non est perfectior quam
conceptus entis finiti et ita non est
proprius deo. Secundo instatur videndo per hoc
sit quia licet conceptus simpliciter sit
imperfectior verbo creature ut arguitur multi
tamen conceptus tales qui simul
iungi possunt quorum unum determinet alium
et totus simul perfectior est quolibet
illorum per se nec est minor difficultas hic
quia ibi nisi in duobus primum est

quia hic quibuslibet conceptibus sive de-
terminans sive determinatum vel determi-
nabilis ponitur proprius deo ibi unus
conceptus ponitur communis deo et creature et
alius proprius deo. Secundum est quod hic aliquis
conceptus proprius deo ponitur vel conceptus
imperfectior verbo creature ibi autem nullus
communis autem primum non est inconveniens
quia per accidens unum determinat alium homo
est risibilis et tamen uterque est eque communis.
Secundum oportet omnino concedere propter istam
rationem tertiam loquendo de conceptu id est de ac-
tu concipiendi non autem de obiecto concep-
to. Quantum ad istas instantias inde-
pendens conceptus videtur quod utraque opinio
ponit conceptum non simpliciter simplicem
perfectiorem verbo illius obiecti quod movet ad
partem unam. Sed instantia secunda
videtur contra utramque opinionem quia quantum-
cumque coniungantur quibus illorum im-
minuitur a creatura minor quibuslibet est im-
perfectior verbo illius creature aggregatio
autem imperfectorum non faciet conceptum
perfectiorem intensive. Confirmatur etiam
instat contra illud de infinito. Propter
rationem istam non dimittatur opinio
quia omnis difficultas est utrique opinioni et
eque. Sed analogia conceptum exponatur
de concepti forte enim instantie
probant quod actus circa deum non sit
perfectissimus intensive nec hoc re-
quiritur ut in illo sit beatitudo nisi naturalis
sed requiritur quod coniungatur obiecto nobilissimo
quantumcumque in se sit perfectus vel imper-
fectus patet enim nosse de obiecto no-
bilissimo excedit notitiam specialem
perfectam aliorum forte etiam intensius
amatur obiectum creatum quam deus et tamen
illud sit deus amatum non beatificat
sicut deus de hoc in quarto quo beatifi-
cat obiectum. Tertio dico quod deus non
cognoscitur naturaliter a viatore in particulari

et ipse i. sub ratione huius essentie ut hec et in se. Sed ratio posita ad hoc in precedenti opinione non concludit. Eam enim arguit quod non cognoscatur aliquid nisi per simile aut intelligit de similitudine univocationis aut imitationis. Si primo modo igitur nichil cognoscitur de deo contra illam opinionem que in nullo ponit similitudinem univocationis contra illud modum eam concedit per quam dicit questioni. Si secundo modo et creature non imitantur essentiam illam tantum sub ratione generalis attributi sed essentiam hanc ut est hec essentia sive ut nuda in se existens contra enim quia sic est magis ydea et exemplar quam sub ratione generalis attributi igitur propter talem similitudinem posset creatura esse principium cognoscendi essentiam divinam in se et in particulari.

Est igitur alia ratio huius conclusionis quod deus ut hec essentia in se non cognoscitur naturaliter a nobis quia sub ratione talis cognoscibilis est obiectum voluntarium et non naturale nisi respectu sui intellectus tantum et ideo a nullo intellectu creato potest sub hac ratione naturaliter cognosci nec aliqua essentia naturaliter cognoscibilis a nobis sufficienter concludit hanc essentiam ut hec, nec per similitudinem univocationis nec imitationis. Univocatio enim non est nisi in generalibus rationibus, imitatio etiam deficit quia creatura imperfecte imitatur. Secundum utrum autem sit aliqua ratio huius impossibilitatis scilicet propter rationem huius obiecti primi obiecti sicut aliqui ponunt illud esse quidditatem rei materialis de hoc in q. de obiecto primo intellectus. Quarto dico quod ad multos conceptus proprios deo possumus pervenire qui non conveniunt creaturis cuiusmodi sunt conceptus omnium perfectionum simpliciter in summo et perfectissimus conceptus in quo quasi in quadam descriptione perfectissime deum cognoscimus est concipiendo omnes perfectiones simpliciter et in summo. Tamen conceptus perfectior simul et simplicior nobis possibilis est conceptus entis infiniti. Iste enim est simplicior quam conceptus entis boni entis veri et huiusmodi similium quia infinitum non est quasi attributum vel passio entis sive eius de quo dicitur sed dicit modum intrinsecum illius entis ita quod cum dico infinitum ens non habeo conceptum quasi per accidens ex subiecto et passione sed conceptum per se subiecti in certo gradu perfectionis scilicet infinitatis sicut albedo intensa non dicit conceptum per accidens sicut albedo visibilis ymo intensio dicit gradum intrinsecum albedinis in se et ita patet simplicitas huius conceptus ens infinitum. Probatur etiam eius perfectio tum quia inter omnes conceptus nobis conceptibiles plura virtualiter includit sicut enim ens virtualiter includit in se verum et bonum ita ens infinitum includit verum infinitum bonum infinitum et omnem perfectionem simpliciter sub ratione infiniti tum quia demonstratione quia ultimo concluditur esse de ente infinito sicut apparet ex prima q. secunde distinctionis. Illa autem sunt perfectiora que ultimo cognoscuntur demonstratione quia ex creaturis quia propter remotiorem eorum a creaturis difficillimum est ea ex creaturis concludere. Si autem dicis de summo bono vel de summo ente quod istud dicit modum intrinsecum entis et includit virtualiter alios conceptus. Respondeo si summum intelligatur comparative sic dicit respectum ad extra sed infinitum dicit conceptum ad se. Si autem intelligatur absolute hoc est quod non posset excedi perfectio illa expressius concipitur in ratione infiniti entis non enim summum bonum indicat in se utrum sit finitum

vel infinitum. Ex hoc apparet improbatio illius quod dicit in precedenti questione perfectissime cognoscere attributa reducendo illa in esse divinum propter simplicitatem divinam cognitio enim dei in esse sub ratione infiniti est perfectior cognitione eius sub ratione simpliciter quia simplicitas communicatur creaturis infinitas autem non secundum modum quo convenit deo. Quarto dico quod ista que cognoscuntur de deo cognoscuntur per species creaturarum quia sive universalius et minus universale cognoscatur per eandem speciem minus universalis sive utrumque habeat speciem intelligibilem sibi propriam saltem illud quod potest imprimere speciem minus universalis in intellectu potest etiam causare speciem magis universalis et ita creature que imprimunt proprias species in intellectu possunt etiam imprimere species transcendentium que communiter conveniunt eis et deo et tunc intellectus propria virtute potest uti multis speciebus simul ad concipiendum id quorum ille species sunt puta speciem hominis speciem summi speciem actus ad concipiendum summum bonum actualissimum quod patet per locum a minori ymaginatio enim potest uti speciebus diversorum sensibilium ad ymaginandum compositum ex illis diversis sicut patet ymaginando montem aureum. Ex hoc apparet improbatio eius quod dicitur in precedenti opinione de ista suffossione quia suffodiendo nunquam illud quod non subest suffossioni invenietur per suffossionem non autem subest conceptui creature aliquis conceptus vel aliqua species representans aliquid proprium deo quod sit omnino alterius rationis ab eo quod convenit creature quod probatum est per secundam rationem in secundo articulo questionis ergo per suffossionem nullus talis conceptus invenietur. Et similiter quod

adducitur de estimativa dico quod videtur addere falsum ad confirmationem alterius falsi quia si manente ovis in propria natura et in eodem affectu naturali ad agnum nutriretur tamen per miraculum itaque esset similis lupo in omnibus accidentibus sensibilibus puta corpore figura sono et ceteris huiusmodi agnus fugeret ovem sic mutatam sicut fugeret lupum et tamen etiam ovis sic mutata non esset intentio nocivi sed convenientis sub speciebus illis sed penitus moveretur ita secundum appetitum sensitivum ad illa ad que accidentia sensitiva moverent. Si dicas quod ibi intentio convenientis non multiplicat se quia non sunt tamen accidentia convenientia tali intentioni et intentio convenientis non multiplicatur sine accidentibus sibi convenientibus. Hoc nihil est quia si agnus fugeret hic propter receptionem nocivi receptam ab estimativa et illa non multiplicatur cum istis accidentibus sensibilibus quia non est sub illis posito casu isto igitur hic est suffossio agni ad intentionem nocivi que nulla est aut similiter non fugeret per suffossionem igitur nec alias. Ad argumenta huius questionis ad primum dico quod illa comparatio philosophi debet intelligi quantum ad primam motionem intellectus ab obiecto ubi enim phantasma cum intellectu agente habet rationem obiecti primo moventis non autem oportet intelligi quantum ad omnem actum sequentem primam motionem potest enim intellectus abstrahere omne obiectum inclusum in aliquo primo movente et considerare abstractum illud non considerando illud a quo abstrahit et sic considerando abstractum illud considerat quod commune est sensibili et insensibili et in illo considerat insensibile in universali sicut et sensibile et sic considerare abstractum illud et abstrahere

aliud tamen quo fit comprehensio alterius simpliciter
sed sensus non est abstractivus et ideo
in omni actu tamen primo quia 2o re-
quirit aliquod obiectum comprehensum movens
quod non sic habet finitum ad intellectum
Ad 2m dico quod commentator exponit illud
simpliciter philosophi de difficili et non de impossibili
et 2o ideo est quia natura fecisset otiose
illas substantias separatas intelligibiles et
tamen non possibiles intelligi ab aliquo
intellectu. Sed ista ratio non valet tamen
quia finis illarum substantiarum inquantum in-
telligibiles sunt non est intelligi ab intel-
lectu nostro et ideo si hoc non quere-
ret eis non propter hoc essent frustra
intelligibiles. Tum etiam quia non
sequitur non sunt intelligibiles ab intel-
lectu nostro igitur a nullo, possunt enim intel-
ligi a seipsis et ideo est ibi fallacia consequentis.
Unde licet multipliciter possit expo-
ni auctoritas philosophi dico quod oculus noctue
non habet cognitionem nisi nebulosam et mini-
mam et quantum ad istas duas condi-
tiones potest exponi illa auctoritas de im-
possibili quia sicut est impossibile illi
oculo intuitive aspicere solem illud
sic intellectui nostro est impossibile
naturaliter et intuitive cognoscere deum.
Ad 3m dico quod infinitum possibile est
ignotum quia licet quodcumque est cognoscibile
inquantum est actu non tamen est igno-
tum quod sibi repugnet intelligi ab in-
tellectu infinito sed non potest infinite
cognosci ab aliquo intellectu cognos-
cente ipsum 2m modum sue infinita-
tis qui est accipiendo alterum post
alterum quia intellectus potest intellectus
semper cognosceret aliquid finitum et
numquam infinitum. intellectus autem in-
finitus potest intelligere totum simul
non partem post partem. Eodem modo ar-
guitur de infinito et infinito ex 2o

membro dico quod non est simile quia cognitio
omnium infinitorum naturaliter concludet infi-
nitatem potentie cognoscentis sicut pa-
tuit q. 1 2e d. arto 2o ad infinitatem
quia ibi pluralitas obiectorum ex parte obiecti con-
cludit maioritatem virtutis ab intellectu sed
intellectio alicuius infiniti non concludit
infinitatem quia non oportet actum habere
talem modum realiter qualem habet obiectum
quia actus sub ratione finiti potest esse
ad obiectum infinitum et sub ratione infiniti
non esset actus comprehensivus et contra
quod talem actum circa obiectum infinitum non
habemus nec possibile est habere. Ad 4m
dico quod non debet intelligi contemplator
sit stare sub deo in aliqua creatura
quia hoc esset finem intendis quod est summa
beatitudo 2m ang. 83 q. q 30 sed conceptu
essentie illius sub ratione entis est superi-
or conceptu eius ut hec essentia et quia
superior ideo inferior in intelligendo eo
contemplator autem de lege communi stat in
tali conceptu quo et ideo stat in aliquo
conceptu qui est inferior intelligibili
quam deus ipse ut hec essentia et ideo
debet intelligi ad aliquid quod est sub
deo hoc est ad aliquid in ratione intelli-
gibilis intelligibilitas est inferior intel-
ligibilitate in se ut est hec essentia sin-
gularis. Ad arta 3 prima op. tamen
arguitur quod deus non potest intelligi in
aliquo conceptu communi sibi et creature
univoco et hoc in 1 quia est singularis
quedam. Dicendum quod non valet for-
tis inquantum forma est singularis tamen
a forte possunt abstrahi plura predica-
ta et ideo singularitas alicuius non con-
cludit quin ab eo quod est singulare
possit abstrahi aliquis conceptus communis
et licet quodcumque est ibi in re sit ex se
singulare in existendo ita quod ibi nihil
contrahit aliud ad singularitatem tamen illud potest

concipi ut hic in re vel alio modo
indistincte et ita ut singulare vel
commune. Et dicat de cognitione parvus
non oportet improbare quia quando parvus
cognoscitur in attributo sed non per se sicut
probatum est. Ad 2 quod dico quod triplex
est ordo intelligibilium. Unus originis
sive secundum generationem. Alius perfectionis. 3us
adequationis sive totalitatis precise. De
duabus primis patet hic tertio metaphysice
c. a. b. que sunt priora secundum generationem
sunt posteriora secundum perfectionem. De 3o habetur
1 posteriorum in diffinitione universalis ibi enim
primo dicit perfectione et adequationem.
Loquendo primo de ordine originis
videndum est primo de cognitione actuali
2o de habituali. Quantum ad primum pre-
mitto duo. Primum est quod conceptum simpliciter
simplicem voco illum qui non est reso-
lubilis in plures conceptus ut con-
ceptus entis vel ultime differentie. Concep-
tus vero simplex sed non simpliciter simplex
est quicumque potest concipi ab intellectu ac-
tu simplicis intelligentie licet posset
resolvi seorsum in plures concep-
tus conceptibiles. 2o premitto quod
aliud est confuse intelligere et aliud
est intelligere confusum. Confusum enim illud
est quod indistinctum. Et sicut est duplex
distinguibilitas ad propositum scilicet totius
essentialis in partes essentiales et totius
universalis in partes subiectivas ita est duplex
indistinctio duplicis totius predicti ad
suas partes. Confusum enim intelligitur
quod intelligitur aliquid alio istorum
modorum. Sed confuse dicitur aliquid con-
cipi quod concipitur sicut exprimitur per nomen
distincte autem concipitur quod concipitur
sicut exprimitur per diffinitionem. His
premissis primo pono ordinem ori-
ginis in cognitione actuali eorum que
concipiuntur confuse. Et quantum ad hoc dico
quod primum cognitum confuse actualiter est species

specialissima cuius singulare efficacius
et fortius primo movet sensum. Et hoc
supposito quod singulare non possit sub
propria ratione intelligi de quo alias lo-
quor. Cum modo de illis que tantum
est intelligi secundum ordinem originis. Probo con-
clusionem propositam sic. Causa naturalis
agit ad effectum suum secundum ultimum sue
potentie quando non est impedita igitur
ad effectum perfectissimum quem primo potest
producere primo agit. Omnia autem con-
currentia ad istum actum primum intel-
lectus sunt cause naturales que prece-
dunt ordine actum voluntatis et non sunt
impedite ut patet. Igitur primo producitur
perfectissimus conceptus in quem possunt. Ille
autem non est nisi ille conceptus speciei
specialissime. Secundo si enim aliquis alius
puta alicuius generis esset perfectissimus
in quem ista possent tunc conceptum illius
generis sicut imperfectior conceptu speciei specialis-
sime sicut pars est imperfectior toto
sequitur quod illa non possent in conceptum
illius speciei ita umquam tamen conceptum
illum. 2o sic secundum autem 1 metaphysice c. 3 metaphysica
est ultima in ordine doctrine igitur prima
omnium aliarum scientiarum et terminus eorum sunt
concipi autem principia metaphysice sed hoc non esset
si oportet primo actualiter concipi concep-
tus communiores quam conceptus specierum
specialissimarum. Tunc enim oportet eius
et hoc primo concipi et ita magis sequitur
metaphysicam esse primam in ordine doctrine.
3o quia si oportet percipere conceptus
universales ante conceptum talis speciei tunc
supposito tamen de singularis motis sensum et
intellectum existente soluto oportet ponere
magnum tempus antequam conciperetur species
illius singularis primo sensati quia oportet
prius intelligere omnia predicta quia
dicta in quid de illa specie secundum ordinem

Secundo dico de cognitione actuali dis-
tincte conceptorum et dico quod ens est ex quo
primum sit conceptum et quantum et que sunt
sibi propinquiora sunt priora quam remo-
tiora positione. Hoc probo sic ex primo
premisso nichil concipitur distincte nisi
quando concipiuntur omnia que includuntur
in ratione eius essentiali ens includitur
in omnibus conceptibus quidditativis infe-
rioribus igitur nullus conceptus inferior
distincte concipitur nisi concepto ente
ens autem non potest concipi nisi distincte
quia hic conceptus simpliciter simplicem
igitur potest concipi distincte sine aliis
et alii non sine eo distincte concepto
igitur ens est primus conceptus distincte
conceptibilis. Ex hoc sequitur quod que sunt
sibi propinquiora sunt priora quia cognoscitur
distincte licet per diffinitionem que inquiritur
per viam divisionis incipiendo ab
ente usque ad conceptum diffiniendi. in divi-
sione autem prius occurrunt concepta com-
munia ut genus et differentia eius in quibus concipitur
distincte conceptus inferior. Per hoc autem
ubi prius metaphysica est prima in ordine
sciendi distincte quia ipsa habet
stabilire principia aliarum scientiarum igitur
eius cognoscibilia sunt prima distinc-
te cognoscibilia. nec in hoc contradicit
sibi autem quod posuit eam ultimam in ordine
doctrine et primam in sciendo distincte
quia sicut patuit ex illa questione
de proposito per se nota principia aliarum
scientiarum sunt per se nota ex conceptu ter-
minorum sed ex metaphysica scita postea
est possibilitas inquirendi quidditatem
terminorum distincte et hoc modo non tantum
aliarum scientiarum specialium nec principia
earum concipiuntur ante metaphysicam sed etiam
multa preter partem metaphysice geometrie
que sunt per se nota geometrie ex conceptu

confuso. Secundo geometer inquirit geometrica non
dicitur per principiis per se notis nisi
illis que statim sunt omnia ex concep-
tu confuso terminorum qualis occurrit primo
ex sensibus puta linea est longitudo et
non curans ad quod genus pertineat linea
ut utrum substantia vel quantitas et sic modo
quantitate geometrie et aliis scientiis specialibus
sequitur metaphysica de conceptibus cognitionibus ex
quibus potest fieri redditio per viam diviso-
nis ad inquirendum quidditatem terminorum
in scientiis specialibus et tunc ex illis quid-
ditatibus sic cognitis distinctis cog-
noscuntur principia scientiarum specialium quorum
prius cognoscuntur etiam multa principia
que non erant prius nota ex terminis
confuse cognitis. Et hoc modo patet quo
metaphysica est prima et quo non prima. Sed
comparando ordinem concipiendi confuse ad
ordinem concipiendi distincte quis prior dico
quod totus ordo conceptionis confuse prior est
et ideo primum in illo ordine est simpliciter
primum et hoc probatur per auctoritatem ante pre-
dicta de ordine metaphysice ad alias scientias
speciales. Contra hoc obicitur quod primo
physicorum confusa sunt prius nota id est magis universalia
quod probatur quia pueri appellant primo omnes
homines patres postea distinguunt unum-
quemque igitur prius cognoscit patrem sub
ratione hominis quam sub ratione huius hominis
hoc idem probatur autem de eo quod
videtur a remotis quia prius cognoscitur
sub ratione corporis quam sub ratione animalis
et prius hominis quam huius hominis. hoc
etiam patet quia in ordine via compositiva
est ante resolutiva igitur ita est in
intellectibus simplicibus. Ad primum dico
quod sicut est duplex confusum scilicet totum universale
et totum essentiale ita utrumque in suo
ordine est primum sed simpliciter primum est
illud quod est primum in ordine confuse

cognoscendi quia processus naturalis
de imperfecto ad perfectum est per medium
confuse autem cognoscendi est quasi me-
dium inter ignorantiam vel distincte cog-
noscere. et ideo confuse cognoscere est ante
quamlibet distincte cognoscere. quod autem
dicit de pueris concedo quod species prius intel-
ligitur ante singulare. dixi enim quod
species est primum intelligibile sed ideo non
contradicit de genere et specie prius enim
concipitur albedo quam color in ordine
cognitionis confuse. quia color sub ratione
coloris non cognoscitur nisi sub ma-
iori abstractione quam sit abstractio
albedinis ab hac albedine et illa
et illa abstractio maior est et difficilior
quia est a minus similibus. Ad illud
autem dico quod quando obiectum non est debite
approximatum non movet ad cognos-
cendum se sub perfectissima ratione sed sub
aliqua imperfecta et tunc intellectus sequens
speciem talis obiecti oportet quod sit talis obiecti universalis
enim species causat sub ratione singularis. Sed
quando obiectum est in debita proportione ut
possit movere speciem sub ratione sua propria
tunc intellectus sequens speciem talem
habet notitiam talis obiecti prius sub ratione
speciei quam sub ratione generis. Ad 2m
dico quod utrobique proceditur ab inclu-
dente ad inclusum, ita in simplicibus
sicut in complexis. sed in simplicibus
includens est infimus in complexis in-
cludens est principium respectu conclusionis. Quantum
ad notitiam habitualem sive virtualem
expono primo quid intelligo per notitiam
habitualem. voco quando obiectum sit presens
intellectui in ratione intelligibilis actu ut
intellectus statim possit habere actum
elicitum circa illud. virtualem voco quando
aliquid intelligitur in aliquo ut pars
intellecti primi non autem ut primum
intellectum sive ut totale terminans

intellectionem. Hoc patet per exemplum. Voco
virtualiter quod est per primum intellecto
actu. non enim potest esse actualiter
intellectum nisi esset propria intellectione
intellectum que esset ipsius principaliter
terminus obiecti vel termini totalis. Quantum
ad istam notitiam habitualem vel virtua-
lem dico quod cognitio sit prius non
via generationis. quod probatur quia sicut di-
verse forme perficientes idem perfectibile ordine
quodam nature sunt inter se et una
perficit illud ita si eadem forma contineret
in se virtualiter perfectionem illarum formarum
ordinatarum quasi completo ordine nature perfi-
ceret illud perfectibile sicut si forma cor-
poris et substantie essent alie forme per prius
informaret forma substantie deinde for-
ma corporis etc. ita si una forma includit
virtualiter omnes illas ipsa quasi prius
perficeret materiam sub ratione substantie quam sub
ratione corporis et semper in ista via gene-
rationis imperfectius est prius quia proceditur
a potentia ad actum. igitur sicut concep-
tus plures communiores et minus communes
habituales vel virtuales nati sunt perfi-
cere intellectum via generationis quod imperfectius
semper est prius ita si unus conceptus
includat omnes istos virtualiter prius
perficeret sub ratione concepti communioris
et ulterioris quam sub ratione concepti particularis.
Hec de ordine originis sive generationis.
Nunc de ordine perfectionis distinguo
quod perfectius intelligibile a nobis potest intel-
ligi dupliciter aut simpliciter aut secundum proportionem
exemplum visio aquile de sole est simpliciter
perfectior respectu solis quam visio mea
respectu candele et tamen visio mea
perfectior est proportionabiliter. plus habet
de ratione visionis secundum proportionem adve-
nientem candele quam habeat visio aqui-
le de ratione visionis respectu visibilis.

plus ista d' hetur a pho xi de aia-
libus ubi vult quod licet de nobilibus
habeamus minimam cognitionem quod est
intelligendum proportionaliter tamen illa est
desiderabilior cognitione magna que
potest haberi de nobilibus que est magna
in comparatione ad illa cognoscibilia. Lo-
quendo de ordine perfectionis cognitionis
simpliciter dico quod perfectissimum cognoscibile
a nobis etiam naturaliter est deus secundum
in hac ponit phus beatitudinem na-
turalem x. ethicorum et post ipsum species spe-
cialissima perfectior in universo et deinde
species proxima illi et sic usque ad spe-
ciem ultimam et post omnes species spe-
cialissimas genus proximum abstrahi-
bile a specie perfectissima et sic semper resol-
vendo et ideo omnium istorum est quod attin-
git actualis obiectum et perfectius est in-
tellectio perfectior simpliciter quia habet
essentialem perfectionem ex parte intellectus
equalem cum quacumque alia intellec-
tione vel non minorem et habet perfectionem mul-
to maiorem ex parte obiecti que duo scilicet per-
fectio obiecti sunt causa perfectissime intellec-
tionis. Loquendo de nostra perfectione secundum
proportionem ad cognoscibile dico quod sensibi-
lia a potentiis sensibilibus et eos effi-
cacius moventia sunt perfectius cognoscibilia
secundum proportionem quia intellectus non plus
attingit ad illa secundum gradum cognoscibi-
lem et que sunt remotiora ab illis sunt
minus cognoscibilia secundum proportionem sive cog-
noscibilitatis de primitate tertia scilicet adequa-
tionis dicetur in sequenti questione. Ad argumenta
huius questionis ad primum dico quod quando non
valet est primum eius igitur primum cognitum
a nobis licet sequatur igitur est primum cognos-
cibile quantum est de se et ita hic intelli-
gitur de qua loquitur phus 2o metaphysice
per essentiam rei in se sive per intelligibilitate

eius ex parte sui non propter aliquid
quod res sicut se habet ad entitatem ita
se habeat ad cognoscibilitatem nisi respectu
illius intellectus qui respiciat intelli-
gibilia secundum gradum proprie cognoscibilita-
tis qualis non est noster sed maxime
cognoscit sensibilia. Ad secundum dico quod quando
non valet nisi in causis precisis patet in
exemplo sol eclipsis est cognoscibilis ex du-
plici causa per duas potentias scilicet per sensum
et per intellectum demonstrationem huius numquam
cognoscitur perfectissime nisi cognito
perfectissime principio demonstrationis non tamen
sequitur igitur numquam cognoscitur nisi
cognito principio demonstrationis habet
enim aliam causam qua cognosci potest quia
ista non est precisa causa cum per aliam non
potest ita perfecte cognosci sicut per istam
quia ista causa scilicet demonstratio qua cog-
nosci potest ab intellectu est causa perfectionis
cognitionis quam alia qua scilicet potest cognosci
per sensum ita est in proposito quia creatura
licet possit causam sue cognitionis que
est essentia divina habeat causam aliam
illius cognitionis scilicet essentiam propriam que
nata est gignere notitiam sui numquam
tamen per motionem suam cognoscitur ita per-
fecte sicut per essentiam divinam non sequitur
igitur ab effectu ad causam arguendo scilicet perfec-
tissime perfectissime igitur simpliciter simpliciter
quia illud quod perfectissime percipitur
potest esse causa precisa perfectissime percipi-
endi que sine simpliciter non est causa
precisa effectus in genere. Ad 3m dico
quod maior est vera loquendo de primitate
perfectionis sed non adequationis ex quo
numquam est ipsio circa aliquam subiectionem
huius vel illius coloris precise ita quod non
sub ratione huius vel illius coloris puta
albi vel nigri nisi illud videatur a
remotis vel imperfecte visio igitur alicuius

sub ratione coloris precise non est perfectissima sed imperfectissima. perfectissima igitur operatio potentie est circa primum obiectum eius ut est primum perfectione non adequatione quod scilicet est perfectissimum contentorum sub primo obiecto adequato et ideo dicit philosophus X ethicorum quod delectatio perfecta est in operatione circa optimum obiectorum que sunt sub potentia vel sub aliquo obiecto adequato potentie. probat igitur ratio illa quod deus est primum cognitum vel perfectissimum sed non primum adequatione ut patebit in sequenti questione. Ad dictum oppositum illa ratio est et hoc quantum ad secundam questionem de indeterminato negative et privative si intelligatur de primitate originis quam dixi supra in 2o membro 2e questionis. Et cum arguitur quod indeterminatum negative est magis indeterminatum quam indeterminatum privative nego loquendo de indeterminatione ad propositum qualis scilicet est in primo intellecto quia indeterminatum negative est singulare et tale non est magis indeterminatum quam indeterminatum privative. Indeterminatio autem negativa vel repugnantia ad determinari et si sit maior aliquo modo quam indeterminatio privativa non tamen tale indeterminatum occurrit primo intellectui quia tale non est confusum sed distinctum cognoscibile. Ad etiam arguitur in 2o membro quod non rationali deus est ultimum cognitum quia prius cognoscitur illud a quo fit abstractio quam abstractum. Licet non est verum nisi ponendo abstractionem quendam discursum a noto ad aliud ita quod illud a quo fit abstractio sit cognitum et aliud sit cognitum per ipsum et si ita intelligatur abstractionem talis cognitio per abstractionem non est prima cognitio abstracti. Sed cum ita cognoscitur deus per creaturam oportet presupponere de deo aliquem conceptum ad quem discurritur quia discursus presupponit aliquem conceptum de termino eius ad quem currit. igitur propositio quam accipit est falsa vel saltem non concludit deum esse primum cognitum antequam cognoscitur ratione quam forte concedet. Ad aliud autem addit quod deus ut est primum cognitum naturaliter non distinguitur ab aliis quia non concipitur in aliquo in quo distinguatur a creatura. Ideo videtur contradicere sibi ipsi predicens quod est primum cognitum naturaliter ut est indeterminatum negative et in sic conceptu distinguitur a creatura quia ipse non convenit creature.

Circa 3m questionem arguo quod sic quia ex precedenti questione deus est primum vel perfectissimum inter omnia cognoscibilia. primum autem in unoquoque genere est causa aliis essendi secundum 2 metaphysice sicut primum calidum est causa caloris omnibus aliis igitur deus est causa cognoscendi et ideo omnibus aliis igitur est primum obiectum intellectus. Preterea unumquodque sicut se habet ad esse et ad cognitionem sed nichil est ens per participationem nisi ab ente per essentiam igitur nec cognoscitur nisi per rationem entis per essentiam. Prius cognitum igitur ens per essentiam est ratio cognoscendi alia. Confirmatur per Aug. 8 de trinitate c. 3 non intelligeremus aliud esse melius alio in bonitate divina nisi esset nobis impressa notitia boni. videtur autem ubi loquitur de bono indeterminato negative quod scilicet non est determinabile quale est bonum primum. In questione ista est una opinio que dicit quod primum obiectum intellectus nostri est quidditas rei materialis ideo ponitur quia potentia proportionatur obiecto est autem potentia cognitiva simplex quedam separata a materia et in essendo et in operando ut pr

intellectus separatus alia coniuncta
materie in cognoscendo et in operando ut potentia
organica. Ultima est que perficit materiam in
cognoscendo sed non utitur organo materiali in
operando ut intellectus noster. Istis habitis
concludit conclusionem responsivam. Prima conclusio
de quiditatibus omnino separatis a materia
[illegible] omnino materiale igitur tunc conclu-
dit quiditates rei materialis que et si
sit in materia cognoscatur tamen non ut in materia
singulariter. Contra hoc non potest sustineri a theo-
logo quia intellectus existens eadem
potentia cognosceret per se quidditatem
substantie immaterialis sicut patet 2o super de anima
libro. Potentia autem manens eadem non
potest habere actum circa aliquid quod non
continetur sub suo primo obiecto. Et si di-
cas elevabitur per lumen glorie ad hoc
quod cognoscat illas substantias immateriales.
Contra obiectum habitus continetur sub obiecto
primo potentie vel saltem non excedit.
Si enim vel habitus excederet respiciendo
respiceret aliquod obiectum non contentum
sub obiecto primo potentie sed excedit. Tunc
non esset habitus illius potentie sed faceret
ipsam non esse eandem potentiam sed aliam.
Confirmatur quia omnis potentia in primo
signo nature in quo ponitur vel cum tali
potentia habeat tale obiectum primum per
nichil posterius natura presupponens ipsam
potentiam potest fieri aliud obiectum primum
eius. Omnis enim habitus naturaliter presupponit
potentiam. Si etiam hec opinio poneretur
a philosopho puta si poneret quod intellectus
noster propter suam infimitatem inter intel-
lectus et propter coniunctionem suam cum virtute
fantastica in supposito cognoscente habet
ordinem in movendo ad fantasma sicut fantasma
habet ordinem in movendo ad sensibilia [illegible] et ideo
sicut [illegible] fantasma non movetur ab aliquo
nisi quod est obiectum sensus [illegible] licet alio [illegible]
cognoscat idem obiectum ita diceret quod

intellectus noster non tunc pro aliquo
statu attingit sed ex natura potentie
non posset aliquid intelligere nisi abs-
tractibilia a fantasmate. Contra hoc arguitur
tripliciter. Primo quia dependentia naturalis est
in intellectu cognoscente effectum ad
cognoscendum causam et in cognoscente
causam in universali ad cognoscendum illam in
particulari et distincte. Dependentia autem
naturalis non est ad impossibile ex natura
desiderantis quia tunc esset frustra. Igitur
non est impossibile intellectum ex natura
intellectus cognoscere substantiam immaterialem
in particulari ex quo cognoscit materialem que
est effectus eius et ita primum obiectum eius
non excludit immateriale. Secundo nulla potentia
cognoscit per obiectum aliquod sub ratione communiori
quam sit ratio sui obiecti primi quia tunc illa
ratio non esset adequata [illegible] visus enim
non cognoscit aliquid sub ratione communiori quam
sit ratio coloris vel lucis. Sed intellectus
cognoscit aliquid sub communiori ratione quam
sit ratio ymaginabilis quia sub ratione
entis in quantum aliquin metaphysica non esset
scientia intellectui nostro. Tertio tamen et
redit quasi in idem cum 2o. Quidquid per se
cognoscitur a potentia cognitiva vel est
eius obiectum primum vel continetur sub eo.
Ens autem ut est communius sensibili per se intel-
ligitur a nobis aliter metaphysica non esset
scientia magis transcendens quam physica.
Igitur nichil minus [illegible] quam ens potest
esse obiectum primum intellectus nostri quia
tunc ens nullo modo intelligeretur a nobis.
Videtur ergo supponi [illegible] in dicta opinione
de primo obiecto loquendo de potentia ex
natura potentie. Ex quo patet quod si per [illegible]
istius opinionis salvatur prima [illegible]
quod [illegible] non intelligitur deus quod primum
obiectum intellectus est quiditas rei sensibilis
[illegible] tunc [illegible] fundamento. Con-
gruencia etiam que adducuntur pro opinione

nulla est potentia cum et obiectum non oportet assimilari in modo essendi sunt enim se sicut motivum et mobile et ita se habent ut dissimilia quia ut actus et potentia sunt sub proportione quia proportio ista requirit dissimilitudinem proportionatorum sicut quantum est in proportione patet de materia et forma de parte et toto et rebus proportionibus igitur ex tali modo essendi potentie non potest includi similitudo modus essendi modo. Contra hoc obicitur quia licet agens factivum possit esse dissimile obiecto quod est ibi passivum tamen operans operatione cognitiva oportet assimilari obiecto. Ita quod operatur quia non est ibi passivum sed magis agens et assimilans omnes enim antiqui concordabant quod cognitio fit per assimilationem ut etiam arguitur quod dicit eis in hoc igitur hic requiritur non tantum proportio sed et similitudo. Responsio dicendum est loqui de potentia in se aliud de ipsa inquantum est sub actu secundo ut in dispositione proxima ad actum secundum que sit aliud a natura potentie. Tunc autem quod potentia cognoscens assimilatur cognito hoc verum est per ipsum actum cognoscendi qui est quedam similitudo obiecti ut per speciem disponentem de proximo ad cognoscendum sed ex hoc concludere ipsum intellectum in se naturaliter habere modum suo essendi similem modo essendi obiecti ut equivocum est facere fallaciam accidentis et secundum quid sicut non sequitur enim paries induitur assimilatur rebus igitur eius in se habet similem modum essendi modo essendi rerum ut magis ad propositum oculus videns per speciem obiecti assimilatur obiecto igitur visus ut oculus in se habet similem modum obiecti et ita ultra sicut quedam visibilia habent materiam que est in corruptionis ut natura quedam carent tali materia ut corpora

celestia ita erit quidam visus in tali natura quidam sine tali ut quidam organum tale et quidam non tale. Vel adhuc magis ad propositum ydea in mente divina que est similitudo obiecti est immaterialis igitur lapis cuius est et immaterialis. Preterea ergo convenientiam illam non video quoniam actus intellectus ex natura potentie ad obiectum possibile ita quod non excedat simpliciter nisi in modo cognoscendi. Illa opinio dicit quod primum obiectum intellectus est deus cuius rationes fundamentales sunt ille que adducte sunt ad primam partem questionis ar. ad primum et ipsos eas ponit deum esse primum obiectum voluntatis quia in deo diligimus omnia alia et adducit augustinum de tri. x. ca. cur aliud diligimus quam credimus ipsum et non diligimus ipsam formam ubi videmus quid sit iustus animus ut et nos iusti esse possimus an non nisi diligeremus istam nullo modo eum diligeremus quem ex ista diligimus sed dum iusti non sumus minus eam diligimus qua ut iusti esse valeamus. Contra opinio istam arguo sic primum obiectum naturale alicuius potentie habet naturalem ordinem ad istam potentiam. Deus autem non habet naturalem ordinem ad intellectum nostrum sub ratione motivi nisi forte sub ratione generalis attributi sicut ponit illa opinio igitur non est primum obiectum nisi sub ratione alicuius attributi et ita illud attributum erit generale erit primum obiectum ut secundum aliam opinionem quia pro statu isto deus non intelligitur nisi sub ratione entis non habebit naturalem ordinem nisi sub tali conceptu. Deus quod autem non intelligitur nisi in aliquo quod non est primum obiectum intellectus sed magis illud quod ergo. Secundum item est quod habet primitatem adequationis preter

communitatis quia non dicitur de omni opposito
per se intelligibili a nobis sed sub aliquam
primitate adequationis licet hoc esset
propter virtutem quia sic contineat in se
virtualiter omnia per se intelligibilia sed
non propter hoc esset obiectum adequatum in-
tellectus nostri quia alia entia movent
intellectum nostrum propria virtute ita quod
intelligentia divina non movet intel-
lectum nostrum ad se et ad omnia alia
cognoscibilia cognoscenda sicut autem
predictum est in questione de subiecto theolo-
gie essentia dei ideo est primum obiectum intel-
lectus divini quia ipsa sola movet
intellectum divinum ad cognoscendum se et
omnia alia cognoscibilia ab illo in-
tellectu. Per easdem rationes probatur
quod non possit poni primum obiectum intel-
lectus nostri substantia in quantum propter attributionem
omnium accidentium ad substantiam quia accidentia ha-
bent propriam virtutem motivam intellec-
tus non movet ad se et ad omnia alia
Ad questionem igitur dico quod nullum potest
poni primum obiectum intellectus nostri propter
talem adequationem virtualem propter
rationem tactam contra primitatem [illegible]
virtualis in deo vel in substantia vel igitur
nullum ponetur primum obiectum vel oportet
ponere primum adequatum propter communitatem
ipso quod si ens ponatur equivocum creato
et increato substantie et accidenti cum omnia ista
sint per se intelligibilia a nobis non
videtur posse poni primum obiectum intel-
lectus nostri nec propter virtutem nec propter
communitatem. Sed ponendo illam positionem quam
posui in prima questione huius distinctio-
nis de univocatione entis potest aliquo
modo salvari aliquod esse obiectum intel-
lectus nostri primum. Ad quod intelligendum
primo declaro qualis sit univocatio
entis et ad que secundo ex hoc propositum
Quantum ad primum dico quod ens non est
univocum dictum in quid de omnibus

per se intelligibilibus quia non de differentiis ulti-
mis nec de propriis passionibus entis
Primum scilicet de differentiis ultimis probo dupliciter
primo sic si differentie includant ens univo-
catum dicendum de eis et non sunt omnino eadem
igitur sunt diversa aut differentia diversa non
quia diversa sunt que se ipsis differunt
et nullum commune predicatur de eis univoce ex v. et
x. metaphysice igitur sunt differentia quod aliis differentiis
differunt quod si ille alie includant
ens quidditative arguitur de eis
sicut de prioribus et ita erit processus
in infinitum in differentiis vel stabitur ad ali-
quas non includentes ens quidditative
quod est propositum quia ille sole erunt ul-
time. Secundo sic sicut ens compositum com-
ponitur ex potentia et actu in re ita
conceptus compositus per se unus compo-
nitur ex conceptu potentiali et actuali sive
ex quantum determinabili et determinante sicut igitur
resolutio entium compositorum stat ultimo
ad simpliciter simplicia puta ad ac-
tum ultimum et potentiam ultimam que sunt
primo diversa ita quod nichil unius inclu-
dat aliquid alterius alioquin hic non
esset primo actus nec illud esset primo
potentia quod enim includit aliquam
potentialitatem non est primo actus ita
oportet in conceptibus omnem conceptum non
simpliciter simplicem et tamen per se unum
solvi in conceptum determinabilem et determi-
nantem ita quod ista resolutio stet
ad conceptus simpliciter simplices scilicet ad con-
ceptum determinabilem tantum ita quod nichil
determinans includat et ad conceptum tantum
determinantem qui non includat aliquem
conceptum determinabilem. Ille conceptus tantum
determinabilis est conceptus entis et deter-
minans tantum est conceptus ultime differentie
igitur isti erunt primo diversi ita quod unum
nichil includit alterius. Secundum scilicet de
passionibus entis probo dupliciter primo sic

ra° p se 2° mo pt de sbo 1. posterior
igitur subiectum ponitur in diffinitione passio-
nis sicut additum ex eodem primo et
4. metaphysice igitur ens in diffinitione sue pas-
sionis cadit ut additum hic enim
passiones proprias ut patet per philosophum 2°
metaphysice ubi vult quod sicut lineam inquantum
linea hic passiones et unius inquantum
unius ita sunt alique passiones entis
inquantum ens si ens cadit in ratione
earum ut additum igitur non est per se primo
modo in ratione quidditativa earum.
Confirmatur per philosophum primo posteriorum
de statu principiorum ubi vult quod pre-
dicationes per se non continuatur ita quod si
predicatum dicitur de sbo per se equivoce
dicitur non per se sed per accidens igitur si
ista est per se 2° modo ens est unum
ista unum est ens non est per se 2°
modo sed quasi per accidens sicut ista risibi-
le est homo. 2° sic ens videtur
sufficienter diuidi tamquam in illa que
includunt ipsum quidditative et ens
increatum et in x genera et in partes
essentiales x generum saltem quod
sit de istis non videtur hec plura
dividencia quidditative igitur si
unum vel verum includant ens quidditative
continebitur sub aliquo istorum sed non
est aliquid x generum patet nec ex se
est ens increatum quia convenit entibus
creatis igitur est species in aliquo genere
vel principium essentiale alicuius generis
sed hoc est falsum quia omnis species cuius-
cumque generis et omnis pars essentialis in
quocumque genere includit limitatem et ita
quecumque existendens esset de se finitum
et per consequens repugnaret infinito enti
nec posset dici formaliter de ipso quod
est falsum quia omnia transcendentia sunt
perfectiones simpliciter et conveniunt deo in
summo. 3° patet argumentum et in hoc confirmatur

etiam primo ratio ad hanc conclusionem
quia si unum includit ens quiddita-
tive non includit per se ens quod unum
illud ens esset passio sui ipsius igitur
includit ens et aliquid aliud quod
aliud sit a aut igitur a includit ens
aut non si sic tunc unum bis includit
ens et esset processus in infinitum vel
ubicumque stabitur illud ultimum quod
est de ratione unius et non includit
ens vocetur a unum igitur ratione cuius
inclusi non est passio quia idem non
est passio sui et per consequens illud aliud
inclusum quod est a est primo pas-
sio et est tale quod non includit ens
quidditative et ita quodcumque est primo
passio entis ex hoc non includit ens
quidditative et ita quodcumque est primo pro-
entis ex hoc non includit ens
quidditative. Quantum ad 2m articulum
principalem dico quod ex istis 2orum rationibus
sequitur quod nichil possit esse communius
ente et ens non possit esse commune univocum
dictum in quid de omnibus intelligibilibus
per se quia non de differentiis ultimis nec
de passionibus suis sequitur quod nichil
est primum obiectum intellectus nostri propter
communitatem inquid ad omne per se intelli-
gibile et tamen hoc non obstante dico quod
primum obiectum intellectus nostri est ens quia
in ipso concurrit duplex primitas scilicet communitatis
et virtualitatis nam omne per se intelli-
gibile aut includit essentialiter rationem
entis aut continetur virtualiter vel essen-
tialiter in aliquo includente essentialiter
rationem entis omnia igitur genera species
et individua et omnes partes essentiales
generum et ens increatum includunt ens
quidditative omnes differentie ultime inclu-
duntur in aliquibus istorum essentialiter omnes
passiones entis includuntur in ente et
in suis inferioribus virtualiter igitur illa

quibus ens non est univocum in quid
includitur in illis quibus ens est
univocum et ita patet quod ens habet primitatem
communitatis ad prima intelligibilia id est ad con-
ceptus quidditativos generum et specierum
et individuorum et partium essencialium omnium
istorum et entis increati et habet primitatem
virtualitatis ad omnia intelligibilia inclu-
sa in primis intelligibilibus id est ad conceptus
quidditativos differenciarum ultimarum et propriarum
passionum. Ex autem supposita communitatem
entis in quid ad omnes conceptus quid-
ditativos predictos probatur de omnibus
illis duabus racionibus positis in prima
questione huius distinctionis ad probandum communitatem
entis ad ens creatum et increatum quod nic-
hil pateat per tractatum eas aliqualiter pro
maiori parte. De quocumque predictorum concep-
tuum quidditativorum quod intellectus
certus est ipsum esse ens dubius de differenciis
contrahentibus ens ad talem conceptum
igitur conceptus entis ut convenit illi con-
ceptui est alius a conceptibus illis
inferioribus de quibus intellectus est du-
bius et ita alius quod inclusus in utroque
inferiori conceptu nam dicere ille contra-
hentes supponunt eundem conceptum
entis communem quem contrahunt. 2a racio
pertractata sicut sicut argutum est quod deus
non est cognoscibilis naturaliter a nobis
nisi ens sit univocum creato et increato ita
potest argui de substancia et accidente. Si enim
substancia non immutat immediate intellectum
nostrum ad aliquam intellectionem sui sed
tantum accidens sensibile sequitur quod nullum con-
ceptum quidditativum habere poterimus de substancia
nisi aliquis talis possit abstrahi
a conceptu sed nullus talis conceptus
quidditativus est abstrahibilis a concep-
tu accidentis nisi conceptus entis. Quod
autem suppositum est de substancia scilicet quod non immu-
tat immediate intellectum nostrum ad actum
ita sequitur quia quandoque presens immutat
intellectum illius absencia potest naturaliter
cognosci ab intellectu quando non immutatur
patet ex 2o de anima ubi dicitur quod visus
est tenebre perceptivus quando scilicet lux non
est presens et ideo visus tunc non immutatur non
si igitur intellectus naturaliter immutatur
immediate ad actum a substancia creata ipsum
sequeretur quod quando substancia non est presens
possit naturaliter cognosci non esse presens et ita
naturaliter cognosci posset in hostia altaris
consecrata non esse substanciam panis quod
est manifeste falsum igitur nullus conceptus
quidditativus habetur de substancia immediate causatus
ab ipsa sed tantum causatus vel abstractus
primo ab accidente et ille non est nisi con-
ceptus entis. Per idem concluditur proposito
eciam de partibus essencialibus substancie.
Si enim materia non immutat intellectum
ad actum creata ipsam nec forma substancialis
quero quis conceptus simplex habebitur
in intellectu de materia vel de forma si
dicas quod aliquis conceptus relativus
puta partis vel conceptus partis pu-
ta alicuius proprietatis vel forme
quero quis est conceptus quidditati-
vus cui iste per accidens vel relativus
attribuitur et si nullus quidditativus ha-
betur nichil erit cui attribuatur iste con-
ceptus per accidens nullus autem quiddi-
tativus haberi potest nisi impressus vel
abstractus ab illo qui movet intel-
lectum puta ab accidente et ille erit concep-
tus entis et ita nichil cognoscetur
de partibus essencialibus substancie nisi ens
sit univocum eis et accidentibus. Iste rationes
non concludunt univocacionem entis in quid
ad alias ultimas et passiones quia
quilibet talis conceptus est simpliciter simplex
et ideo non potest secundum aliquid concipi et secundum
aliquid ignorari sicut patet per philosophum 9 metaphysice
in fine de conceptibus simpliciter simplici-
bus quod non est circa eos decepcio sed

est ita quidditate complexorum quod
non est intelligendum quod intellectus
simplex decipiatur formaliter circa
intellectionem quidditatis, quia intellectione
simplici non est verum vel falsum, sed circa
quidditatem compositam potest intellectus simplex
virtualiter decipi. Si enim id est in se
falsum, includit virtualiter propositionem
falsam. Quod autem est simpliciter simplex non
includit formaliter nec virtualiter propositionem
falsam, et ideo circa ipsum non est deceptio,
quia vel perfecte sive totaliter attingitur
vel non attingitur, et tunc omnino ignoratur.
De nullo igitur conceptu simpliciter simplici
potest esse certitudo circa aliquid eius et
dubitatio circa aliud. Per hoc etiam patet
ad secundam rationem supra positam, quod tale
simpliciter simplex omnino est ignotum
nisi circa se totum concipiatur. Tertio etiam
non potest videri ad primam rationem quod
ille conceptus de quo est certitudo
est alius ab illis de quibus est
dubitatio, et si ille certus salvatur
idem est in alterutro istorum duorum, vel et
univocum, ut accipitur in alterutro
eorum, sed non oportet quod insit utrique il-
lorum in quid, sed vel sic vel est eis uni-
vocum ut determinabilis ad determinantes
vel ut denominabilis ad denominantes.
Unde breviter ens est univocum om-
nibus, sed conceptibus non simpliciter simplicibus
est univocum in quid dictum de eis;
simpliciter simplicibus est univocum
non sic, sed ut determinabile vel denomina-
bile, non autem quod sit univocum eis in quid
dictum de eis, includit contradictionem. Ex
hiis patet quomodo in ente concurrit
duplex primitas, scilicet primitas communitatis in quid
ad omnes conceptus non simpliciter simpli-
ces, et primitas virtualitatis in se vel in suis
partibus inferioribus ad omnes conceptus
simpliciter simplices, et quod ista duplex
primitas concurrens sufficiat ad hoc
quod ipsum sit primum obiectum intellectus, licet
neutram per se habeat ad omnia per se
intelligibilia. Hoc declaro per exemplum: sicut
si visus esset cognoscitivus omnium pas-
sionum et differentiarum coloris in quid et omnium
specierum et individuorum, et tamen color
non includeretur quidditative in differentiis
et passionibus colorum, ad hoc visus
haberet idem obiectum primum quod modo habet,
quia discurrendo per omnia nichil
aliud sibi esset adequatum, igitur tunc non
includeret primum obiectum in omnibus per
se obiectis, sed quodlibet per se obiectum vel inclu-
deret ipsum essentialiter vel includeretur
virtualiter vel essentialiter in aliquo includente
ipsum, et ita ibi concurreret duplex
primitas, scilicet communitatis ex parte sui et primitas
virtualitatis in se vel in suis inferioribus,
et ista duplex primitas sufficeret ad rationem
obiecti talis potentie. Contra istam univo-
cationem entis arguitur per philosophum 3
metaphysice, quia secundum ipsum ibi ens non
est genus, quia tunc secundum ipsum ibidem
differentia non esset per se ens. Si autem esset
conceptus dictus in quid de pluribus differentibus specie,
videretur esse genus. Idem etiam 4 metaphysice
in principio vult quod ens dicatur de enti-
bus sicut sanum de sanis, et quod metaphysica
est una scientia non quia omnia illa de
quibus ipsa est dicantur secundum unum
sed ad unum, id est non univoce sed analogice,
scilicet substantiam; metaphysica non est univocum sed ana-
logicum. Idem 7 metaphysice dicit quod accidentia
sunt entia sicut logici dicunt non ens
esse, et non scibile esse scibile, et sicut vas
dicitur salubre; in omnibus istis exemplis
non est univocatio eius quod dicitur de
pluribus. Item posteriorum: si quis omnia
entia vocet equivoce in quid mun-
pabit. Item 1 physicorum principium est contra Par-
mendem et Melissum quoniam ens multipliciter dicitur

et arguitur quod si omnia sunt unum ens
igitur vel hoc unum ens vel illud. quod non
sequitur si ens esset univocum sicut non
sequitur omnis homo est unus homo
igitur iste unus homo vel ille unus
homo. Praeterea ratione sit si esset ens univocum
ad x genera igitur descenderet in illa per
differentias aliquas sicut igitur ille due
differentiales a et b aut igitur iste inclu-
dit ens et tunc in conceptu cuiuslibet
generalissimi includeretur infinities. Consequens
non sufficientia et tunc non ens erit de
intellectu entis. Ad primum quamvis
non oporteat dicere quod argumenta 3 metaphysice
concludant quia philosophus intendit ibi
arguere ad oppositas partes quomodo quis
disputat sicut ipse promittit in prohemio
duo autem opposita concludi non possunt
nisi alterum argumentum sit sophisticum. Unde
dicit in primo argumento ad secundam quomodo
ibi disputaret esse plures genera. Et ideo quia
pertinet ad eandem scientiam igitur non generis
una non pertinencia; quamvis etiam hoc
argumentum specialiter non oporteret tenere
quod concludat. Infert enim ibidem quod
si unum genus aut ens nulla differentia nec
una nec ens erit. Quero aut intendit
inferre quod non per se primo modo differentia sit ens
vel unum et sic conclusio non est inconveniens
de uno aut intendit inferre absolute ne-
gativam et tunc consequentia non valet non enim
si rationale est differentia respectu alicuius sequitur
quod rationale non est aliquid sed quod non est per se
primo modo animal. Tamen tenendo quod ar-
gumentum valeat concludit oppositum
magis quia propositionem removet entem ab
ente rationem generis non propter equivocationem
sed propter nimiam communitatem quia si praedicaretur per
se primo modo de differentia primo si esset equi-
vocum ad x genera esset x genera quia
de conceptus quocumque nomine significetur
habet eandem rationem generis. Ad aliud.

dicam autem quomodo hoc sit verum et
propter hoc possit concludi quod ens non
sit genus eo non praedicatio sit quod
ens non praedicatur per se primo modo de differentiis
ultimis distinguo de differentiis quod
aliqua potest sumi a parte essentiali ul-
tima que est res et non alia ab illo
a quo sumitur conceptus generis sicut
si ponatur pluralitas formarum et
genus dicatur sumi a parte essentiali pri-
ori et differentia specifica a forma ultima tunc
sicut ens dicitur in quid de illa parte
essentiali a qua sumitur talis differentia specifica
ita dicitur in quid de tali differentia in abs-
tracto ita quod sicut est in quid anima
intellectiva est ens accipiendo eun-
dem conceptum entis secundum quod dicitur de
homine vel de albedine ita hoc est
in quid rationalitas est ens si rationalitas
sit talis differentia sed nulla talis differentia est
ultima quia in tali continentur rea-
litates plures aliquo modo distincte
tali differentia vel non ydemptitate qualem
dixi in questione prima de unitate esse-
ntie essentiam et perfectionem personalem
vel materialem sicut alias exemplabitur et
tunc talis non potest concipi nisi quid et nisi
aliqua realitate et perfectionem et secundum
aliquam ignoratam et ideo talis nature
conceptus non est simpliciter simplex sed
ultima realitas seu perfectio realis
talis nature a qua ultima realitate
sumitur ultima differentia omnino simplex ista
realitas non includit ens quiddita-
tive sed habet conceptum simpliciter simplicem
unde si talis realitas sit a hec non
est vera a in quid a est ens in quid
sed per accidens et hoc sive a dicat istam rea-
litatem sive differentiam in abstracto sumptam
a tali realitate dixi igitur prius quod
nulla differentia simpliciter ultima includit ens
quidditative quod est simpliciter simplex

sed aliqua differentia sumpta a parte essentiali que per se est unius in re alia a natura a qua sumitur genus illa natura non est simpliciter simplex et includit ens in quid ex hoc autem quod talis differentia est ens in quid sequitur quod ens non est genus propter nimiam communitatem suam. nullum enim genus dicitur de aliqua differentia inferiori in quid neque de illa que sumitur a forma neque de illa que sumitur ab ultima realitate forme sicut patebit distinctione 8. quia semper illud a quo sumitur conceptus generis est potentiale respectu sui ad illam realitatem a qua accipitur conceptus differentie sive ad illam formam si differentia sumatur a forma. Si arguas contra hoc quod si rationale includit ens quidditative et quelibet differentia consimilis que sumitur a parte essentiali non ab ultima realitate eius igitur addendo talem differentiam generi erit nugatio eo quod ens bis dicitur. Respondeo quod duo inferiora per se habent ad invicem quod unum denotat ad illud quod prius denotat seipsum sicut albedo que est inferior ad ens denotat quod est etiam inferius ad ens et ideo sicut est denominativa istius album est album ita ens est superius ad album per denominare album sive ens particulariter superius per animali puta si illud denominativum esset ens tale sicut esset unum aliquod ens est entale sicut ibi concedo denominationem accidentalem nec tamen idem denotat se omnino eodem modo conceptum ita hic animal rationale in animali includitur ens quidditative et in rationali includitur ens denominative et sicut rationalitas est ens ita rationale denominatur ab ente esset igitur hic nugatio homo animal rationalitas non autem hic homo animal rationale sicut esset hic homo animal albedo non autem hic homo animal album. Ad [illegible] [illegible] metaphysice dico quod philosophus X metaphysice conce-

dit ordinem essentialem inter species eiusdem generis vult enim ibi quod in quolibet genere est unum primum quod est mensura aliorum mensuratorum autem habent essentialem ordinem ad mensuram et tamen non obstante tali attributione concedit quod licet esse unum conceptum generis alias genus non predicaretur in quid de pluribus differentibus specie. Si enim genus non haberet conceptum alium a conceptibus specierum nullus conceptus diceretur in quid de pluribus sed in quolibet de seipso et tunc nichil predicaretur ut genus de specie sed ut idem de eodem.

Consequenter philosophus dicit a philosophis quod in quibus latet equivocatio propter quas non potest esse comparatio respectu generis non est tamen equivocatio quantum ad logicum qui ponat diversos conceptus sed solum quantum ad realem physicum quia non est ibi unitas nature. ita etiam omnes auctores qui expresse loquuntur de hac materia [illegible] et in philosophia possunt per expositionem propter diversitatem rerum illorum in quibus est attributio ad quantum sunt unius conceptus abstrahibilis ab eis sicut patuit in exemplo. contra [illegible] illud quod accidens est attributum ad substantiam et tamen ab hoc et illa potest abstrahi unus conceptus [illegible].

Ad illa a metaphysice dico quod littera ultimi paragraphi de materia illa que incipit palam autem illud solvunt omnes philosophi auctores. ibi enim dicit philosophus quod que primo et simpliciter est diffinitio et quod quid erat esse substantiarum est et non solum sed aliorum est simpliciter sed non primo et probat hoc ibi quia ratio significans idem nomini est diffinitio sed illud autem est per se diffinitio vel ratio est unum per se. unum autem dicitur per se et ens intelligo per se ens. ens autem hic quid hoc aliquid ad qualitatem significat hoc unum est de ente per se quod in [illegible] dividit ens per se in X. quia igitur

quodlibet istorum est unum per se et ita ratio
istorum est diffinitio et hoc concludit ibi
quia tunc esset hominis ratio et diffinitio
alia autem albi et sue quia sue simpliciter
per se et primo albi autem simpliciter
et per se sed non primo albi hominis et quid
per accidens unde et in primo est tractat
principaliter de tali ente per accidens cuius
modi est homo albus quod eius non
sit diffinitio eius igitur vel quid vel dif
finitionem hoc competit istorum dicitur simpliciter
de accidente sicut de substantia sed non eque
primo et non obstante ordine unde potest esse
univocatio Ad porphirium ipse allegat
ibi aliud dicitur equivoce inquit quis
inquit aristoteles de quo loquitur ibi non
invenitur ubi hoc dixit in logica
sua tamen autem dicit hoc sicut iam
allegatum est et expositum Si quis
autem vellet pertractare auctoritatem porphirii
quomodo ratio eius ex auctoritate aristotelis valet
ad propositum suum posset exponi sed nolo
immorari Ad illud primi philosophi dico quod
ad destruendam opinionem illam per et intel
principium accipiendum est quod ens dicitur
multipliciter non equivoce sed multipliciter
i. de multis ad inquirendum de quo
illorum intelligunt sicut si diceret omnia
esse unum animal oportet quod eos dis
tinguere animal et querere de quo ani
intelligunt aut omnia unum hominem
aut unum equum Cum dicis quod argumentum
philosophi non valet quia eos sicut ens est
univocum dico quod quia ista descen
dendo sub predicato stante confuse tamen
non tenet formaliter sed est fallacia f. d. et f.
quid Si tamen ipsi intellexerint per d
impositionem eis philosophus quod omnia sunt unum
non loquendo de uno sumpto confuse
sed de aliquo uno determinato unde sequitur
ad aliud sit intellectum quod omnia sunt
hoc unum vel illud –

Circa 3m questionem arguitur quod sic
et hoc uno modo quod verum sit primum
obiectum intellectus non autem ens quod
probatur explicatur primo sic distinctarum po
tentiarum distincta obiecta formalia intellectus
et voluntas sunt distincte potentie
igitur sunt distincta obiecta formalia
quod non videtur posse subsistere si
ens poneretur unum primum intellectus
sed si verum poneretur unde possunt sufficere dis
tincta obiecta Secundo sic ens est communiter ad
sensibile et insensibile obiectum autem proprium
alicuius potentie est obiectum eius sub
aliqua ratione propria igitur ad hoc quod est
ens sit proprium obiectum intellectus oportet
quod determinetur et contrahatur ad ens in
tellectus per aliquid per quod excludatur
ens sensibile sed tale contrahens videtur
esse verum quod de se dicat rationem mani
festativam intellectus 3o sic obiectum
non est proprium alicuius potentie nisi
quod quod est proprium motivum potentie
non movet autem aliquam potentiam nisi
quod sub similitudine ad eam et eius
quod alterum et non sub aliqua similitudine
ad intellectum non est proprium et tamen
obiectum illud autem quo ens formatur
sub similitudine ad intellectum est veritas
quia anselmus de veritate veritas est
rectitudo sola mente perceptibilis
Sed contra istam questionem de vero arguo
sic primum obiectum adequatum vel adequatur
[illegible]
simul conveniunt unum vel istorum modo
adequatur intellectui ens autem adequa
tur ut patet supra q.o Minor probatur
primo de primitate quod verum non
dicitur in quid de ente nec de aliquo
per se inferiori ad ens 2o probatur quantum
ad primitatem virtutis et universalitatis simul
quia inferiora ad verum licet includat

ipsum essentialiter ipsa tamen non inclu-
dunt omnia alia intelligibilia essentia-
liter vel virtualiter quia hoc verum quod est
in lapide non includit essentialiter
vel virtualiter lapidem sed econverso illud
ens quod est lapis includit veritatem
et ita de quibuscumque aliis entibus
et eorum veritatibus. Preterea verum est passio
entis et consequenter inferius ad ens igitur
intelligendo ens vel quodcumque infe-
rius ad ens precise sub ratione veri
non intelligitur nisi per accidens et non
secundum rationem quidditativam sed cognitio
cuiuscumque secundum rationem quidditativam
est prima et perfectissima cognitio eius
ex 7 metaphysice t. c. igitur nulla cognitio
de aliquo precise sub ratione veri est
prima cognitio obiecti et ita nec veritas
est prima ratio precise cognoscendi obiectum.
Confirmatur ratio ex 2 posteriorum cum sit
simile vel nulla sit ignorantia habitus
simile ut habitus sit comparando ad ha-
bitum inferius extraneatur pro superiori
de quo superior est primo ille habitus
ita multo magis extraneabitur
subiectum sive passioni comparando sive ad
habitum sive ad potentiam. Preterea obiectum
habitus non precedit naturaliter obiectum po-
tentie sed obiectum primum metaphysice quod est
habitus intellectus est ens quod naturaliter
est prius non non ante primum subiectum
metaphysice est verum quod est passio entis
igitur. Ad rationes in oppositum respondeo dicen-
do illas ad oppositum primam sicut prima.
Voluntas non potest habere actum circa igno-
tum ita nec circa obiectum sub aliqua
ratione penitus ignota igitur omnis
ratio secundum quam aliquid obicitur volun-
tati est cognoscibilis ab intellectu
et ita non potest esse prima ratio obiecti intel-
lectus illa que distinguitur contra
rationem volibilis si qua sit talis

Hoc enim patet quia de quibuscumque
passionibus entis habetur eque dis-
tincta notitia ita de bono sub ratione
boni sicut de vero sub ratione veri
quia secundum auctorem 6 metaphysice t. c. ultimo Si
aliqua scientia esset de omnibus causis
illa esset nobilissima que esset de
causa finali cuius ratio secundum multos
est bonitas. Ad illud quod accipitur in
argumento de distinctione obiectorum respondeo potentie
distincte simpliciter per se habent ad invicem
aut sunt omnino disparate aut ordinate
et nunc vel in eodem genere sicut cognitiva
superior et inferior vel in alia sicut cog-
nitiva ad suam appetitivam. Potentie primo
modo distincte habent obiecta omnino distincta
quia nulla earum ex quo sunt dispa-
rate est operativa circa obiectum circa quod
alia tales sunt sensus exteriores.
2o modo distincte habent obiecta prima sub-
ordinata ita quod sicut potentia
superior potest habere per se actum circa quodcumque
potest potentia inferior ita obiectum primum
potentie superioris continet sub se obiectum
primum potentie inferioris aliquin illud
non esset adequatum obiectum potentie
superioris. Unde primum obiectum inferius secundum
suam communitatem continetur ut inferius sub
primo obiecto superius quod. Potentie tertio
modo distincte sicut se habent quod si appetitiva
adequatur cognitive comparando circa
quecumque obiecta operatur cognitiva tunc
idem est obiectum utriusque et sub ratione eadem
formali ex parte obiecti. Si autem appetitiva
habeat actum circa aliqua cognoscibilia
et circa aliqua non tunc obiectum appetitive
erit inferius ad obiectum cognitive.
Ad propositum intellectus et voluntas ca-
dunt in tertio membro et si voluntas
ponatur habere actum circa omne intelligibile
et sub quacumque ratione intelligibili idem

ponetur esse obiectum intellectus et voluntatis. Si non sed quod voluntas habeat actum suum circa intelligibilia que sunt finis vel circa ad finem et non circa speculabilia tunc ponetur obiectum voluntatis aliquo modo proprie respectu obiecti intellectus et sic semper stabit quod ens est obiectum intellectus. Secundam rationem dico ad oppositum sit obiectum proportionatum potentie superioris est quod ad obiectum proprium potentie inferioris ex predicta distinctione et ita ens secundum quod abstrahens a sensibili et insensibili est vere proprium obiectum intellectus quia intellectus tamquam potentia superior potest habere actum tam circa sensibile quam circa insensibile unde abstractio ista que videtur esse non apparens est sufficienter apparens respectu potentie superioris. Per hoc ad rationem dico quod communitas entis ad sensibile et insensibile est ratio appropriandi proprium potentie comparative circa utrumque obiectum per se. Tertiam dico ad oppositum quia rationem obiecti dico esse illam rationem quam obiectum est motivum potentie sicut ratio activi vel agentis dicitur esse illa forma secundum quam agens agit. talis autem ratio non potest esse respectus ad potentiam et isto modo loquitur philosophus 2o de anima ubi assignans proprium obiectum visus dicit illud cuius est visus vel obiecti est visibile non per se primo modo sed 2o ita quod ipsum ponitur in ratione visibilis. si autem ratio formalis obiecti potentie esset respectus ad talem potentiam circa obiectum visus esset visibile per se primo modo quia ipsa visibilitas esset ratio formalis obiecti vel esset finale esset assignare propria obiecta quia obiectum primum cuiuslibet potentie esset correlativum ad talem potentiam

puta visus visibile auditus audibile quod non assignavit philosophus obiecta propria potentiarum primum sed aliqua absoluta puta visus colorem auditus sonum et secundum si verum dicat formalem respectum ad intellectum de quo alias sequitur oppositum propositi. ex hoc enim sequitur quod ratio illa non sit ratio formalis obiecti sed aliqua alia ab ea. Patet igitur ex dictis quod nichil potest poni ita conveniens primum obiectum intellectus sicut ens neque aliquod universale primum neque aliquod aliud transcendens quia de quolibet alio transcendente probatur sicut de vero probatum est et per eadem. Sed restat unum dubium si ens secundum suam rationem communissimam sit primum obiectum intellectus quare quodlibet contentum sub ente non potest movere intellectum nostrum naturaliter. ratio sicut argumentum fuit in prima ratione ad primam questionem in prohemio et tunc videtur quod deus possit naturaliter cognosci a nobis et omnes substantie immateriales quod negatum est [illegible] negatum est de omnibus substantiis et de omnibus partibus substantiarum. quare dicendum est quod non concipitur aliquo conceptu nisi in conceptu entis. Item obiectum primum potentie assignatur illud quod adequatur potentie ex ratione potentie non autem quod adequatur potentie secundum aliquem statum quemadmodum obiectum visus non ponitur illud quod adequatur visui existenti in medio illuminato a candela precise sed illud quod natum est equari visui ex se quantum est ex natura visus. Nunc autem probatum est prius contra primam opinionem de primo obiecto intellectus scilicet ab isto que ponit quidditatem rei materialis

ee tale obm p̄mum nichil pt cogni
intellcm nrm ex natura potencie
in roe p̄mi obi nisi quiditas tn
p statu isto adequat sibi in roe
motiui quiditas rei mālis siue
sensibilis et io p statu isto no intel
ligit nālr alia que no continet
sub isto p̄mo motiuo. Sz que est
ro huius status. Rn̄o status no uidet
ee nisi stabilis pmanencia firmata
legibus sapie. firmatu est aute
illis legibus q intellcus nr no
intelligat p statu isto nisi illa quoru
spes relucent in fantas̄ia et hoc siue
ppt penam pcti originalis siue ppt
nālem concordiam potenciaru anime
in operando qr uidemus q pote
cia superior operatur circa idem circa qd
inferior si utraqz habeat operacoz per
fectam et ita est i nobis de facto qd
cuiuscumqz uĺe intelligimus eius singul̄re
actu fantasiamur. Ista aute concordia
que est p statu isto no est ex na
intellcus bn intellcus est incor
ruptibilis et p̄ue in corp̄ne. nec eciam in corr
poris uictoria habet silem concordia
quod falsum est. Vtrumqz igit sit
iste status siue ex mera uoluntate
dei siue ex iusticia puniente quam
cam tangit aug xij de tri c ult. que
causa ingt ctr ipam lucem acie
fixa uide no possis nisi utiqz in
firmitas et quis eam tibi fecit nisi
utiqz iniquitas. Siue igit hec sit tota
causa siue aliqua alia salte p̄mu
obm intellcus unde intellcus
est que ad omnia intelligibilia licet
obm p̄mum sibi adequatum i modo
p statu isto sit quiditas rei sen
sibilis. Et si dicas dato q enis
in quo eet obm qc adequatum

p statu isto no tamen moueret
ipm sibe separate nisi in ma lumie
quando sit lumine nāle intellcus age
tis. Ista ro nulla uidet tn quia
si tale lumen requirit no est nisi
ex pte intellcus unde talis pot
e quare uero no possit hre tale lumie
est eius de se receptiuus talis lumis
alioquin manens idem nunq posset
illud recipe. tn quia qn aliqua
duo agencia concurrunt ad unum effcum
quanto unum illorum plus hr supple
uirtutem alterius tanto minor pfectio
requiritur in alio Quicqz aute nulla
si aliud suppleret totam uirtutem eius
ad tantum minoz aute intellcus contra
obm et lux igit quanto obm est pfec
tius et magis pt supple uirtutem lumis
tanto sufficit minus lumie salte no
requirit maius. Sz p̄mum intelligibile est
maxie lux et maxie pt supple
uirtutem lumis intelligibilis. igit quando
ex pte sua si contineatur sub p̄mo
obo adequato intellcui nro p sta
tu isto no eet defectus ex pte lumis
qn posset moue intellcum nrm
Ad argum pricipalia contra istud de
p̄mum dico q no semp p fussm est
ca respectu imperfecto cq pando imp
fecta ad quicumqz tamen sicut pfcm
album no est ca uisibilis omnibus
uisibilibus aut si causa no tamen
pase adequata et si maxie mot
no tn pasiuum et adequatum p̄mum au
tem obm intellcus de quo loquitur
i ista qone dz ee p̄mum adequatum
potencie. Ad 2m dico q si recte
arguitur dz inferri q nullum ens pn
cipatum pt cognosci nisi sit ens ab
solute pcm no aute dz inferri q no
possit cognosci nisi p roem eius

improprie concipi non cum sit quatuor
termini quia ponitur in conclusione esse
conceptum pro omnibus imparticipatum quod termini
non sunt in propositione secunda et ideo respondetur secundum
quod est dictus in forma argumenti assignati
dicta est prius intendendo ad argumentum
primum 2o quod omnis secundum quod quia et si cong-
noscibilitas sequatur proprietatem entitate
non tamen ita est de congnosci nisi co
pando ad intellectum illum qui considerat
qualibet 2m gradum sue cognoscibilitatis
ita dico hic quod si entitas participata
de utilitate concludat congnoscibilitate
participatam et ita participatum habeat cong-
noscibilitatem pro congnoscibile impartici-
patum non tamen habet congnosci per congnos-
cibile imparticipatum ut conceptum sed
ut per causam dantem sibi esse et hoc
tactum est in quodam argumento de divi-
sione eius per sue distinctionis. Ad illud
igitur deinde dico quod loquitur de concretione
boni in quantum que impressa est hoc est
de facili imprimitur in intellectu a singu-
laribus bonis quia intenciones universales
in quibus occurrit hoc probo per ipsum li-
brum c. a ubi dicit sicut interiter in-
supra humane nature noticiam 2m quod
quid quod tale aspicimus hominem esse
congnoscimus ut hominis formam et sicut
2m istam noticiam hominis quam depre-
hensam interius facile a sensibus
abstractam iudicamus de quocumque utrum
sit homo vel non ita eam per idem
possemus iudicare cuiusque in habitu
si illa esset in occurrentibus quod appet
de noticia albedinis impressa per quam
non tantum iudicamus occurrens esse album
si hoc esse albius alio ita dico hic
illud bonum de quo loquitur c. y. eius
noticia in vali impressa est intellectui

est bonum in quantum et per illud iudicamus
de occurrentibus hoc melius illo esse
et quod loquatur de bono indeterminato
privative et non de bono indeterminato
negative in quo intelligatur deus
per hoc quod continuans ibi multis particula-
ribus bonis dicit tolle hoc et tolle
illud et vide ipsum bonum si potes
et tolle illa contrahencia rem bonum
ad creaturam et vide rem boni in quantum
et in hoc videbis deum sicut in concep-
tu quod in quo per valide congnosci a
nobis et videri et non in particulari ut hec
sentencia. Consimiliter est illud quod pre-
mittit c. 3 ubi deus est veritas noli
querere quid veritas statim obiciunt
se fantasmata hoc intelligo sic quia conceptus
bonus abstrahitur a singularibus quanto est
verior tanto minus per intellectus et
difficilius sistit in tali conceptu quia
ut probatum est quodcumque intelligimus vel
fantasiamur cum singularibus et illud
vel facilius et deinde magis intelligere pos-
sumus quod cum plus singulari relucent
in fantasmate et verissima sunt remota
ab ipso singulari et ideo difficilius est stare
in conceptu illorum verissimorum concipien-
do igitur deum in conceptu verissimo
noli querere quid hoc est noli descen-
dere in aliquem conceptum particularem in
quo ille verior salvatur qui particularis
propinquior est fantasmati descendendo igitur
ad talem qui magis relucet in fantasmate
occurrente statim amittitur illa sere-
nitas vel sinceritas veritatis in qua in-
telligebatur deus quia statim intel-
ligitur veritas contracta que non queritur
deo cui querebat veritas in communi
concepta non contracta. Per idem dico
ad illud igitur c. 4 de bono et voluntate

procedeat. Nam alia non amantur nisi
quia bona sunt eis inficiendo non
amare ipsum bonum unde bona sunt
Unde probat racio quod ipsum bonum summum
magis est amandum quia bonum primum
non tamen probat quod sit primum amatum
primitate adequacionis quia et si ipsum
sit racio bonitatis in aliis et ita racio
amabilitatis eorum non tamen ipsum ut ama-
tum est racio aliorum amatorum. Potest enim
aliquid aliud amari ipso non amato
sicut patet utendo fruendis et fruendo
utendis. Et ita intento Augustinus colligitur
ex c. 2 li. 8° ubi tractans de dilectione
alicuius quia creditur iustus esse si
postea inveniatur non esse iustus sta-
tim iniuste amatur ille propter quem in eum
ferebatur repulsus et quasi repercussus in
ea forma remanet in qua talem
eum amaverat. Hoc est si dilexisti
iusticiam et ipsum quia credidi in ipso
esse iusticiam si inveniatur iniustus resilit
voluntas ab eo sed adhuc stat di-
lectio iusticie ut ostensum est. Ipsum non est
de iusticia aliqua impressa sed de
quadam racione iusticie que amatur propter
se et quodlibet in quo est propter illam.
// Contra voluntas non est ultima tum
quia tendit in rem ut in se. Sed esse
quod amor tam amicicie quam concupiscencie
est alicuius secundum existenciam realem vel potencialem
ut possibilem. // Item primis principiis
practicis in intellectu videtur aliqua
volicio in voluntate que est primum
bonitatis moralis sicut illa principia
sunt principia veritatis practice in intel-
lectu. Patet eciam quod quecumque racio
boni ut appetibilis potest intelligi in voluntate
et si sit ordinatur voluntati non video
quare non possit habere actum circa ipsum
obiectum sic ostensum sibi. Unde appeticio
singularis ut singularis non habet conce-

intimam propriam sibi. // Ad illam motivam
factam quod motus voluntatis est magis
ad res dico quod verum est taliter quod
si voluntas imperat quantum rei depen-
dere in se non autem formaliter nisi quod
voluntas est activa respectu sui actus
non autem circa rem sub racione
existencie qua apprehendatur intellectu
primo dependencie et intellectio abstractiva
sunt rei secundum rem et que existens ut ostensum
similiter visio et fruicio rei presentis secundum
dependenciam movet effective ad rem que
est impressa non sic autem intellectio
abstractiva. // Ad secundum dico quod homo
in uti ostensus amatur amore amicicie
et propter illud amatur hic homo sic ex
iusticia in illo concipitur et ideo hic iustus
habetur ita eciam patet ex proposito illius auc-
toritatis 8° c. 9 cur alium diligimus et
in illa autem forma ubi videmus quod
sit iustus animus debet intelligi ipsa iusticia
in quantum sicut forma hominis in quantum est
illa ubi vel per quam videmus quid re-
quiritur ad esse hominis propter quam formam
videtamus illud quod occurrit esse vel
non esse hominem secundum ipsum in eodem c.
nisi habentes formam iusticie in qua di-
ligimus non diligimus illum quem cre-
dimus esse iustum quem ex ista for-
ma diligimus sicut si non diligatis formam
hominis in qua unumquemque occurrens diligeretis
propter formam hominis dilectam. Est igitur
hec iusticia indeterminata primative per
quam de mente iusta iudicamus et
propter ipsam dilectam diligimus mentem
quam credimus esse iustam et dum non
sumus iusti nisi diligimus iusticiam
in quantum quod oportet quod diligimus quadam
volicione seu complacencia simplici quod
non sufficit ad esse iustum sed oportet
eam diligere volicione efficaci quia

s. volens diligenter ipam iuste tamquam
vite sue regulam obseruare etc.
Contra quartum quesitum arguitur quod
no. 1. de tri. 6. l. 14. Inuenimus
inuiolabilem veritatem ex qua diffinimus
non qualis sit vniuscuiusque
mens hominis sed qualis esse sempi-
ternis rationibus debeat. Et ibidem
c. 14. aliis supra nos regulis manentibus
vel approbare vel improbare conuincimur
quando aliquid recte vel probamus vel impro-
bamus. Et ibidem c. 11. artem inef-
fabiliter pulchram super aciem mentis
simplici intelligentia capientes. Et
ibidem c. 8. in illa veritate ex qua tempora-
lia facta sunt omnia formam conspicimus
atque inde conceptam veracem notitiam
tamquam verbum apud nos habemus. Cf.
li. 12. c. 2. sublimioris rationis est iu-
dicare de istis corporalibus secundum rationes sem-
piternas. Item ibidem c. 14. non so-
lum rerum sensibilium in locis positarum
sunt incommutabiles rationes etc. et quod
intelligat ibi de rationibus eternis
nec inde videtur per hoc quod ibidem
dicit quod paucorum est ad illas perue-
nire. Si autem intelligeret de primis
principiis non est paucorum peruenire
ad illa sed multorum quia omnibus sunt
nota. Co li. 14. c. 15. loquens de
iniusto qui multa recte laudat vel
vituperat in moribus hominum ait quibus
regulis iudicat etc. et in fine subdit
ubi sunt ille scripte nisi in libro
lucis. Liber ille lucis est intellectus
diuinus. Igitur vult quod in illa luce vir
iniustus videt que sunt iuste agenda
et quod per aliquid impressum ab illa videt
ibidem et dicit unde omnis lex
iusta in cor hominis non migrando sed
imprimendo transfertur sicut ymago

ex anulo in ceram transit et anulum
non relinquit. Igitur in illa luce videmus
a qua imprimitur in cor hominis iustitia.
Illa autem est lex increata. Item
12. Confessionum. Si ambo videmus verum ut
tu in me nec ego in te sed ambo in ea
que supra mentem est incommutabili
veritate. Multe alie auctoritates ad hoc sunt
in multis aliis locis ad probandum
hanc conclusionem. Contra ad Ro. 1. in-
visibilia dei a creatura mundi per ea que
facta sunt intellecta conspiciuntur. Ille autem rationes eterne sunt
invisibilia dei, igitur cognoscuntur ex
creaturis. Ergo autem visionem illarum habetur
certa notitia creaturarum. In ista
questione est una opinio talis quod inten-
tiones generales habent inter se talem
ordinem de illis intentionibus que
sunt ad propositum loquimur scilicet entis et
veri. Intentio prima est entis quod
probatur per illud de causis prima rerum
creatarum est esse et in commento prime
impressionis esse est vehementior adhe-
rentie. Probatur etiam ratione quia entitas
est absoluta, veritas dicit respectum ad
exemplar. Ex hoc sequitur quod ens possit
cognosci sub ratione entis licet non
sub ratione veritatis. Hec etiam conclusio
probatur ex parte intellectus quia ens
licet cognosci simplici intelligentia et
nec concipitur illud quod est verum sed ra-
tionem veritatis non concipitur nisi intelligentia
componente et diuidente. Compositionem et diui-
sionem precedit simplex intelligentia.
Si ergo in questione proposita queritur de no-
titia entis sive ens quod est verum dicitur
quod intellectus potest ex puris naturalibus
sic intelligere verum quod probatur quia
inconueniens est naturam esse expertem
sue operationis proprie secundum Damascenum. Et hoc
magis inconueniens est de natura perfectiori

secundum philosophum 2 celi et mundi de stellis. Igitur cum propria operatio intellectus sit intelligere verum videtur inconveniens quod natura non concesserit intellectui illa que sufficiunt ad huiusmodi operationem. Sed si loquimur de cognitione veritatis dicendum quod sicut est duplex exemplar scilicet creatum et increatum secundum Platonem in Thimeo scilicet exemplar creatum et increatum: exemplar creatum est species universalis causata a re, exemplar increatum est ydea in mente divina, ita est duplex conformitas ad exemplar et duplex veritas una ad exemplar creatum, et in isto modo posuit Aristoteles veritates rerum cognosci per conformitatem earum ad speciem intellectam, et ita videtur ponere Augustinus 9 de trinitate capitulo 7 ubi vult quod rerum notitiam generalem et specialem ex sensibus collectam habemus secundum quam de quocumque occurrente veritatem iudicamus quod ipsum sit tale vel tale. Sed quod per tale exemplar acquisitum in nobis habeatur notitia veritatis omnino certa et infallibilis de re videtur esse omnino impossibile, quod probatur triplici ratione secundum istos. Ratio prima sumitur ex parte rei ex qua exemplar est extractum, secunda ex parte subiecti in quo est, tertia ex parte exemplaris in se. Prima ratio talis: obiectum illud a quo abstrahitur exemplar est mutabile, igitur non potest esse causa alicuius immutabilis; sed certa notitia veritatis de aliquo habetur de ipso sub ratione immutabilis, ergo non habetur per tale exemplar. Hec dicitur ratio Augustini 83 questionum questione 9 ubi vult quod a sensibus non est expetenda veritas quia sensibilia sine intermissione mutantur. Secunda ratio talis: anima ex se est mutabilis et passiva erroris, igitur per nichil mutabilius ea potest rectificari ne erret; sed tale

exemplar in ea est mutabilius quam sit ipsa anima, igitur illud exemplar non perfecte rectificat animam ne erret. Hec dicitur ratio Augustini de vera religione: lex omnium artium. Tertia ratio: nullus notitiam veritatis habet certam et infallibilem nisi habeat unde possit discernere verum a falso vel verisimile, quia qui non potest se discernere potest dubitare se falli; sed per exemplar predictum non potest discerni verum a verisimili, ergo. Probatio minoris: species talis potest representare se tamquam se vel alio modo se tamquam obiectum sicut est in sompniis et phreneticis; primo modo est veritas, secundo falsitas; igitur per talem speciem non habetur sufficiens distinctivum quo reputatur se ut se et quo se ut obiectum, et ita nec sufficiens distinctivum veri a falso. Ex istis concluditur quod certam scientiam et infallibilem si contingit hominem cognoscere hoc non convenit ei aspiciendo ad exemplar a re per sensus acceptum quantumcumque sit depuratum et universale, sed requiritur quod aspiciat ad exemplar increatum, et tunc ponitur modus talis: Deus non ut cognitum habet rationem exemplaris ad quod aspiciendo cognoscitur sincera veritas, est enim cognitum in generali attributo, sed est ratio cognoscendi ut unde exemplar et propria ratio essentie eius. Qualiter autem possit esse ratio cognoscendi et non cognitum ponitur exemplum per radium solis quem divinatur obliquo aspectu a suo fonte quasi derivato; constat autem quod videtur in radio primo non declinato, licet sol sit ratio videndi non tamen ut in se visus, eius autem quod videtur in radio. Secundo modo sol ita est ratio cognoscendi quod est cognitum, ita veritas increata quasi intellectu

directo quo aspectu illustrat et tunc ut visum est non videndi alia in patria. Intellectus autem noster pro statu vie quo obliquo aspectu illustrat et ideo intellectus noster est non videndi et non visus. Ponitur autem qualiter hec ratio applicetur rationem respectu actus videndi scilicet lucis eternalis speciei incommutabilis et causatis sive exemplaris cognitionis et ex hoc concluditur ulterius quod requiritur specialis influentia quia sicut illa certa non videtur a nobis naturaliter in se ita etiam nec ut est exemplar respectu alicuius creature videtur naturaliter a nobis. Secundum Augustinum de videndo deum: in eius est potestate videri si vult videtur si non non videtur. Ultimo additur quod perfecta notitia veritatis est quando due species exemplares concurrunt in mente una inherens scilicet creata alia illapsa scilicet non creata et sic generatur verbum perfecte veritatis. Contra opinionem istam ostendo primo quod rationes iste non sunt rationes fundamentales alicuius opinionis vere nec secundum intentionem Augustini sed sunt pro opinione Achademicorum. 2o quomodo illa opinio Achademicorum que videtur concludi per istas rationes sit falsa. 3o videbo ad rationes istas quatenus minus concludunt. 4o arguo contra conclusiones huius opinionis. 5o solvo questionem. 6o quomodo rationes iste quorum sunt Augustini concludunt istorum intentionem Augustini non autem illam ad quam hec inducuntur. Primo rationes iste videntur concludere impossibilitatem certe cognitionis naturalis. Prima scilicet obiecti continue mutati non potest haberi aliqua certitudo de ipso sub ratione immutabilis, immo nec in quocumque lumine quia non est certitudo quando obiectum alio modo cognoscitur quam se habet, igitur non est certitudo cognoscendo

mutabile ut immutabile. Patet etiam quod antecedens huius rationis scilicet quod sensibilia continue mutantur est falsum; hec enim est opinio que imponitur Eraclito 4o Metaphysice. Similiter si propter mutabilitatem exemplaris quod est in anima nostra non possit esse certitudo, cum quidquid ponatur in anima subiective sit mutabile etiam ipse actus intelligendi, sequitur quod per nichil in anima rectificatur anima ne erret. Similiter secundum istam opinionem species creata inherens concurrit cum illa specie illabente, sed quando aliquid concurrit quod repugnat certitudini non potest haberi certitudo; sicut enim ex altera de necessario et altera de contingenti non sequitur conclusio nisi de contingenti, ita ex certo et incerto concurrentibus ad aliquam cognitionem non sequitur conclusio certa. Idem etiam patet de tertia ratione quia si species ipsa abstracta a re concurrat ad omnem cognitionem et non potest iudicari quando illa representat se tamquam se et quando se tamquam obiectum, igitur quodcumque aliud concurrat non potest haberi certitudo per quam discernatur verum a verisimili. Rationes igitur iste videntur concludere omnem incertitudinem et ita opinionem Achademicorum. Quod autem ista conclusio non sit secundum intentionem Augustini probo. Augustinus 2 Soliloquiorum: Spectamina disciplinarum quisque verissima sine ulla dubitatione concedit. Et Boecius De ebdomadibus: Communis animi conceptio est quam quisque probat auditam. Et Philosophus 2 Metaphysice: Prima principia sunt omnibus nota sicut ianua in domo. Patet licet interiora domus lateant. Ex hiis igitur auctoritatibus arguitur sic: quod convenit omnibus alicuius speciei sequitur naturam speciei; igitur cum quisque habeat certitudinem infallibilem de primis principiis et ultra hec omnibus est evidens forma silli perfecti

sicut patet ex diffinitione silli perfecti posita primo priorum. scientia autem conclusionum non dependet nisi ex veritate principiorum et evidentia illationis sillogistice. igitur cuiuslibet naturaliter potest esse scientia cuiuscumque conclusionis demonstrabilis ex principiis per se notis. 2o apparet quod Augustinus concedit certitudinem eorum que cognoscuntur per experientiam sensuum. unde dicit 15 de trinitate c. 12 absit ut ea que didicimus per sensus corporis vera esse dubitemus. per ea quippe didicimus celum et terram et omnia que in eis sunt. sed non dubitamus de veritate eorum et non fallimur ut patet. igitur certi sumus de conclusionibus per viam sensus. nam certitudo habetur quando excluditur dubitatio et deceptio. patet etiam tertio quod Augustinus concedit certitudinem de actibus nostris eodem 15 c. 12 sive dormiat sive vigilet vivit quia dormire et in somnis videre viventis est. Et si dicat vivere non esse actum 2um sed primum, sequitur ibidem: Si ergo dicat scio me scire vivere, falli non potest, et quotienscumque reflectendo super primum sciatur. et ibidem si quispiam dicat volo esse beatus, quomodo non impudenter respondetur forte falleris. et ibidem reflectendo in infinitum scio me velle etc. et ibidem si quispiam dicat errare nolo, non eum errare nolle verum est. et alia inquit reperiuntur que contra achademicos valent qui nichil sciri ab homine contendunt. sequitur ibidem de tribus libris contra achademicos quos qui intellexerit nichil contra perceptionem veritatis eorum argumenta multa movebunt. Item eodem 15 c. 38 illa que ita sciuntur ut numquam excidere possint et ad naturam ipsius anime pertinent cuiusmodi est illud quod nos vivere scimus

sic patet primum. Quantum ad 2um articulum ut in nullis cognoscibilibus locum habeat error achademicorum videndum est qualiter de rebus cognoscibilibus predictis scilicet de primis principiis per se notis et de conclusionibus 2o de cognitis per experientiam sensuum et 3o de actibus nostris possit naturaliter haberi certitudo infallibilis. Quantum ad certitudinem de principiis dico quod termini principiorum per se notorum talem habent ydemptitatem ut alter alterius rationem essentialiter includat. et ideo intellectus componens istos terminos ex quo apprehendit eos habet apud se rationem causam conformitatis illius actus componendi ad ipsos terminos quorum est compositio et habet etiam causam evidentem talis conformitatis. et ideo ratio patet sibi illa conformitas cuius causam evidenter apprehendit in terminis. et ideo non potest esse in intellectu apprehensio terminorum et compositio eorum quin stet conformitas compositionis illius ad terminos sicut non potest stare album et album quin stet similitudo. habet autem conformitas compositionis ad terminos causam unitatis compositionis. igitur non potest stare compositio talium terminorum quin sit vera et ita non potest stare perceptio illius compositionis et perceptio terminorum quin stet perceptio conformitatis compositionis ad terminos et ita perceptio veritatis ex prima perceptione evidenter includit perceptionem illius veritatis. Confirmatur ratio ista per Philosophum 4o metaphysice ubi vult quod oppositum primi principii scilicet huius impossibile est idem esse et non esse non potest venire in intellectum alicuius quia tunc opiniones contrarie essent simul in mente. quod utique verum est de opinionibus contrariis idest formaliter repugnantibus quia opinio opinantis esse de aliquo et opinio opinantis non esse

de eodem sint formaliter repug-
nantes. Item arguitur in proposito re-
pugnantiam aliquam intellectus in men-
te licet non formalem. Si enim stat
in intellectu notitia totius et partis
et compositio istorum cum ista includant
sicut necessaria conformitate compositionis
ad terminos si stet in intellectu hic op-
positum quod hec compositio sit falsa, stabunt notitie
repugnantes non formaliter sed no-
titia una stabit cum alia, et tamen
est necessaria causa notitie opposite ad
illam quod est impossibile. Sicut enim impossibile
est album et nigrum simul stare quia
sunt contraria formaliter ita impossibile
est simul stare album et illud quod est
per se causa nigri ita quod non potest esse
sine eo absque contradictione. Habita
certitudine de principiis primis patet
quid habebitur de conclusionibus illatis
ex eis propter enim formae sillogismi perfecti
cum certitudo conclusionis dependeat
solum ex certitudine principiorum et evidentia
illationis. Sed numquid in ista notitia
principiorum et conclusionum non errabit
intellectus si omnes sensus decipiantur
circa terminos. Respondeo quantum ad istam no-
titiam intellectus non habet sensus pro causa
sed tantum pro occasione. quia intellectus non
potest habere notitiam simplicium nisi
acceptam a sensibus. illa tamen accep-
ta sua virtute potest simul componere. et
si ex ratione talium simplicium sit com-
plexio evidenter vera intellectus virtute
propria et terminorum assentiet illi complexi-
oni non virtute sensus a quo accipit
terminos exterius. Exemplum si ratio totius
et partis et ratio maioris essent accipiantur
a sensu et intellectus componet istam
omne totum est maius sua parte intellectus
sua virtute et istorum terminorum assentiet
indubitanter isti complexioni et non
tantum quia videt terminos coniunctos in re
sicut assentit isti Sortes est albus quia
videt terminos in re uniri. Immo dico
quod si omnes sensus essent falsi a quibus
accipiuntur tales termini vel quod plus
est ad deceptionem aliqui sensus falsi
et aliqui veri intellectus circa talia principia
non deciperetur quia semper haberet apud se
terminos qui essent causa veritatis ut-
pote si alicui ceco nato essent im-
presse miraculose in sompniis species
albedinis et nigredinis et ille rema-
nerent postea in vigilia intellectus
abstrahens ab eis componeret istam
album non est nigrum et intellectus non
deciperetur circa illam licet termini acci-
piantur a sensu errante quia ratio formalis
terminorum ad quam devenitur est necessaria
causa veritatis huius negative. De
secundis cognoscibilibus scilicet de cognitis per experi-
entiam dico quod licet experientia non
habeatur de omnibus singularibus sed de
pluribus nec quod semper sed quod pluries
tamen expertus infallibiliter novit quod
ita est et semper et in omnibus et hoc
per istam propositionem quiescentem in anima quidquid
evenit ut in pluribus a causa non libera
est effectus naturalis illius cause. que
quidem propositio nota est intellectui licet
accepisset terminos eius a sensu errante
quia causa non libera non potest producere
ut in pluribus non libere effectum illud ad
cuius oppositum ordinatur vel ad quem
ex forma sua non ordinatur. sed causa
casualis ordinatur ad producendum
vel effectum oppositum effectui casuali vel
non illum igitur nichil est causa casualis
effectus frequenter producti ab eo si non
est libera est causa naturalis. iste

autem effectus euenit a tali causa
ut producente in pluribus hoc accep-
tum est per experientiam quia inveni-
endo talem naturam nunc cum
tali actiue nunc cum tali inventum est
quod quantumcumque esset diversitas actiuorum
semper naturam istam sequebatur talis
effectus igitur non per aliquod accidens huius-
modi sed per naturam ipsam in se consequitur
talis effectus. Sed ulterius notandum
quod quandoque accipitur experientia de con-
clusione puta quod luna frequenter
eclipsatur et tunc supposita conclusione
quia ita est inquiritur causa conclusio-
nis talis per viam divisionis et quandoque
ex conclusione experta devenitur ad
principia nota ex terminis et tunc ex
tali principio noto ex terminis potest
conclusio prius nota tantum per experientiam certius
cognosci scilicet primo genere cognitionis quia
ut deducta ex principio per se noto
sicut est istud per se notum quod opacum
interpositum inter lucidum et perspicuum
impedit multiplicationem lucis ad tale
perspicuum et si inventum fuit per divi-
sionem quod terra est tale corpus inter-
positum inter solem et lunam scietur
certissime demonstratione propter quid ista
conclusio et non tantum per experientiam sicut
sciebatur ante inventionem principii.
Quandoque autem est experientia de prin-
cipio ita quod non contingit per viam divisionis
invenire ulterius principium notum ex
terminis sed statur in aliquo vero ut
in pluribus cuius extrema experimen-
tatum est frequenter uniri puta quod
aliqua herba talis speciei est calida
nec invenitur medium aliud prius per
quod demonstretur passio de subiecto propter
quid sed statur in isto sicut primo
noto per experientiam et tunc licet fal-

libilitas removeatur per illam propositionem
effectus ut in pluribus alicuius cause
non libere est naturalis effectus eius tamen
iste est ultimus gradus scientifice
cognitionis et forte ibi non habetur
notitia cognitio actualis unionis ex-
tremorum sed aptitudinalis. Si enim passio
est res alia absoluta a subiecto posset sine
contradictione separari a subiecto et expertus
non haberet cognitionem quia ita est sed quia
ita aptum natum est esse. De tertiis cog-
noscibilibus scilicet de actibus nostris dico quod
est certitudo de multis eorum et hoc sicut
de principiis et per se notis quod patet 4°
Metaphysice ubi dicit Philosophus de rationibus
dicentium omnia apparentia esse vera quia
ille rationes querunt utrum nunc vigilamus
an dormiamus possunt autem omnes du-
bitationes tales idem omnium enim rationem
hii querunt esse et subdit rationem querunt
quorum non est ratio demonstrationis enim prin-
cipium non est demonstratio igitur per ipsum
ibi nos vigilare est per se notum sicut
principium demonstrationis. Nec obstat
quod est contingens quia sicut dictum fuit
alias ordo est in contingentibus quod
aliquod est primum et immediatum aliquin esset
processus in infinitum in contingentibus vel
aliquod contingens sequeretur ex necessario
quorum utrumque est impossibile et
sicut est certitudo de vigilare sicut
de per se noto ita et de multis aliis
actibus qui sunt in potestate nostra ut
de me intelligere de me audire et de
aliis qui sunt actus perfecti licet enim
non sit certitudo quod videam album extra
positum vel in tali subiecto vel in tali dis-
tantia quia potest fieri illusio in medio
vel in organo et multis aliis viis
tamen certitudo est quod video etiam si il-
lusio fiat in organo que maxime

videtur illusio esse puta quando actus
fit in ipso organo non ab obiecto proprie
qualis natus est fieri a proprio obiecto et
ita si potentia haberet actum suum propter
tali illusione nec ibi esset illud quod
visio dicitur sive sit actio sive pas-
sio sive utrumque Si autem illusio
fieret non in organo proprio sed in aliquo
proximo quod videtur organum sicut
si non fieret illusio in ipso concursu ner-
vorum sed in oculo fieret impressio speciei
qualis nata est fieri ab albo ad hoc
visus videtur quia talis species vel
quod est natum videri in ea videtur
quia habet sufficientem distantiam ad
organum visus quod est in concursu
nervorum istorum sicut patet per Augustinum xi de
trinitate c. 2 quod reliquie visorum manen-
tes in oculo oculis clausis videntur
et per philosophum de sensu et sensato quod
ignis qui generatur ex elevatione oculi
violenta et multiplicatur usque ad pal-
pebram clausam videtur iste sunt
vere visiones licet non perfectissime quia
habent sufficientes distantie specierum
ad organum principale visus. Sed
quomodo habebitur certitudo corporum que sub-
sunt actibus sensus puta quod
aliquid extra est album vel calidum
quale apparet Respondeo aut ita tale
continuum apparent opposita diversis sen-
sibus aut non sed omnes sensus cognos-
centes illud habent idem iudicium de
eo Si secundo modo tunc certitudo habebitur
de veritate talis cognitionis per sensus et
per illam propositionem precedentem quod in
pluribus evenit ab aliquo illud
est causa naturalis si non sit causa li-
bera igitur cum ab isto proprie ut in
pluribus eveniat talis immutatio
sensus sequitur quod immutatio sensus vel

species genita sit effectus naturalis talis
cause et ita tale extra est album vel
calidum vel tale quale natum est re-
presentari per speciem genitam ut in pluribus Si
autem diversi sensus habeant diversa iu-
dicia de aliquo viso puta visus
dicit baculum esse fractum cuius pars
est in aqua et pars in aere similiter visus
semper dicit solem minorem quantitate
quam sit et omne visum a remotis minus
quam sit in talibus est certitudo quid
verum sit et quis sensus erret per istam
propositionem quiescentem in anima certiorem
omni iudicio sensus et per actus plurium
sensuum concurrentes ita quod semper
aliqua propositio rectificat intellectum
de actibus sensus quis sit verus
et quis fallat in qua propositione intel-
lectus non dependet a sensu sicut
a causa sed sicut ab occasione exemplum
intellectus habet istam propositionem quiescen-
tem nullum durius frangitur ad tactum
alicuius mollis sibi cedentis hec est
ita per se nota ex terminis eorum si termini
essent accepti a sensibus errantibus
quod non potest intellectus dubitare
de illa immo oppositum includit contra-
dictionem sed quod baculus sit durior aqua
et quod aqua sibi cedat hoc dicunt utrumque
sensus scilicet visus et tactus sequitur ergo
baculus non est fractus sicut sensus
visus iudicat ipsum fractum et ita
quis sensus erret circa fractionem ba-
culi et quis non intellectus iudicat
per aliquid certius omni actu sensus
Similiter ex alia parte quod quantum applicatum
quanto omnino est equale hoc est notum
intellectui quantumcumque notitia horum ac-
ciperetur a sensu errante sed quod idem quantum
possit applicari viso propinquo et remo-
to hoc dicit tam visus quam tactus

igitur quantum visus sine spe sine a
remotis est equale igitur visus di
cens hoc esse minus errat licet conclusio
concluditur ex principiis per se notis et
ex actibus duorum sensuum cognoscitivorum
ut in pluribus ita certa et ita
ubicumque ratio indicat sensibilem errare
hoc indicat non per aliquam notitiam
penitus acceptam a sensibilibus ut a ratione
sed per aliquam notitiam occasionatam a
sensu in qua non fallitur etiam si omnes
sensus fallantur per aliquam aliam no
titiam acquisitam a sensu vel a sensibus
ut in pluribus que sciuntur esse vera
per propositionem sepe allegatam scilicet que eveniunt
in pluribus etc. Quantum ad 3m articulum
ex istis videndum est ad illas tres
rationes ad primam de mutatione obiecti autem
est falsum nec est opinio Augustini sed Eraclitus
et discipuli eius Cratilli qui volebat
loqui sed movebat digitum ut dicitur 4o methaphysice
et quia non valet dato quod autem esset
verum quia adhuc 2m artem posset haberi
certa cognitio de hoc quod omnia continue
moventur non sequitur etiam si obiectum
est mutabile igitur quod gignitur ab eo
non est repraesentativum alicuius sub ratione
immutabilis quia mutabilitas in obiecto
non est ratio gignendi sed natura ipsius obiecti
quod est mutabile genitum igitur ab
ipso repraesentat naturam per se igitur si natura
habet naturaliter licet aliquam immutabile
habitudinem ad aliud illud aliud per
suum exemplar repraesentatur et illa natura
per suum exemplar exemplar repraesentatur ut
immutabiliter unita et ita per duo exe
mplaria genita a duobus mutabilibus
non inquantum mutabilia sed inquantum
nature possunt haberi notitia immutabilis uni
onis eorum Patet etiam quod repraesenta
tivum in se mutabilis potest repraesentare

aliquid sub ratione immutabilis re
praesentabitur intellectui per aliquid omnino
mutabile sive illud sit species sive
actus hoc patet per simile quia per
finitum potest repraesentari aliquid sub
ratione infiniti Ad 2m dico quod in anima
potest intelligi duplex mutabilitas
una ab affirmatione in negationem et e con
verso ab ignorantia ad scientiam ut a
non intellectione ad intellectionem alia
quasi a contrario in contrarium puta a veri
tudine in deceptionem vel econverso anima
quo ad quecumque obiecta est mutabi
lis prima mutatione et per nichil for
maliter in ea existens tollitur ab ea
talis mutabilitas sed non est mutabi
lis secunda mutatione nisi circa illa com
plexa que non habent evidentiam
ex terminis circa illa vero que sunt ex
terminis evidentia mutari non potest tali mu
tatione quia ipsi termini apprehensi sunt
causa necessaria et evidens conformitatis
compositionis ad terminos igitur si anima
est mutabilis absolute a veritudine in
errorem non sequitur quod per nichil aliud
a se possit rectificari saltem rectificari
potest circa illa obiecta circa que non potest in
tellectus errare terminis apprehensis
Ad tertium si aliqua apparentia haberet
magis concluderet contra opinionem illam que
negat speciem intelligibilem quam contra
opinionem positam opinionem istam Si enim illa
species que potest repraesentare sensibile tamquam
obiectum in sompnis est fantasma non
species intelligibilis igitur si intellectus
solo fantasmate utatur per quod obiectum est
sibi presens et non alia specie intelli
gibili non videtur quod per aliquid in quo obiectum
sibi reluceret possit discernere verum a
verisimili sed ponendo speciem in intellectu

no valet r° quia intellectus non
pt uti illa per se ut patet de eo quod non
quevit illa uti in dormiendo. Si
obicias quod fantasma pt reputari
per se vel obiectum igitur intellectus pt illud
errore virtutis fantastice pt errare vel
saltem ligari ne possit operari ut
patet in sompnis et frenesi. Pt dici
quod et si ligetur quando talis error est
in virtute fantastica non tamen errat
intellectus quia tunc non habet aliquem
actum. Sed quid faciet intellectus
quando virtus fantastica non errat
qua tamen non errante requiritur ad
hoc quod intellectus non erret. Dicendum
ista virtus quiescit et intellectus quod
potentia non errat circa obiectum proportio-
natum in dispositione et notum est intellectui
virtutem fantasticam non esse indis-
positam in vigilia tali indispositione
que facit fantasma reputare se
tamquam obiectum quia per se notum est in-
tellectui quod intellectus vigilat
et ita quod virtus fantastica non est li-
gata sicut in sompnis. Sed ad hoc
instatur contra istam certitudinem dictam
de actibus hoc modo videtur michi quod
videam vel audiam ubi tamen non video
vel audio igitur de hoc non est certitudo.
Dicendum aliud est contra negantem aliquam
propositionem ostendere ipsam esse veram aliud est
alium admittentem eam ostendere quo
sit vera exemplum quarto metaphysice contra negantes
primum principium non inducit philosophus
istud inconveniens quod opposita contraria essent in
anima quia hoc ipsi concedunt sicut
premissam sed inducit eis aliquid incon-
veniens manifestius eis licet
non in se. Sed recipientibus primum principium
ostendit quod sit notum quia ibi est notum
quod eius oppositum non pt venire
in mentem quod probat quia tunc

possent opposita contraria simul inesse tali
concepto est ibi magis inconveniens quam
propositio. Ita hic si concedis me in
nullam propositionem per se notam esse nolo
tecum disputare. Constat quod protervus et
non es persuasus sicut patet in actibus
tuis quia arguit philosophus 4° metaphysice sompni-
ans enim de aliquo quasi in proximo
oppido et postea evigilans non prose-
queris illud sicut prosequeris si esses
ita proximus ad illud consequendum in
vigilando. Si autem admittis ali-
quam propositionem esse per se notam et aliqua qua-
cumque pt potentia indispositione errare
sicut patet in sompnis igitur ad hoc ut
cognoscatur aliqua esse per se notam
oportet quod possit cognosci quando poten-
tia est disposita et quando non et per quas
pt haberi notitia de actibus meis quod po-
tentia est ita disposita et quod illa est
per se nota que apparet sibi tunc per se no-
ta. Dico ad formam huius ambiguitatis
quod sicut apparet sompnianti se videre
ita posset sibi apparere oppositum huius
principii per se noti speculabilis et tamen
non sequitur quod illud principium sit per
se notum ita non sequitur quod non sit per
se notum audienti quod audiat quia contra
utrumque pt esse potentia indisposita
et errare non autem potentia disposita
et quando sit disposita et quando non hoc est
per se notum alias non possit cognosci ali-
quam aliam esse per se notam quia non
possit cognosci que esset per se nota utrum
illa cui intellectus sic vel sic disposi-
tus assentiret. Circa quartum articulum
contra conclusionem opinionis arguo sic quero
quid intelligit per certitudinem certam et
sinceram aut veritatem infallibilem
absque dubitatione et deceptione et
probatum est prius et declaratum in articulo 2°

et 3° q illa pt hr ex puris naliby
aut intelligit de ueritate que est
passio entis et cum eius possit pos
sit naliter intelligi igitur et verum
ut est passio eius et si verum igitur et
veritas per abstractionem quia quecumque
forma pt intelligi ut in sbo pt
intelligi ut in abstracto per se et in
abstracto a sbo · Aut tercio modo in
telligit per imitacionem conformitate
ad exemplar et si ad tantum pz proposito
Si ad imitationem conformitas ad illud
non pt intelligi nisi in illo exem
plari cognito quia relativum non cognoscitur
nisi cognito extremo igitur falsum est
quod ponitur in hac opinione q ex
emplar eternum est ro cognoscendi
et non cognitum · P 2° sic intellectus
simplex quidquid intelligit confuse
pt intelligere distincte inquirendo
diffinitionem illius cogniti per viam divi
sionis sed cognicio diffinitiva videtur
perfectissima privies ad intellectum sim
plicem ex tali cognicione perfectissima
maiori pt intellectus perfectissime in
telligere et in principio conclusionem
et in hoc videtur compleri noticia
intellectualis ita q non videtur necessaria
cognicio alicuius veritatis ultra veri
tates predictas · P tercio aut lux
eterna causat aliquid prius naliter actu
aut non · si sic aut igitur in obo aut
in intellectu non in obo quia obiectum
quantum hr esse in intellectu non hr esse
reale igitur non est capax alicuius ac
cidentis realis · si in intellectu igitur lux
increata non immutat ad concipiendum
sinceram veritatem nisi mediante suo
effectu et ita eque perfecte videtur q
quibus ponere noticiam in lumine increato
sicut ista posicio que ponit eam
videri in intellectu agente qui est

effectus lucis increate et perfectior quam
esset illud lumine actualiter causatum · Si
autem nichil causat ante actum aut
igitur sola lux causat actum aut lux cum
intellectu et obiecto · Si sola lux igitur
intellectus agens nullam operacionem
hr in cognicione sincere veritatis quod
videtur inconveniens cum ista sit operacio
nobilissima intellectus nostri ergo per
quam intellectus agens qui est nobi
lissima in anima debet concurrere aliquo modo
ad istam actionem · similiter etiam 2m philosophum
3° de anima intellectus agens corri
det in racione actus possibilis in racione
passivi igitur quidquid recipit possibilis
ad illud aliquo modo se hr agens
active · Hoc etiam inconveniens quod
illatum est concluditur ex opinione pre
dicta per aliam viam quia 2m istam opinionem
agens utens instrumento non potest
habere actionem excedentem actionem instru
menti igitur cum intellectus agens
non possit in cognicionem sincere veritatis
sequitur q lux eterna utens intellectu
agente non ponit in actione istius cog
nicionis sincere veritatis ita quod intel
lectus agens habeat ibi racionem instrumenti
· Si dicitis q lux increata cum in
tellectu et obiecto causat istam veritatem sincere
racionem sed est contra opinio que ponit
lucem eternam sicut causam remotam
causare omnem certam veritatem vel igitur
opinio ista erit inconveniens vel non discor
dabit a communi opinione · Ad q igitur
dico q propter verba Augustini oportet concedere
q veritates infallibiles videntur
in regulis eternis ubi pt ly in accipi
obiective et hoc quadrupliciter vel sicut
in obo proximo vel sicut in conti
nente obiectum proximum vel sicut in eo virtute cuius

obiectum proximum movet vel sicut in obiecto
remoto. Ad intellectum primi dico quod
omnia intelligibilia actu intellectus divini
habent esse intelligibile et in eis omnes veri-
tates de eis relucent ita quod intellectus
intelligens naturas veritates de eis
videt in eis sicut in obiectis veritates
istas naturas. Illa autem inquantum
sunt obiecta secundaria intellectus divini
sunt veritates quae conformes exem-
plari sunt intellectui divino. Sunt etiam
lux quae manifeste sunt et immutabiles
ibi et naturaliter sed sunt eterne secundum quid quia
eternitas est conditio exemplaris et ibi non
habent eternitatem nisi secundum quid. Sic igitur
primo possumus dici videre in luce eterna
hoc est in obiecto secundario intellectus
divini quod est veritas vel lux eterna
modo exposito. 2us modus patet similiter
quod intellectus divinus continet istas ve-
ritates quasi liber sicut illa auctoritas Augustini
12 de trinitate c. 14 dicit quod iste veritates scripte
sunt in libro lucis eterne id est in intellectu
divino inquantum continet istas veritates
et licet iste liber non videatur videntur
tamen ille quidditates que sunt
scripte in illo primo libro sicut in co-
niecte obiecti. Et aliter istorum duorum videtur
esse de intellectu Augustini 12 de trinitate c. 14 quod
vero quadrati corporis manet incor-
ruptibilis et immutabilis ratio non au-
tem manet talis nisi ut est obiectum secundarium
intellectus divini. Sed contra primum mo-
dum est dubium si enim non videmus
veritates istas ut sunt in intellectu
divino quia non videmus intellectum
divinum quomodo dicemus videre in luce increa-
ta ex hoc quod videmus in tali luce
eterna secundum quid que habet esse in luce
increata sicut in intellectu cognoscente.
Hic videtur tertius modus quod talis
est illa ut obiectum secundarium intellectus
divini non habet esse nisi secundum quid opposito

nisi relatio non competit alicui precise
secundum quid enim veritate sua sed si aliquo
modo competit hoc competit alicui cui com-
petit esse simpliciter. Igitur istis obiectis
secundariis non competit movere intel-
lectum precise nisi virtute esse intellectus
divini quod est esse simpliciter et per quod
ista habent esse secundum quid. Sic igitur in luce
eterna secundum quid sicut in obiecto proximo
videmus sed in luce increata videmus
secundum tertium modum sicut in causa proxima
virtute cuius obiectum proximum movet. Immo
hoc etiam posset dici quod quantum ad tertium
modum videmus in luce eterna sicut
in causa obiecti ipse namque intellectus divinus
producit ista suo actu in esse intelligibili
et actu suo dat huic obiecto tale esse et
illi tale et per consequens dat eis tales
rationes essendi obiectivas per quas post
movent intellectum ad cognitionem propriam.
Et quod proprie possit dici intellectum nostrum
videre in luce quia lux est causa obiecti
patet per simile quia proprie dicimus intelligere
in luce intellectus agentis cum tamen
illud lumen non sit nisi causa activa
vel faciens obiectum in actu vel virtute
cuius obiectum movet vel utrumque. Ista
igitur duplex causalitas intellectus divini
qui est vera lux increata quia scilicet producit
obiecta secundaria in esse intelligibili et quia est
illud virtute cuius obiecta etiam secundaria
et producta movent actualiter intel-
lectum possunt quasi integrare tertium mo-
dum propter quem dicimur vere videre in luce
eterna. Et si obicias quod istos duos
modos integrantes tertium membrum de
causa quia tunc videretur magis quod
diceremur videre in deo volente vel in deo
ut voluntas est quam in deo ut lux
est quia voluntas divina est principium
immediatum cuiuslibet actus ad extra.
Respondeo intellectus divinus inquantum aliquo modo

prior est actu dignitatis voluntatis di-
vine producit obiecta in esse intelligibili. et
ita respectu istorum videtur esse causa ne-
cessaria naturalis quia deus non est causa libe-
ra respectu alicuius nisi quod presuppo-
nit aliquo modo ante se actum voluntatis
et sicut intellectus ut prior actu vo-
luntatis producit obiecta in esse intelligibili
ita ut prior causa videtur cooperari
illis intellectibus ad effectum eorum naturalem
ut scilicet apprehensa et composita causet
apprehensionis conformitatem ad se
videtur igitur quod contradictionem includit
aliquem intellectum compositionem formare
et compositionem non esse conformem terminis
licet possibiles sint terminos illos non con-
cipi. quia licet deus voluntate coa-
gat ad hoc quod intellectus componat vel
non tamen cum composuit ut illa compo-
sitio sit conformis sit terminis videtur
sequi necessario rationes terminorum quas
habent ex intellectu dei causante illos
terminos naturaliter in esse intelligibili. Et
ex isto apparet qualiter non est necessaria
specialis illustratio ad videndum
in regulis eternis quia augustinus non ponit in eis
videri nisi ea que sunt necessaria ex
vi terminorum et in talibus est maxima
necessitas tam cause remote quam proxime
respectu effectus puta tam intellectus
divini ad obiecta movencia quam etiam illorum
obiectorum ad veritatem complexionis de eis
et etiam licet non sit tanta necessitas
ad perceptionem alicuius veritatis quod obiectum
includat contradictionem tamen necessitas
est ex parte cause proxime coassisten-
te sibi causa remota quia terminis apprehensis
et compositis nata sunt naturaliter causare evi-
denciam conformitatis compositionis ad
terminos. et si ponatur quod deus coagit
ad hunc effectum influentia generali
non tamen necessitate naturali. Sed sive sit
influentia generalis sive quod plus

est necessitas naturalis influendi terminis
ad hunc effectum patet quod non requiritur
illustratio specialis. Assumptum de inten-
tione augustini patet per ipsum 4 de trinitate capitulo 21
loquitur de philosophis nonnulli potue-
runt aciem mentis ultra omnem crea-
turam levare et lucem incommutabilis
veritatis attingere quantulacumque ex
parte qui christianos multos ex sola
fide viventes nondum hoc posse deri-
dent. vult igitur quod christiani credita non vident
in regulis eternis sed philosophi vident et illis
necessaria multa quidem etiam 9 de
trinitate capitulo 6 non qualis sit uniuscuiusque
hominis mens sed quid debet contingentia non
videntur. ubi sed necessaria et in eodem 4.
arguit contra istos philosophos capitulo 36 in
quid quia verissime disputant de eternis
rationibus omnia temporalia fieri propterea po-
tuerunt in ipsis rationibus apparere quot
sunt animalium species quot semina singu-
lorum in exordiis et nomine istorum omnium
non per illam incommutabilem scientiam sed
per locorum ac temporum hystorias quesi-
verunt et ab illis experta atque conscripta
crediderunt. ergo intelligit quod per il-
las regulas eternas non cognoscuntur illa
contingentia que tamen per sensus cognos-
cuntur vel per hystorias creduntur et tamen
specialis illustratio magis requiritur in
credendis quam in cognitis utriusque
primo ubi maxime removetur illa illus-
tratio specialis et sufficit sola generalis
Contra quid quod dicit augustinus 12 de trinitate
capitulo 15 quod paucorum est pervenire mentis
aciem ad rationes intelligibiles et 83 questione
46 non nisi pure anime ad illas
pertingunt. Responsio ista puritas non
debet intelligi a viciis qui 12 capitulo 14 de
trinitate ultimo quod intellectus videt in regulis
eternis quid in hijs sentiendum sit

et li. e. c. palle^o vult quod philosophi viderent
veritates in regulis eternis sine fide et
eadem questione vult quod nullus posset
esse sapiens sine cognitione ydearum
eo modo quo forte plato nemo crederet
esse sapientem Sed ista puritas debet
intelligi elevando intellectum ad con-
siderandas veritates ut relucent in
fantasmate ubi considerandum est quod res sen-
sibiles causant fantasma confusum
et unum per accidens in virtute fantasti-
ca representans sub rem 2a quantitate
sicut colore et alia corporalia sensibilia
et sicut fantasma representat tantum
confuse et per accidens ita multi percipi-
unt eius per accidens veritates autem
prime sunt per se tales ex separa-
tione terminorum inquantum tamen illi abs-
trahuntur ab omnibus per accidens coniunct-
is eis non enim habet ipso omne totum
est magis sua parte est per se nota ut
totum inest lapidi vel ligno sed ut
totum abstrahitur ab omnibus quibus
coniungitur per accidens puta a totalitate
lapidis vel ligni nunquam igitur intel-
ligit sinceram veritatem huius prin-
cipii qui nunquam intelliget prin-
cipii rationem suam per quam est veritas
paucorum igitur est attingere ad rationes
eternas quia paucorum est habere intel-
lectiones sine conceptibus intellectualibus per se
et multorum est habere conceptus tales
per accidens sed isti pauci non dicuntur dis-
tingui ab aliis ullis propter specialem
illustrationem sed propter bona et meliora
naturalia que habent intellectum magis
abstrahentem et perspicaciorem vel
propter maiorem inquisitionem per quam
quis ingeniosus pervenit ad cognos-
cendum istas quidditates quas alius
non inquirens non cognoscit et isto
modo intelligitur illud augustini 9. de tri-

c. 6. de vidente in monte et vidente
infimus aerem nubilosum et supra
lucem sinceram qui eum semper intel-
ligit tantum conceptus per accidens eo
modo quo fantasmata representant huius omnia q-
cernia per accidens ipse est qui in valle po-
situs et aere nubiloso includitur sed qui
separat quidditates intellectas eas per
se conceptu per se que non relucent in
fantasmate cum multis aliis accidentibus adiunc-
tis ipse habet fantasma infimus sub ae-
rem nubilosum et ipse est in monte
inquantum cognoscit veritatem illam et
videt verum supra ut illam veritatem
superiorem in virtute intellectus increati
qui est lux eterna. Ultimo modo potest
concedi quod cognoscuntur veritates sincere
in luce eterna sicut in obiecto remoto
cognito quia lux increata est principium
entium speculabilium et ultimus finis
speculationis nostre et ideo ab ipso sumuntur prima
principia tam speculativa quam practica
et ideo cognitio omnium tamen speculabilium
quam practicabilium per principia sumpta a luce
eterna ut cognita est perfectior et purior
cognitione sumpta per principia in genere
proprio. Hoc modo sincera veritas cognosci-
tur quia per illud cognoscitur quod est nuda
veritas non habens permixtum aliquid non
veritatis quia per primum ens a quo cog-
nito sumuntur principia sit cognoscendi
aliud ante quodcunque a quo sumuntur
principia cognoscendi in genere est verum
defectivum. Hoc modo solus deus cognoscit
omnia tamen modo sincere est ut dictum est
in questione de subiecto theologie solus ipse no-
vit omnia per se per suam essentiam omnis
autem alius intellectus potest moveri
ab alio obiecto ad cognoscendum veritatem
aliquam nature eius. Hoc modo cognitio
omnium pertinet ad theologiam sicut dictum est
in q. de subiecto theologie et est eius cognitionis

alia cognoscitur cum triangulum habe-
mus ut est quedam participatio dei et
huius talem ordinem in universo quod
quanto expressius participat dei hoc eo nobi-
liori modo cognoscitur triangulum habe-
mus quam per rationem trianguli et ita
cognoscitur quod temperate vivendum est
propter beatitudinem ulteriorem consequendam que
est in attingendo essentiam dei in se
et perfectius cognoscitur istud cognoscibile
sanctum qua per aliquod principium in
genere moris puta per hoc quod honeste
vivendum est et hoc modo loquitur Augustinus de
luce increata ut consimilia VI de trinitate capitulo
2a ubi seipsum alloquens ait multa
vera vidisti et ea que discrevisti ab illa
luce qua tibi lucente vidisti attolle
oculos ad ipsam lucem et eos in ea fi-
ge si potes sic enim videbis quo dis-
tat nativitas verbi a processione et pau-
lo post hec et alia oculis tuis interio-
ribus lux ista monstravit que ergo
causa cur acie fixa ipsam videre
non potes nisi utique infirmitas etc. Ex
dictis patet ad omnes auctoritates in oppositum
et secundum aliquem doctorum modum videndi ex-
ponit predictas auctoritates Augustini que occurrunt de
hac materia de 6o articulo quo si tres
fuerint concluditur aliquid verum per opinionem
illam ad quam inducuntur ab Augustino non autem
per conclusionem istam ad quam hic inducuntur
sciendum est etc.

Hic restat ordo etc. Circa
2am partem 3e distinctionis
in qua magister agit de cognos-
cibilitate dei per vestigium queritur utrum
verum sit in creatura sit vestigium trinitatis ar-
guo quod non quia per vestigium fit investi-
gatio illud enim est vestigium ergo per crea-
turam possit naturaliter investigari trinitas
quod est falsum quia hoc excedit na-
turalem rationem. Secundo in natura intellectuali

est ymago trinitatis igitur non vestigium
quod patet quia ista sunt opposita ratione
repugnantia ergo non conveniunt eidem. Secundo
natura intellectualis quia nobilior est
habet aliam rationem repugnantem quam alie
nature inferiores ut rationem ymaginis
sed citra naturam intellectualem sunt
multe nature habentes ordinem in perfectio-
ne sicut animata super inanimata et
mixta supra simplicia igitur in eis
erit alia ratio repugnantie ita quod ratio vesti-
gii non erit communis omnibus. Contra Augustinus 6 de
trinitate capitulo ultimo oportet ut creatorem per ea
que facta sunt conspicientes intelligamus
trinitatem cuius in creatura quo dignum
est apparet vestigium. In questione ista sunt
duo videnda primo quod secundum omnes differen-
tes secundum aliquam similitudinem differentiam
videndum est de ratione vestigii in cor-
poralibus unde translatum est nomen eius
ad propositum. 2o videndum est que sit ratio
vestigii secundum quod transfertur ad propositum
et in quo consistat et respectu cuius videtur
sit ratio vestigii in creatura. Quantum ad primum
dicitur quod ratio vestigii est hec vestigium
est impressio derelicta ex transitu alicuius
super terram vel plenum ipsum imperfecte
representans et ratio imperfecte quod vestigium
representat consistit sub ratione speciei vel
genere perfecte quia sub ratione individui
sicut per vestigium dividitur equina a bovina
et cognoscitur quod transiens est equus non
bos non autem distinguitur hic equus
ab illo sed ymago distinguit quia
ymago rationis non representat respective.
Quantum ad 2m dicitur quod creatura habet
ad deum triplicem relationem sicut ad tri-
plicem causam et hoc secundum tres modos
relationis quos ponit philosophus 5 metaphysice
quantum ad primum modum refertur ad de-
um relatione fundata super unum si

relatione similitudinis et hoc inquantum
creatura est exemplata et refertur ad deum
inquantum ipsa est exemplaris. Quantum ad
secundum modum scilicet potentie refertur crea-
tura ad deum ut productum ad produ-
centem. Quantum ad tertium modum scilicet mo-
mensure refertur creatura ad deum
ut ordinata ad ipsum sicut ad causam
finalem. isti ergo tres respectus
integrant rationem vestigii quia
una relatio non sufficit sine aliis
ut colligitur ab Augustino 83 q. q. 18 de duobus
omnibus 18. Habetur ergo in quo consistit
vestigium in creatura. Secundum respectu cuius
est ex parte dei. Respondeo in respectu appro-
priatorum omnibus personis divinis nam
nam creatura per primum respectum scilicet
similitudinis representat artem exem-
plantem que appropriatur filio. per secundum
representat producentem potentiam que
appropriatur patri. per tertium representat bonitatem
finientem que appropriatur spiritui sancto. Contra
illud quod dicitur in primo membro si
tantum esset unum animal ita quod aliud
non esset possibile in universo ad hoc
eius vestigium non esset eius ymago
quia ad hoc vestigium non esset similitudo
totius et tamen non representaret ipsum con-
fuse vel secundum aliquam rationem sibi et
aliis communem. Dicitur quod sicut non
sol est universale licet esset impossibile plu-
res esse soles et forma que est de ratione
sub ratione universalis non autem de hoc so-
le, ita etiam species intelligibilis representat
universale non autem hoc licet universale non ha-
beat esse nisi in hoc. Contra si ratio
alicuius inquantum est vestigium non est
ymago habetur propositum et hoc posito
per quamcumque positionem quod ab hoc
nichil possit abstrahi sed hoc posi-
to ad hoc possit aliquid representare
totum hoc ut hoc et aliquid partem

huius ut huius. Praeterea si partes animalis
diversorum specie que imprimunt in molle
cedens essent similes in quantitate et
figura vestigium non duceret in cognitionem
sub ratione speciei sed tantum generis. si etiam
in eadem specie essent tales partes
dissimiles in quantitate et figura vesti-
gium duceret in cognitionem individui ut hic
licet non totius ut representavi igitur etc.
articulis dico est species ut non species. Quantum
ad hoc dico quod vestigium est similitudo
illius partis animalis a qua imprimitur
in aliquid sibi cedens. sed similitudo
expressa partis non est similitudo totius
quia neque secundum rationem totius neque
etiam quia totum tunc componitur
sed tamen cognitione ex hoc scilicet quod illud
representatum componitur esse aliquid ipsius
et ideo si istud suppositum sit falsum
puta quod illud imprimens sit separa-
tum a toto ut si pes amputatus
a corpore imprimeret vestigium curraret
alicuius cum toto cuius nata est esse
talis pes impressiva vestigii. patet etiam
quod si totum corpus esset impressum plumbum
sicut illa impressio debita non esset
ymago et similitudo totius sicut non
vestigium est similitudo partis. Hoc etiam
ad propositum applicando non videtur quod prima
distinctio inter vestigium et ymaginem
sit vera quia nulla creatura representat deum
nisi secundum conceptus communes et non secundum concep-
tus speciales scilicet speciei specialissime igitur
non est differentia creature ad creaturam
in representando deum in quid et
non in quid. Quod etiam dicitur in secundo
membro quod vestigium consistit in illis tri-
bus relationibus non videtur verum quia
licet non vestigium dicat respectum
quemadmodum similitudo realiter est
respectus tamen sicut similitudo
non dicitur esse in aliquo respectu

sed in aliquo absoluto in quo fundatur ratio
similitudinis. videtur etiam ratio vestigii non
esse in respectu precise sed in aliquo in
quo fundatur ille respectus. et hoc
probatur per quia vestigium est similitudo
vestigiati ex quo cognito cognoscitur
illud. igitur vestigium per naturaliter
prius cognosci illo cuius est. sed relatio
non per naturaliter prius cognosci termino suo.
Per quod dicitur quod illi tres respec-
tus pertinent ad tres modos rela-
tivorum videtur falsum quia philosophus 5 methaphysice
ponens differentiam duorum modorum ad 3
vult quod in duobus primis sit mutua
relatio in 3o non sed tantum unum dicitur
ad aliud quia aliud est eius. omnis
autem relatio creature ad deum est non
mutua sed tantum dicitur deus ad creaturam
quia creatura dicitur ad ipsum igitur omnis
respectus creature ad deum est 2m
2m modum. Quod etiam dicit de
primo modo de similitudine non valet
quia illa similitudo que est exemplati
ad exemplar non est de primo modo
quia non est similitudo univocationis
sed imitationis. unde modo pertinet ad tertium
modum sicut manifeste patet per philosophum
qui in 3o modo ponit relationem scibilis
ad scientiam et mensurati ad mensu-
ram. exemplar autem habet rationem men-
sure respectu exemplati etc. Quantum
igitur ad 2m articulum concedo quod omnis
respectus creature ad deum pertinet
ad tertium modum relativorum et quod non
in solis respectibus consistit vestigium
sed in aliquibus absolutis et forte in aliquo
respectu sicut in summa sua parte 2m quod
assignat ad partes vestigii 6 de tri-
nitate ultimo ubi dicit de creaturis hec
omnia que arte divina facta sunt
et unitatem quandam in se ostendunt
et speciem et ordinem unitas est proprio

absoluta sicut patet per exempla sua ibi
unum aliquid est sicut natura corpo-
ris. species etiam seu forma absolutum ali-
quid est sicut per exempla sua ibi
patet sicut sunt qualitates corpo-
ris et doctrine animarum. Ordo autem dicit
respectum sed non ad finem ultimum sed ad
operationem unde dicit aliquid ordine
tenet sicut sunt pondera et colloca-
tiones. Hec autem tria sic sumpta re-
putantur sub ratione similitudinis ma-
[illegible] in deo quia unitas re-
putatur summam unitatem primum princi-
pii a quo est origo et quo ad hoc dicit
Augustinus et illa unitate est summa origo
omnium rerum. Species imitata reputatur
summam pulchritudinem unde et subdit
summa pulchritudo. Ordo sive operatio
imitata reputatur operationem perfectissimam
in deo. et quo ad hoc subdit beatitudo
est summa delectatio. Preter et alia mul-
ta in creaturis assignantur que ut
similia reputantur in divinis aliquam
appropriata in personis puta unum verum
et bonum. unum in creatura reputatur uni-
tatem appropriatam patri. verum imitatur
appropriatam filio. bonum bonitatem ap-
propriatam spiritui sancto et omnes iste per-
fectiones simplices sunt absolute et reputantur
absolutas perfectiones dei appropriatas personis.
Aliter intelligitur assignatur vestigium sive
in illis que per similitudinis rationem re-
putantur aliqua appropriata personis sive
per rationem proportionaliter. Dico autem
proportionaliter reputari quando illius
reputantur non est formaliter in deo sed
aliquid proportionale illi rationi sicut de illa
assignatione modus species et ordo
cum qua videtur esse eadem illa as-
signatio scripture. Omnia in numero pondere et
mensura modus accipitur pro limitatione

in prima et per eandem accipitur mensura in secunda. pondus autem in 2a et ordo in prima per eandem accipitur. similiter numerus et species unde numerus sive species pondus sive ordo exponatur sicut in prima assignatione. sed mensura que est idem quod modus non reputat aliquid sub ratione simplicis sed comparationis quia limitatio producti reputat alicuius potentiam producentis et sic patet in quibus materia consistit vestigium et respondeo quod in divinis quia respectu appropriatorum personis divinis. Sed quo accipitur ratio vestigii in divinis que considerat simpliciter partis cum in divinis non sit pars. Trinitas est quasi quedam totum universale saltem in conceptu intellectus nostri persona est ibi quasi pars huius totius ut etiam apparatum persone ut apparatum est illi quasi pars eiusdem quia accipitur per illo cui apparatur nec tamen hoc sed apparabile licet non acceptum ut apparatum ad hoc est ibi quasi pars eiusdem quia eius ratio ut est et ut concipitur complete salvatur in una persona et per consequens ratio eius non ponit trinitatem sed ponit conditionaliter trinitatem alicuius persone in qua sit. licet igitur trinitas quamvis non reputet nec personam ut persona est in intellectu nostro quasi pars trinitatis nec apparatum nisi cognoscatur illud cui apparatur reputat tamen apparabile in quo salvatur ratio quasi partis modo predicto respondeo trinitatis.

Quantum ad 3m articulum dicitur secundum Boethium de ebdomadibus quod diversum est esse et quod est quia illud quo aliquid est dicitur natura eius quo autem ipsum est quod est vel aliquid dicitur aliquitas eius hec intellectio dicitur quod respectus vestigialis in creatura non fundatur in ratificatione rei sed tantum in aliquitate et est formaliter ratitudo eius. Modus ponendi est iste secundum Avicennam 4 metaphysice quantitas est tamen quantitas quia ratio quantitatis non est res rata igitur oportet quod aliquo alio extra rationem quantitatis formaliter sit ratum. Dicitur etiam quod illud quo formaliter est ens ratum sit respectus vestigialis. Ad hoc primo sic quidquid includitur in per se intellectu alicuius inquantum tale est illud quo ipsum est tale sed respectus vestigialis includitur in ratione cuiuslibet entis rati ergo. probatio minoris quoddam est ens quod est ipsum esse sicut deus quoddam cui convenit esse sicut est aliud adeo quod non est de se esse sed tantum ens cui convenit esse. Ex hoc arguitur quidquid non est de se esse sed tantum ens cui convenit non est ratum nisi inquantum participat esse igitur illa participatio formaliter constituit. 2o sic nichil aliud adeo sit perfecte cognosci sine cognitione causarum intrinsecarum et extrinsecarum sed si essentia alicuius talis esset absoluta et non includeret respectum ad causam extrinsecam posset cognosci sine cognitione causarum intrinsecarum et extrinsecarum Sed si essentia alicuius talis esset absoluta et non includeret respectum ad causam extrinsecam posset cognosci sine cognitione cause extrinsece igitur oportet quod includat talem respectum. Adducitur Augustinus 8 de trinitate c. 4. videbis bonum omnis boni etc. Et Boethius de ebdomadibus si paulisper amoveas ipsum primum bonum tunc licet sint bona non tamen in eo quod sunt erunt bona igitur aufertur ratio boni ab eis ablato per intellectum bono primo et per consequens bonitas in eis dicit respectum quia participationem summi boni

Si arguitur quod opinio ista ponit aliquid xi-
me quod relatio sit ens debilissimum
igitur non est verum esse per ratitudo en-
tis rati. Dicitur quod duplex est relatio
quedam actualis et quedam potentialis
et accipitur hic de relationibus a simpli-
citer per predicamenti ubi vult quod aliqua non
constituunt predicamenta per se alia pro eo quod
aliqui respectus sunt essentiales sive
potentiales et aliqui non. Si autem obicitur
quod omnis relatio presupponit fundamentum dicitur
quod verum est de relatione advenientie fun-
damento non autem de constitutione fundamenti.
Contra ista ut intelligamus hec
verba distinguo tria secundum opinionem doc-
toris in tribus dictis fundatam videtur
opinio ista quia secundum ipsum res duobus modis
dicitur aliquid et per quemlibet opinio est secundum
ipsum in figmentis et non figmentis aliquo
dicitur a ratitudine pro re primo modo
dicta accipio realitatem opinabilem
pro re secundo modo accipio secundum eius intentionem
realitatem quidditativam quia ponit
rem quidditativam esse ratam pro hoc
quod est extra quod non convenit fig-
mentis ultra non restat nisi reali-
tas actualis existentie. Hec igitur
tria pro ordine realitatem opinabilem quid-
ditativam et existentie. Quero tunc quid
intelligit per aliquitatem si realitatem
opinabilem vel illa per quam aliquid
et ultimo illa de se nichil est igitur rati-
tudo fundetur in aliquitate fundatur in
nullo et quod fundatur in nullo est nichil
quia quod nichil est ad se nichil est
ad aliud a de tr c z igitur ratitudo
nichil est igitur res composita ex ra-
titudine et aliquitate erunt duo nulla.
Si aliquitas dicatur realitas quidditativa
Quero quid intelligit per ratitudinem
vel realitatem quidditativam aut realitatem
existentie si quidditativam igitur dicendum

fundari in aliquitate est dicere realitatem
quidditativam fundari in realitate quidditativa
Si realitatem existentie contra illum presup-
ponitur ratitudo quia res secundum istum
opinionem sit rata esse rata ante existen-
tie et ita prima ratitudo eius non potest esse
esse existentie. Si dicatur quod aliquitas
que est realitas opinabilis est quo quid
aliquid et ultimo sed alia est aliquitas que
est propria figmentis et alia que est propria
possibilibus esse et non convenit figmentis
ex qua componitur res simul aliquitate
et ex ipso esse sicut ex ratitudine.
Contra hoc est dicere quod duplex est
aliquitas aliqua alicuius et nichil
aliqua alicuius tunc sicut si diceretur
quod duplex est albedo aliqua albi
et nigri aliqua albi tunc et queritur hic
de illa aliquitate propria entis possibilis
quero autem illa est respectus tunc et fun-
datur in aliquitate quia illa sola pre-
cedit eam et tunc fundabitur in nichilo
ut dictum est et tunc erit nichil aut illa
propria est quod absolutum et per eam distinguitur
res huius eam a figmentis propter igitur
ista est prima ratitudo rei et absolutum et
ita respectus non est prima ratitudo
rei. Preterea secundo per hunc modum aut deo
sit conceptus cui repugnat aliquid
sub esse in effectu aut cui non repug-
nat aut cui de se sub est aliquid
in effectu non tertio modo secundum omnem opinio-
nem quia hoc est proprium soli deo.
Si detur quod sibi repugnet de se
aliquid sub esse in effectu sine concep-
tu pro respectu illo advenientie
non potest ei competere quod aliquid possit
sibi sub esse quia quod repugnat ali-
cui ex se non potest ei non repugnare
stante natura eius et ita non potest sibi
non repugnans pro aliquo respectu
advenientie sibi igitur conceptus huiusmodi

est talis cui de se non repugnat aliquid sub esse in effectu sed talis est conceptus entis rati 2m opinionem quorundam doctorum quia conceptus figmenti repugnat aliquid sub esse in effectu. Preterea philosophus 2o methaphisice ex opinione dicentium omnia apparentia esse vera infert istud impossibile quod omnia erunt ad aliquid quod non intelligit tamen denominative quia sic omnia esse ad aliquid verum est saltem omnia alia a deo ergo intendit inferre per maxime inconveniens omnia esse essentialiter ad aliquid sed ante opinio ponit omnia essentialiter ad aliquid igitur opinio ista videtur ponere quod apud philosophum est magis inconveniens quam omnia apparentia esse vera. Videtur quod philosophus dicit quod omnia erunt ad aliquid sed ad opinionem et sensum. Contra in arguendo ducente ad impossibile conclusio debet esse magis impossibilis quam premissa ista conclusio illata non differt a premissa que ponit omnia esse vera propter eorum apparentiam ad opinionem vel sensum nisi in hoc quod infert omnia esse ad aliquid igitur si in aliquo habet maiorem impossibilitatem quam premissa ista impossibilitas est omnia esse ad aliquid. Quarto sic quantitas inquantum quantitas aut habet tantum quid nominis aut quid rei quod repugnat figmentis. Si primo modo igitur de quantitate inquantum quantitas non plus est scientia quam de chymera et per consequens methaphisica que est de predicamentis non magis erit scientia quam si esset de figmentis non intellectibus propter contradictionem inclusam in eis. Si vero quantitas inquantum quantitas habet quid rei quod repugnat figmentis igitur quantitas est quid ratum. Videtur quod quantitas vel quantitas habet aliquam diffinitionem sed illa non indicat eius ratum

quia figmenta etiam possunt habere quid et diffinitionem sed ad quiditatem completam requiritur entis rati oportet addere respectum ad eius [illegible] sed istud non videtur ad argumentum quod [illegible] nulla sit scientia. Videtur quod dicat de figmentis quod habent genus et differentias sicut est quia omne tale habet in se rationem falsam quia includente contradictionem quia una pars repugnat alteri sed tales partes nunquam sunt genus et differentia quia dictum est quod sunt diffinitiva quibus et per que sibi non repugnat. 2o contra rationem istam arguitur ex dictis eius primo sic quilibet est formaliter actu sua ratitudine. deus enim 2m eum est est sua ratitudo et tunc sive [illegible] igitur res formaliter est actiua sua ratitudine non sua aliquitate quod probatur quia ratitudine est formaliter in actu sed 2m ipsum nichil est formaliter actum relatione quia relatio non est prima accidentis igitur ratitudo non est relatio. Preterea 2m ipsum nulla creatura inquantum rata differt specie ab illo esse quod est sed ipsum esse quod est deus 2m omnem opinionem est absolutum igitur quo igitur illud quod est formaliter ratum non differt specie ab eo quod est absolutum. Preterea 2m ipsum deus rationis preparat eius fundamentum non tamen est formaliter res rata igitur talis preparatio non est formaliter ratitudo. Quantum ad istum articulum dico quod nullus respectus est ratitudo sine quo aliquid est fundamentum eius vel verum vel terminus eius inquantumque entitate quia omnis respectus habet aliquid in quo fundatur quod 2m se non est ad aliquid in illo igitur primo in quo est essentialiter ad se si non est essentialiter eius terminus et fundamentum non est capax alicuius respectus per quem fiat eius ratum quia non ratum si fit ratum aut fiet ratum ex se quod includit

contradictionem quia quidquid est ex speciali
quale est nativo tale aut fit ratum
ab aliquo extrinseco et sic hoc unaliter potest
abstrahi aliquod continuare causativum illarum
qua respectus quia formalis ratio
cuiuscumque primi causandi productivi non est
nativo respectus. Ad rationes pro op-
posita quantum ad hunc articulum 3m.
Ad illud dicitur de quantitate dico
quod per hoc quod dicit quod equitas
est tantum equitas non excludit illa que
sunt per se de ratione equitatis cuiusmodi
est entitas rata sed excludit illa
que sunt passiones eius ut bonum
actus etc. sicut patet ibi per litteram suam.
Ad 2m cum maior quam minor est falsa
maior quidem quia aliud in est per se essen-
tialiter homini inquantum homo non tamen
alietas est illud quo formaliter est homo
sed si addatur in maiori quidquid per se in-
cludit in intellectu alicuius tamquam
ultimum in eo vera est et sic minor falsa
cum probatur per aliud principium creatum est
cui convenit esse etc. dico quod maior huius
principii est falsa si per ly inquantum intelli-
gatur reduplicari aliquid per se primo
modo vel si accipiatur in maiori pro ratione
[illegible] et sicut exponitur patet quia
intelligitur realitas principaliter ad primum
modum per se maior est falsa eodem
modo quia ipsa participatio non est per se
primo modo illud quo ens est ratum
formaliter. Si autem intelligatur per
inquantum realitas est principaliter ad 2m
modum per se qualis est in subiecto respectu
proprie passionis sic concedo quod tale ens
puta lapis inquantum lapis participat
non est tamen propria vera eque scilicet quod
inquantum participat est ens ex 3m sic
proprie loquendo est falsa homo inquantum
risibilis est homo etiam intelligendo
per se 2o modo et multo magis per se primo

modo tamen hec est vera homo inquantum
est homo est risibilis 2o modo et tamen potest concludi
aliquo modo illa prima quod lapis inquantum
lapis participat ipsum esse tamen quod lapis
potest in entitate rata de necessitate et per se
2o modo hic respectu participationis sive
qua ipsum esse includit contradictionem pro
subiecto esse sine propria passione vel fundamentum
nativum relationis esse sine relatione pro-
pria primo illius relationis tamen intelligo
sic quod in primo non est ens quod est
ipsum esse in 2o est lapis est ens ratum
abstractum quia nec intelligitur tamen participans
nec non participans in tertio est ipsa
participatio respectus quidam quibus ad
ipsum lapidem. Ad aliud de causis
primo probatur dico quod aliud est relationem
esse posteriorem consimilem creati per eum et
aliud ipsum includi in cognitione causa-
ti licet enim prius lapis habeat re-
spectum ad deum quam lapis cognos-
catur et ideo non cognoscatur perfecte nisi
cognito deo cum lapis cognoscatur non
cognito respectu ad deum et ex hoc
sequitur quod respectus ille non est de
essentia lapidis quia nichil cognoscitur
nisi cognito eo quod est de essentia
sua. Ad aliud concedo quod quodcumque aliud
bonum est bonum per participationem sed
auctoritas non vult quod participatio sit de
essentia illius boni. Ad hoc 3m dico
quod auctoritas concludit oppositum quia ibi
ponit subtractionem primi boni per intel-
lectum hic autem potius de creatura dicit
quod loquendo de esse earum licet sint
et bona sint non tamen inquantum sunt
bona sunt igitur ipse subtrahens per
intellectum primum bonum de creaturis lo-
quitur 2m esse earum sed si esse creature
esset respectus ad summum bonum non
solum esset contradictio subtrahere summum
bonum et loqui de esse creaturarum sed

esset non intelligibile quia non esset intel-
ligibile ponere respectum subsistendo cum
respectus igitur intelligit quod esse crea-
turarum sit absolutum. sed bonitas apud
eum dicit quendam fluxum a primo
bono et verum est quod iste fluxus dicit
respectum et ideo non potest absolute competere rei
Si ergo res secundum suum esse non esset a
primo bono esset tamen bona per accidens
si secundum aliud esse flueret a primo bono
sicut lapis si non secundum se esset a voluntate
primi boni sed secundum dimensionem inquantum
dimensus esset bonus quia a voluntate
primi boni licet non inquantum lapis
vel inquantum ens. patet igitur quod acci-
pit bonum per respectum fluxus a primo
bono et hoc modo etiam bonitas talis
entibus a deo non est nisi quia sunt
a voluntate primi boni sed ista non est
proportio absoluta et intrinseca creature et ideo
bonitas secundum aliam rationem absolutam non dicit
respectum ad creatorem licet bonitas
ut ibi accipitur dicat. Ad primum prin-
cipale dico quod per vestigium distincte inves-
tigatur illud cuius est ymago scilicet pars
totius sed totum non investigatur nisi
indistincte sicut totum cognoscitur ex
parte ita in proposito per creaturam in-
vestigatur apparenter non tamen inquantum
apparens sed ipsum inquantum est apparens
cuiuscumque proportione et ideo trinitas cuius con-
ceptus in intellectu est qui totalis in-
vestigetur per similitudinem quam partis. Ad
secundum dico quod quelibet essentia creata inquantum
talis essentia creata est secundum derivatum
exemplar et ideo quelibet representat deum sub ratione
vestigii natura autem intellectualis inquantum
habet in se essentiam unam et operationes
multas inter quas est ordo originis
representat trinitatem ratione ordinis istorum
convenientium in tali natura ita quod natura
intellectualis non est eadem vestigium et
ymago sicut patebit magis in questione

de ymagine. Ad ultimum dico quod in es-
sentiis creaturarum praeter ordinem crea-
turarum non est alia ratio representandi quam
ratio vestigii sed quia in aliqua natura
concurrit ultra representativa unitate
et trinitate ideo natura talis habet rationem
ymaginis cuiusmodi est natura intellectualis
talis enim concursus non est in aliqua
natura infra intellectualem et ideo omnes
nature alie habent per se rationem vestigii

Utrum non adeam etc. Circa tertiam

partem huius distinctionis in qua
magister agit de ymagine queritur
quarto. Primum est utrum in parte intellec-
tiva proprie sumpta sit memoria habens
speciem intelligibilem naturaliter priorem actu
intelligendi. Secundum est de notitia ge-
nita que sit causa gignens vel ratio
gignendi eam utrum scilicet pars intellectiva
proprie sumpta vel aliquid est sit causa
totalis gignens notitiam actualem
et ratio gignendi eam. Tertium est utrum
partialis causa notitie genite sit obiectum
in se presens vel in specie vel ipsa pars anime
intellectiva. Quartum est utrum in mente
sit ymago trinitatis distincte

Circa primum arguitur quod non omnis
species impressa ab obiecto representat
illud sub ea ratione sub qua imprimitur
ab eo et si imprimitur ab alio ad hoc re-
presentat sub ea ratione sub qua representa-
ret si imprimeretur ab obiecto alioquin non
esset natura species eius sed species que imprimitur
ab obiecto imprimitur ab eo ut singulare
quia actio est singularis igitur species im-
pressa a quocumque non potest representare
universale sed non universale representat intellectum igitur
nulla species impressa representat intelligibile
sub ratione intelligibilis. Probatio prima consequentie
est ex parte speciei et non equivoca non
enim quia species est in oculo ideo album
est prius sed equivoca igitur prima representatio

obiectum non est per speciem igitur superflue
ponitur species. Tertio per naturam obiecti. Praeterea
quaelibet species si esset in intellectu esset
forma naturaliter agens ad intellectionem
sed multae possunt esse simul in intellectu
si aliqua ponitur ibi igitur omnes illae
agerent naturaliter ad intellectiones sibi cor-
respondentes igitur simul essent plures in-
tellectiones in intellectu correspondentes
illis pluribus speciebus. Si enim aliqua
illarum ageret naturaliter et tunc non esset
intellectio secundum eam sequitur quod numquam
posset esse intellectio secundum eam et quidem
naturaliter agens agit agit secundum ultimum
suae potentiae igitur si tunc non potest
habere effectum numquam habebit. Plura-
litas etiam specierum quae sequitur ex
positione improbatur per illam rationem aliqui
in metaphysica sicut unum corpus non
potest simul figurari diversis figuris ita
intellectus non videtur posse informari
simul diversis obiectis quod tamen sequeretur
ponendo simul plures species intelligibiles.
Praeterea quarto videtur sequi quod intellectus
non patitur ab intelligibili inquantum intel-
ligibile sed tantum patitur passione reali re-
cipiendo quandam formam quae est sd.
eius perfectio realis recipit enim speciem
illam ut subiectum recipit realiter accidens
et ita non patitur intellectus ab intelligibili
inquantum intelligibile. Et ex hoc sequitur
quod intelligere non est motus rei ad ani-
mam ymmo omnis intellectio est actio
eius absoluta sicut forma stans in se
non habens aliquem terminum extra. Praeterea vo-
luntas habet obiectum sufficienter sibi praesens
ut circa illud possit agere licet nihil
recipiat ab ipso in se ita potest esse in
proposito si quod intellectus potest immediate agere
circa obiectum aliquid non quod eius speciem
recipiat sed inquantum obiectum est terminans
actus eius. Confirmatur quia obiectum non est

praesens voluntati nisi quia est praesens intel-
lectui igitur ita est de intellectu respectu
phantasiae. Confirmatur intellectus quando est
in potentia accidentali et propinqua ad intelligendum
qui prius fuit in potentia essentiali et tunc
hoc non est in intellectu nisi per aliquam
mutationem non obiecti. Patet igitur ipsius
intellectus ista mutatio quae facit ad ta-
lem potentiam propinquam videtur esse ad
aliquam formam per quam obiectum intelligibile
est praesens intellectui quae forma est prior
actu intelligendi quia prior naturaliter est
potentia propinqua qua quis est po-
tens intelligere quam sit actus intelligendi.
Illa forma per quam obiectum est sic praesens
intellectui in ratione intelligibilis vocatur
species igitur. In ista quaestione sunt multi
modi dicendi. Unus modus negans omnes spe-
cies intelligibiles praecedentes naturaliter actum
intelligendi propter rationes positas ad
primam partem quaestionis. Modus secundus
est iste quia impressione speciei sensibilis
in organum sensus et toto illo processu
usque ad virtutem phantasticam intellectus
agens abstrahit ab obiecto in phantasmate
et immutat intellectum possibilem ad sim-
plicem apprehensionem essentiae ita quod
intellectus possibilis nullam speciem
impressam recipit a phantasmate nec est
obiectum praesens intellectui nisi quia est praesens
ymaginativae et hoc probatur ex tali
deductione sensus enim recipit speciem
aliquam ab actu pro eo quod organum est
eiusdem rationis cum medio ut quod species
illa recepta est dispositio propinqua
ad actum recipiendum necessario concurrit in intellectu est enim intellectus
[illegible] non organicus et de se sunt dispo-
sitiones ad actum intelligendi. Haec
dicitur esse intentio Aristotelis 3 De anima ubi com-
mendat antiquos dicentes animam
esse locum specierum non totam sed intellectivam

Hec autem distinctio auctoris non videtur
esse bona intelligendo quod alie partes
non habeant species. Sunt enim species in parte
sensitiva, sed alie partes non habent species
neque locum, sed ut sensibilia habent actum. In-
tellectus autem habet eas ut locus, quia
ut formas expressas non impressas.
Hoc etiam accipitur ex 3o de anima quia
2um auctoritatem speculamur quod quid est
in fantasmatibus, et fantasmata se habent ad intellec-
tum sicut sensibilia ad sensum et nichil
intelligimus sine fantasmate et plura
similia dicit. Ex hiis concluditur quod
auctor nullam speciem intelligibilem ponit quia
si ipsa poneretur intellectus non specu-
laretur quod quid est in fantasmatibus sed in specie
intelligibili. Similiter non oporteret converti ad fan-
tasmata sed sufficeret species intelligibilis in qua
haberet obiectum presens ad quod converteretur. Si
arguitur contra hoc quia 2um philosophum ibi-
dem est quod aut res sunt in anima aut
earum species, res non sunt ibi, ergo species.
Respondetur quod in intellectu est species impres-
sa que est habitus vel actus vel species
expressa que est species in fantasmate vel
quidditas relucens in fantasmate que
est species representativa singularis, non enim
hic lapis est in anima sed quidditas que
est species huius lapidis. Hic ponitur
intentio Augustini 14 de trinitate c. 28 ubi vult
quod verbum concipitur non ex specie intelligibili
sed ex habitu, dicit enim ex ipsa scientia
quam memoria tenemus nascitur verbum
et eodem libro c. 21 concipitur verbum
de scientia que manet in anima. Eandem
conclusionem cum ista opinione tenet Godefridus
quodlibet 9 q. 19 et ponit talem rationem
illud ad quod aliquid per se est in potentia
illud habet esse in eo ab agente proportionali
et non aliud. Virtus apprehensiva per se
solum est in potentia ad cognitionem
patet per Augustinum 12 de trinitate c. ipsa forma
que visui imprimitur visio vocatur er-
go etiam convenit cum meo in
imitatione quia sunt eiusdem dyapassonis.
Iste doctor negat etiam omnem speciem
intelligibilem et per tractat illam rationem
de Godfrido que tacta est in ratione ista.
Ponit etiam aliam rationem talem quecum-
que potentia est in potentia ad aliquem
actum primo perficitur 2um talem actum
ab agente proportionato pure sed potentia
apprehensiva est potentia primo ordina-
ta ad habendum actum scilicet apprehensionem, igitur
primo perficitur 2um talem actum ab
agente proportionato. Contra positionem istam
arguo sic. Si singulare intelligitur
vel non, non tamen primo. Clarum est enim quod
universale potest ab intellectu intelligi et
magis ponitur a philosophis ista potentia dis-
tincta a potentiis sensitivis propter
intellectionem universalis propter compositionem et divi-
sionem et propter sillogizationem quam propter
cognitionem singularis si possit intelligere
singulare. Ex hoc igitur manifesto
scilicet quod intellectus potest intelligere universale
accipio hanc propositionem: intellectus potest
habere obiectum actu universale presens sibi prius
in ratione obiecti prius naturaliter quam intelli-
gat. Ex hoc sequitur propositum quod in illo
priori habet obiectum presens in specie intelligibili
et ita habet speciem intelligibilem priorem actu.
Illius simpliciter videtur scilicet minor quia
obiectum est naturaliter prius actu, igitur universitas
illa que est propria conditio obiecti inquantum
obiectum est precedit actum. Pro hoc quidem
primo ex parte universalis, 2o ex parte potentie.
Ex parte universalis arguo sex rationibus: due
sumuntur ex parte fantasmatis representantis, due
ex parte intellectus agentis, et due
ex parte quietationis et unionis. Primo
arguo sic: species ex hoc quod est talis spe-
ciei habet talem rationem representandi et habet.

respectu o[mn]i[um] sub tali r[ati]one represe[n]ta-
ti ig[itu]r sp[eci]es manens eadem no[n] h[abe]t
duas r[ati]ones representativas nec est
representativa respectu duar[um] r[ati]onu[m]
in representa[bi]li[um] s[ed] inte[llectu]s obiectu[m] sub r[ati]o[n]e
u[niversa]lis et singularis requirit duplice[m]
r[ati]onem representandi et requirit repre-
sentativu[m] respectu duplicis r[ati]onis repre-
senta[bi]lis s[ecundu]m h[oc] ig[itu]r idem manens
idem no[n] representat sic et sic ig[itu]r fan[tas]ma
quod de se representat obiectu[m] sub r[ati]one
singularis no[n] p[otes]t ipsu[m] representare sub
r[ati]one u[niversa]lis. Videt[ur] q[uod] eade[m] sp[eci]es
in alio et alio lumine representat obiectu[m]
sub alia et alia r[ati]one sicut nocte
lucencia in lumine diei representant se
sub r[ati]one coloratorum in lumine noctis
sub r[ati]one lucencium. Contra h[ec] v[er]o
representatum p[ri]mus n[atu]ralit[er] est aliud
in se quam in tali vel tali lumine re-
presentet[ur] quia cum est talis species
no[n] exigit sibi lumen in quo repre-
sentet unum et no[n] aliud alioq[ui]n posset
poni q[uod] eadem sp[eci]es representaret co-
lorem et sonum s[ed] illa sp[eci]es ut in aere
tremulo representat sonum ut in aere
illuminato representat colorem et ita no[n]
posset ostendi aliqua distinctio
representativorum ig[itu]r in illo p[ro]ce[ssi]oni
est intellige[re] unitate[m] sp[eci]ei in se q[ua]m
consequat[ur] unitas representacionis et o[mn]i[um]
representa[bi]lis p[er] ipsam inq[uan]tum representat[ur]
p[er] eam. Et ita aliquid quod est idem
in o[mn]ibus p[ro]p[ri]etatibus no[n] p[otes]t h[ab]ere diversam r[ati]onem
representandi nec representare ip[s]ud sub
alia et alia r[ati]one representa[bi]lis. Conf[ir]-
mat[ur] quia lumen no[n] representat s[ecundu]m se
nec e[st] r[ati]o formalis representativi s[ed] tm
est illud in quo aliquid representat[ur].
Videt[ur] eci[am] q[uod] q[uan]to lumen e[st] p[er]feccius
tanto in ipso precisius et distinctius
reluceat illud quod representativum rep[re]-
sentat. Nec ex[empl]u[m] valet aliq[ui]d ad

p[ro]positum p[ri]mo est ad oppositum quia
vel due qualitates sunt in tali corpore
ut lux et color quarum altera multipli-
cat se in luce maiori p[ro]pter hoc alia in
minori q[uia] nichil aliud efficacius
movet vel utraq[ue] multiplicat se in
luce maiori simul s[ed] movens efficacius
p[er]cipit[ur] movens minus efficaciter no[n]
p[er]cipit[ur] sicut stelle de die multipli-
cant radios suos s[ed] no[n] videntur
quia aliud luminosius efficacius
movet visum vel si est una qua-
litas sensibilis in tali corpore ipsa
in alio et alio lumine causat diversa
representativa aliud s[cilicet] in maiori et al[iud]
in minori et ita semp[er] stat q[uod] no[n] est
idem representativum o[mn]i[um] sub diversa r[ati]o-
ne representa[bi]lis quemcumq[ue] aliud et al[iud]
lumen generat. Si dicat[ur] q[uod] idem
s[ecundu]m eandem qualitate[m] p[otes]t e[ss]e sig[no] (?)
diversis sicut unum album s[ecundu]m eande[m]
albedinem diversis albis h[oc] n[ichi]l
est ad propositum quia in relacionibus
ordinis essencialis no[n] p[otes]t e[ss]e alia
et alia dependencia in aliquo ad
duo in eodem ordine puta eiusdem
mensurati ad duas mensuras in eode[m]
ordine nec eiusdem p[ar]ticipantis
ad duo p[ar]ticipata in eode[m] ordine nec
eiusdem effectus ad duas causas to-
tales in eodem ordine sicut p[ro]batum
est in q[uesti]one de unitate dei p[ro]bus q[ue]
in ista relacione ubi no[n] est tm si[militudo]
s[ed] imitacio et exemplacio passiva in-
possibile est idem ab[solu]te referri ad
diversa et ita no[n] p[otes]t e[ss]e eadem sp[eci]es
in r[ati]one representantis diversorum sub r[ati]one
diversorum. Ad aliud membrum p[ri]mi
argumenti s[ecundu]m representativum s[ecundu]m totam v[irtu]-
tem suam representans sub una r[ati]o-
ne no[n] p[otes]t representare aliud vel idem sub
alia r[ati]one obiecti s[ed] fan[tas]ma in quo
intellig[itu]r u[niversa]le s[ecundu]m totam v[irtu]tem suam

representat obiectum ut singulare vniuersali
fantasmate quia nunc est actualis ymagi
natio illius obiecti in singulari et partem
quod consequenter totum vnitive fantasmatis et quia alias
vnius fantasmata non possunt habere per fantasma
in presentia actu tamen obiectum sicut obiectum
natum est representari per illud fantasma
igitur nunc fantasma non potest representare
obiectum sub alia et alia ratione representationis
Ex 2o membro arguitur sic intellectus
agens est de potentia activa quia
est quo est omnia facere et 3o physicorum et
sicut ars ad materiam omnis autem actio
realis habet aliquem terminum realem iste terminus
realis non est in fantasmate quia intellectus
agens nichil causat in fantasmatibus quia
illud receptum esset extensum et ita
intellectus agens non differret ab
ordine in ordine nec illud esset ma
gis proportionatum intellectui possibili
quam fantasma igitur est in intellectu possibili
quia nichil recipitur in intellectu agente
nec arguitur hic quod fantasma cum intel
lectu agente non possit causare intel
lectionem sed quod non intellectionem vniversalis nisi prius
causet speciem quia et actu vniversale precedit
naturaliter intellectionem suam et vniversale est primum
terminus eius hoc autem primum terminum
non potest poni actus intelligendi quia
primus terminus actionis intellectus agentis
est vniversale in actu quia differt de ordine
in ordinem vniversale in actu precedit actum
intelligendi sicut passio proprium est in autem
quod obiectum sub ratione obiecti precedit actum
Confirmatur quia intellectus agentis
est facere de non vniversali vniversale vel de intellecto
in potentia intellectum in actu sicut
dicunt auctores philosophi et commentator etc.
igitur vniversale nichil sit in existentia sed
tamen in aliquo ut representante ipsum sub
tali ratione ista verba nullum intellectum
haberent nisi quod intellectus agens facit
aliquod representativum vniversalis De representa

tivo quod sit singularis quocumque illud
intelligatur vel materialiter vel virtualiter
actio realis non terminatur nisi ad repre
sentandum obiectum sub ratione vniversalis igitur realis ac
tio intellectus agentis terminatur ad for
mam aliquam realem in existentia que
formaliter representat vniversale ut vniversale quia
aliter non posset eius actio terminari ad vniversale
sub ratione vniversalis 2o consequenter istam viam sic
intellectus agens sub ratione activi non
excedit possibile in ratione passivi
igitur quidquid causatur ab intellectu
agente recipitur in possibili et ita
non prima actio intellectus agentis sit
ad vniversale in actu ipsum vniversale vel illud quo
ipsum habet esse tale recipietur in in
tellectu possibili Secundum tertiam viam
arguo primo sic habitus minus vniversalis et
magis vniversalis sunt distincti habitus proprii
alioquin metaphysica ut metaphysica non esset habitus
intellectus quia non esset de obiecto vniversalissimo
ad omnia alia obiecta habitum autem vniversaliorem
quia non vtendo aliquo alio habitu
igitur convenit habere actum circa vniversalius eo
modo quo respicitur ab habitu vniversaliori
non habendo actum circa minus vniversale sed non
habet actum circa vniversalius nisi ipsum sub
ratione tali sit prius intellectum igitur
vniversalius potest esse prius intellectum per se
quia per quod est prius alicuius minus
vniversalis sed si prius intelligeretur obiectum in
fantasmate nunquam magis vniversale esset prius nisi
in minus vniversali quia nunquam nisi in sin
gulari fantasiabili ergo Vltimo quo
ad hanc viam vniversalius nunquam apprehenditur
consequenter sumatur indifferenter totum quod apprehenditur
in suo inferiori totum eundem modum vniversalior
est consequenter quod concipitur ut est idem cuilibet
vniversaliori inferiori nunquam autem concipitur
ut conceptum in aliquo inferiori est idem
cuilibet inferiori sed prius illi in quo

concipitur igitur quamvis universale conceptum in
singulari vel quamvis in minus quam non con-
cipitur secundum totam suam indifferentiam praestan-
tem intellectus concipere secundum totam indifferentiam
suam igitur non concipitur perfecte quamvis
in minus quam vel universale in singulari et ita
non perfecte universale in fantasie fantasma enim
ipse non est nisi speciei singularis et hoc
inquantum est singularis speciei specialis-
sime et hoc si fantasma sit impressa
ab aliquo debite approximato Ex
2o membro scilicet ex primo arguitur probatur illa
prima qua primo sic aut intellectus
potest habere obiectum sibi presens in ratione intelligibilis
absque hoc quod sit presens alicui potentie
inferiori aut non Si sic habetur propositum
Si non igitur non potest habere aliquas operationes
sine potentiis inferioribus et per consequens
nec esse separatum secundum aristotelem in prohemio
libri de anima Si autem potest sic habetur igitur
propositum probatio quia quia agentia natu-
ralia scilicet fantasma et intellectus agens
sunt sufficienter approximata possibili
et agunt per modum nature et ita necessario
causant in ipso illud cuius ipse est re-
ceptivus Secundo sic alie potentie cogni-
tive habent obiectum eis presens non tantum
ratione quia illa sunt presentia aliis po-
tentiis inferioribus sed prima et propria
presentialiter sicut sensus communis habet
colores sibi presentes non tantum quia est
presens visui sed quia habet speciem eius
presentem in organo suo igitur cum hoc
sit perfectionis in potentia cognitiva scilicet
posse habere obiectum sibi presens sub ratione
qua est obiectum talis potentie sequitur
quod intellectus potest habere obiectum sibi presens
non tantum quia est presens virtuti fantastice
sed propria presentialitate inquantum scilicet relu-
cet intellectui per aliquid quod est
in intellectu Tertio sic potentia non
potens habere actum nisi tota obiectum

sibi presens si non potest habere illud presens
nisi per aliam potentiam cui coniungitur vel
coniungitur dependet in operatione sua
a tali potentia sibi coniungente quanta
et ita est imperfecta sed intellectus non potest
habere actum nisi cum obiectum sibi presens et
preterea non potest habere illud presens nisi in
virtute fantastica que coniungitur cum
intellectui inquantum potentia est igitur
intellectus in operatione sua dependens
ab aliqua potentia cui coniungitur
coniungitur et ponit in ipso impressionem
nulla autem perfectio ponenda est in
natura nisi necessitas appareat in tali natura
igitur talis impressio non est ponenda
in intellectu Si obicias pluralitas non
est ponenda ubi non est necessitas hic
non videtur necessitas igitur Respondeo necessitas
est quam perfectio nature hoc requirit licet
enim hoc suppositum quod est homo possit
habere obiectum presens in fantasie quia homo
est non natura intellectualis ut intelligibilis
in homine non habet obiectum sufficienter
sibi presens si non habet ipsum nisi in potentia
inordinata a virtute fantastica non poni-
etiam summa perfectio possibilis po-
tentie cognitive nisi ponatur ipsam posse
consumare speciem preter actum et ita habere
obiectum suum presens sine actu quia hoc
conceditur sensitive hoc igitur multi-
plificatur naturam intellectivam ut
intellectiva est quia removet
ab ipsa illud quod est perfectionis in po-
tentia cognitiva et quod invenitur
in alia potentia sensitiva ut virtute
fantastica ponitur Secundo hic pluralitas propter
necessitatem quia propter perfectionem nature
perfectionis solemnendam maiorem quam sit
nature imperfectionis vel saltem equa-
lem Ad questionem igitur dico quod necesse est
ponere in intellectu speciem intelligi-
bilem naturaliter actu intelligendi

ipsas istas rationes iam positas ex
parte obiecti inquantum universale et inquantum presens
intellectui que due conditiones scilicet
ultimus et presentia precedunt naturaliter intel
lectionem. Hec videtur intentio Aristotelis in 3°
de anima volens animam esse quodammodo
omnia probando exponit se quod est
per sensus sensibilia et per scientiam scibilia
quod verbum aliqui sic exponunt
quod Aristoteles non loquitur uniformiter hic
et ibi quia de sensu intelligit quantum
ad speciem impressam de intellectu quantum
ad habitum scientie. Sed hec expositio
non videtur esse ad intentionem philosophi quia
sicut antiqui posuerunt animam esse
omnia realiter ut omnia cognosceret
ita philosophus ponit esse ipsam omnia
non realiter sed per quandam similitudinem.
Si autem per sensus esset sensibilia
per similitudines impressas et per intellectum
esset intelligibilia aut esset per scientiam que
est in intellectu et ita non esset scibi-
lia per similitudinem quia scientia de se
non est similitudo intelligibilis transsumpta
ipse representative obiecti aut ipse aliquid
representans obiectum intelligibile aliud a specie
intelligibili ut fantasmata et ita non esset
intellectus intelligibilia sed anima per fantasmata
nichil enim est ibi representans intelligibile
secundum positionem istam nisi fantasma. Item
8 phisicorum ponit Aristoteles quod scientia iam acqui
sita reducitur intellectus de potentia
essentiali ad actum. Quero tunc quid
intelligit per scientiam non habitum seque
tem actum quia quando intellectus cognoscit non
fuit in potentia essentiali immo est
igitur forma precedente actum cognoscitur speciem
intelligibilem. Probatio minor quia fantasmata
non reducit intellectum de potentia
essentiali ad actum. Video etiam quod tunc
omnis scientia que dicitur esse habitus quod
dictat primum obiectum esse in fantasmate igitur
ibidem esse omnis habitus de eadem

quia secundum ipsum quod memoria idem habitus
est intellectus et scientia. Expressius est
ad hoc intentio Augustini quod deducit sic
nichil sufficienter natum est gignere no
titiam actualem nisi ipsum habeat obiectum
sibi presens in se vel in aliquo representa
tive ipsum et hoc prius naturaliter quam habeat
actum. Sed negando speciem intelligibilem
nichil est in intellectu sufficienter na
tum gignere actum intelligendi et ita
nichil in parte intellectiva est sufficienter
memoria respectu talium intelligibilium
quod negat Augustinus 12 de trinitate c. 8 et 14 c.
7. Si videas quod memoria est in parte
intellectiva ipsa sumpta pro hoc quod
intellectus factus est in primo actu
intelligendi et sic est actus respectu
2i actus intelligendi ita quod habitus
notitiam primam consequentem est actus
respectu notitie secunde distincte. Hoc
est contra se sic opinantem et contra
Augustinum contra opinantem quia ponit quod ubi
ut in fantasmate est ibi quasi in memoria ut
ante motiones ad actum intelligendi
est ibi prius quasi in intelligentia igitur
ipsius nullus actus intelligendi est
memorie sed intelligentie. Hoc apparet
per Augustinum 12 de trinitate c. 21 intelligentie tri
buentes cognitionis formationem sic
14 li. c. 1 nichil intelligimus nisi per
intelligentiam. Hoc etiam arguitur
ratione quia aut actus ille quo me
moria est in actu primo est idem cum
suo actu intelligentie et tunc idem
erit ratio gignendi se aut est alius et
tunc vel est simul cum actu intellectus
et tunc duo actus simul vel non simul
et tunc memoria formaliter gignet
quod non est est enim memoria formaliter
per id quod parte non est quando gig-
nitur actus 2us. Si etiam dicas quod
memoria est media per habitum specialem

hoc no͞ facit ad op͞ · quia dicit quod
sitū no͞ est obm̄ p͞us nisi in sanc͞e
situm oportet recurrere ad sanc͞ma ad
hoc q͞ actu intelligat͞ ergo non est
obm̄ p͞us p̄ r͞se p sitū s͞ p sanc͞ma
q͞ no͞ est p͞fc͞e intellectiva et hoc
magis patebit videndo ad auctes
enim ex equo concurrunt sicut duo
trahentes aliquod idem corpus
quedam non ex equo sed habentes or-
dinem essencialem et hoc dupliciter vel
sic quod superior moveat infe-
riorem vel quod inferior non agat nisi
quia mota a superiori vel virtute su-
perioris que causa inferior quamvis habet
a superiori virtutem illam seu formam
qua movet quamvis non sed a superiori
causa habet solam motam actualem
ad producendum effectum quamvis autem
superior non movet inferiorem nec
dat ei virtutem qua movet sed superior
deinde habet perfectiorem virtutem agendi
et inferior imperfectiorem Exemplum primi
membri huius divisionis membri 1i
est de potencia motiva que est
in manu et baculo et pila Exemplum 2i
si mater ponatur habere virtutem activam
in generacione prolis illa et potencia
patris concurrunt ut due cause partiales
ordinate quidem quia alia perfecior
reliqua imperfectior tamen non recipit
virtutem vel causalitatem suam a perfectio-
ne tota causalitas ista est cum
in causa perfectiori sed aliquid addit causa
imperfectior intantum quod effectus potest
esse perfectior a causa perfectiori et imperfec-
tiori simul quam a sola perfectiori // Ad
propositum obiectum intellectum prius in se vel in
specie intelligibili et potencia intellectiva non
concurrunt ut cause ex equo ad intel-
lectionem quia tunc alterum haberet
causalitatem talem imperfectam et reliquum
suppleret eam et si alterum esset per-
fectum posset habere in se virtualiter totam
causalitatem amborum sicut si virtus mo-
tiva unius esset perfecta suppleret
virtutem alterius et tunc species esset qui

quedam gradus intellectualitatis sup-
plens gradum intellectualitatis deficientem
intellectus et tunc si fieret perfectior intel-
lectus 2m talem gradum posset
sine specie et sine obiecto habere actum in-
telligendi quod est falsum. Concurrunt igitur
ista duo ut causa ordine equi-
valentem non tamen primo modo quia nec
intellectus dat obiecto vel speciei rationem
sue causalitatis non enim obiectum in se
vel in sua specie est natum facere intel-
lectionem sui per aliquid quod recipiat
ab intellectu sed ex natura sua nec in-
tellectus recipit suam causalitatem
ab obiecto vel specie obiecti sicut probatum
est contra quintam et sextam opinionem
in ista questione sunt igitur cause ordi-
nate equivoce et ultimo modo scilicet quod
una est simpliciter perfectior alia ita tamen
quod utraque causa est in sua causalitate
perfecta non dependens ab alia.
Si arguitur contra hoc quod in talibus
causis equivocis ordinatis neutra
est perfectio alterius igitur species intelligibilis
non erit forma ipsius intellectus
Respondeo si sit perfectio et totum hoc sit ratio
agendi igitur una operatio vel intel-
lectio non habebit unam rationem for-
malem agendi sed erit ab ente per
accidens quale est hoc totum intel-
lectus habens speciem quod est ingens
quod quidem non est per se unum nec est
per se ratio formalis agendi. Respondeo
ad primum argumentum speciei inquantum est
causa partialis respectu actus intelligendi
concurrens cum intellectu vel alia causa
partialis quod ipsa perficiat intellectum
quod et si perficiat eum non dat tamen
intellectui aliquam actualitatem
partialiter ad causalitatem intellectus. Exemplum
potentia motiva in manu potest

uti cultello inquantum acutum est
ad dividendum aliquod corpus ista
acuties si esset in manu ut in subiecto
posset manus uti ea ad eandem operationem
et tunc accideret manui inquantum
in ipsa est potentia motiva quod acuties
esset in ea et ergo quia acuties ultra
perfectionem daret manui partialiter ad po-
tentiam motivam quod apparet quia
eque perfecta est potentia motiva sine
tali acutie et eodem modo utitur ea que
est in alio coniuncto manui sicut uteretur
ea si esset in manu tamquam in supposito
Si species posset esse expers intellectu
absque hoc quod inhereret per modum for-
me si hoc modo inexpers posset esse
sufficienter coniuncta intellectui posset
iste due cause partiales scilicet intellectus
et species coniuncte sibi invicem in eandem
operationem in quo unum possunt quando
species informat intellectum quod etiam
apparet ponendo aliquem intellectum purus
sine specie illud enim obiectum esse causa partialis
et non informat intellectum qui est
alia causa partialis sed ille due cause
partiales approximate absque informatione
alterius ab altera per solam approximationem
debitam causant unum effectum quod est
Per idem patet ad 2m quod in quocumque
uno ordine cause oportet ponere per se
unam causam et unam per se rationem causandi
respectu unius effectus. Ita intellectus
in suo ordine causalitatis est unus et
habet unam rationem causandi per se for-
malem et species vel obiectum in suo ordine
causandi est una causa per se et habet unam
rationem causandi sed non oportet talem causam
ut complectitur omnes causas partiales habere
rationem causandi unam nisi unitate
ordinis quod si cum unitate ordinis
concurrat unitas per actus quod actu
sed unitas ordinis est per se Exemplum

sol in suo ordine causandi sit vnam rationem causandi respectu plurium et prima in suo ordine causandi est vna in vnius rationis sed causa totalis que complectitur solem et primum non sit aliquam vnam rationem formalem agendi vel causandi nisi vnitatis ordinis sicut non sunt vna causa nisi vnitate ordinis et si contingat causas sic ordinatas preter vnitatem ordinis habere vnitatem per actus inquantum scilicet vna alteri inhereret hoc non conuenit eis per se inquantum cause ordinate

Ad argumenta pro opinionibus per ordinem primo ad auctoritates cum dico quod ymago que ponitur ab ipso in spiritu oportet quod intelligatur esse in anima vel in aliquo anime ut in subiecto et non prout in corpore sic mixto alias non concluderetur aliam ymaginem esse nobiliorem omni corpore quod tamen ipse dicit 12 super genesim quod autem est in anima vel in aliquo anime ut in subiecto non est illa species que quandoque dicitur species sed illa recipitur in parte organi que est corpus sic mixtum sed illud quod recipitur in anima vel in potentia anime est actus cognoscendi vel per ymaginem intelligit ipse talem actum

Ista glosa arguitur ex dicto eius 10 trinitate c 2 ubi vult quod informatio sensus que fit a solo corpore viso dicitur illa autem informatio proprie dicitur illa species que recipitur in parte organi scilicet in corpore sic mixto hoc patet ex hoc quod dicit quod gignitur a solo corpore quod videtur sed gignitur illud quod proprie est ymago de visio ita eque ipsa visio potest dici ymago et multo verius quia visio cum vitalitate est quedam qualitas et talis qualitas est quedam similitudo obiecti et forte perfectior quam illa similitudo per quam conseruatur dicitur species hec intellectio similiter patet ad auctoritates eius quando dicit quod ipsam ymaginem que est spiritualis non facit corpus in spiritu ut totalis causa sed alia causat rem in anima mira celeritate non tamen ut tota causa sed ipsa et obiectum vnde dicit ibi 12 quod mox ut visum fuerit vel innuens quod presentia obiecti requiritur in visione visibilis ut anima ex se faciat visionem et non requiritur nisi ut aliquo modo causa partialis sicut ipse exponit 12 de trinitate c 2 quod a vidente et visibili gignitur visio ita consimiliter intellectionem probat non sua in auctoritate prius allegata quia ipso illa agens est prestantius patiente non est simpliciter vera sed dependet ex istis agens agens est prestantius effectu effectus agentis est forma et actus patientis et actus est nobilior potentia vbi ergo propositiones iste sunt vere ideo ipsa illa conclusio est vera, hec autem ipso agens est prestantius effectu non est vera nisi de causa equiuoca et totali potest enim aliqua causa esse partialis agens ad aliquem effectum nobiliorem se sicut elementum in virtute corporis celestis potest agere ad generationem mixti quod est nobilius ipso elemento agente ut partiale etc.

Per hoc apparet ad 2am distinctionem 10 de trinitate c 4 format in se ymaginem id est sensationem et de se id est ipsa est in potentia naturali ad sensationem et non in potentia neutra sicut superficies ad albedinem et non naturali et ipsam naturalitate ostendit quod dicitur de se et loquitur ibi tantum de sensatione animalibus quod patet quia dicit ibi quod ille anime partes que corporum similitudinibus informantur sunt quas homines cum bestiis communes habent hoc vnum est de illis que formantur ymaginibus id est sensationibus extendendo nomen ymaginis ad sensationem

Ad rationem primam pro illa opinione

dico q concludit p me qr conjuncio
cu sit opacio vitalis no est a
no vivo sicut a totali causa pot
sit no vivum ee causa pn'lis aliq
vivi sicut vitalis effectus sicut sol
no vivus pt ee et est causa pn'lis
cu pre ad generandum filium vivum
et multo magis in pposito e possibile
quia cu pncipalior est vita sicut
patet in sequenti q. Quod arguitur
2o de forma pfecta sic concludit
q intellectus aliqua activitatem habet
resp. ipe operacionis Sed quia videtur
concludere totam causalitatem in eo resp.
sue operacionis ideo dico quod ista
forma ex pfectione sua ordinatur
ad secundum operacionem ita totum eius
ut dr. 3 q. huius d. quia no non
est pfecta simpliciter quia e finita
io no pt hre in se totum eius ex
eius igitur pfectione cu sua impfectione
concluditur q aliqua activitatem hic no
tamen sufficientem quia no possit
totalem causalitatem respectu totius
entis nisi haberet in se totum eius io
dico q forme impfectiores bn pnt
ee cause totales respectu suarum
operacionum quia operaciones earum sunt
limitata aliqua respectu quorum ha-
bent totalem activitatem sed hoc no co-
cludit aliqua pfectionem activam
nisi limitatam sed in ista forma p-
fecta que ordinatur ad totum eius
no pt poni totalis causalitas resp.
conjunctionis totius entis tunc enim
poneretur in ea virtus activa illimitata
sed pt poni pn'lis causalitas in ea et
pn'lis in oio ut sit ipa possit coo-
pari ad pfectionem suam cum concurrentibus
obiectum et obiectum eciam concurrens coopari
sibi magnum quid ad maximam
pfectionem eius pnud ad pmam.
Alia duo argumenta sunt de actione ut
distinguitur quia factiom et q actio
denoiat agens concedo pono enim
actum intelligendi ut manentem in agente
no tantum in supposito agente ita q
no transeat extra suppositum sed nec
transit extra ptem intellectivam in
ptem sensitivam nec appetitivam
nec transit extra pncipium eius
activum in aliqua potentiam sed ma-
net in pte intellectiva que est cu
pn'lis eius no oz autem actum ipe
dicam manere in sua causa totali
sed sufficit q maneat in sua cu pn'li.
Ad argumentum p 2a opinione quamvis
possit ibi tangi bene causalitas ista
que attribuitur pti intellective que
uiatur ipe intellectum agenti vel
possibili tamen illam diffinitivam dimitto
usque alias. Cum probatur q possi-
bilis no pt hre causalitatem aliquam
quia nichil idem agit in se dico
q ppo ista no est vera nisi de agente
univoco vel illa p. eius qr nichil idem
eet in actu et in potentia concludit nisi
quod agens agit univoce hoc est
inducit in passum formam eiusdem
rationis cu illa p quam agit Si enim
sic agit in se sequitur q simul ha-
bet formam eiusdem rationis cu illa
ad quam movetur et dum movetur ad
illam caret illa igitur simul haberet
illam et no haberet sed hic sequitur
de formis duabus eiusdem speciei vel
de eadem in agentibus aut equivoce
et in illis que no agunt p formas eius-
dem rationis cu illa ad quam agunt
ppo illa q nichil movet se no hic
veritatem nec eius p. quod aliquid
sit in actu et in potentia respectu eius-
dem aliquid concludit no enim ibi
agens est tale formaliter in actu
quale passum e formaliter in potentia
sed agens e tale virtualiter quale passum e

in potentia formaliter et quod idem
sit virtualiter tale in actu et formaliter
tale in potentia nulla est contradictio
Ista glosa de agentibus univoce
et equivoce necessaria est quia philosophus
ponit motum non tantum in genere qua-
litatis sed etiam quantitatis et ubi in
quantitate autem et ubi nullum est agens
univocum quia nulla est ibi forma
que sit principium inducendi formam
similem primo modo ut generaliter dicitur. Quo-
cumque motus non est ad formam activam
non est ab agente univoco quia ex quo
forma terminans non est activa nulla
eiusdem rationis est principium activum
sunt igitur apud philosophum multi motus
ab agente non univoco sed equivoco et
ubi agens est tale virtualiter in actu
quale passum est formaliter in po-
tentia. Si arguas igitur in omnibus
possibile idem esse in actu virtuali et in po-
tentia ad actum formalem et ita quodlibet
potest se movere. Dico quod in ista illa-
tione est non causa ut causa. nam ex qua-
litate rationis actus virtualis et potentie
ad actum formalem nulla est repug-
nantia quia si ex ista ratione esset repug-
nantia in quolibet esset repugnantia in
aliquo tamen cum actu virtuali concurrit
aliquid propter quod repugnat sibi
quod esse in potentia vel actu tale
formaliter. Exemplum esse calidum actu vir-
tualiter et in potentia formaliter de se
non includit repugnantiam cum sol
qui est calidus virtualiter non potest esse
calidus formaliter et hoc non potest propter re-
pugnantiam istorum primo quia saturnus
est frigidus virtualiter et tamen non potest
esse calidus formaliter igitur actus
virtualis non erit in eo causa repugnantie
sed aliquid aliud quod est commune soli et sa-
turno puta quia corpora ista sunt in-
corruptibilia et calor est qualitas

corporis corruptibilis. Si etiam obi-
cias quod talia principia metaphysicalia ex
quo sunt generalia non debent negari
propter quascumque difficultates speciales
Dico quod nulla principia metaphysicalia sunt
nisi singularia sola intelligendo autem
quod nichil est in actu virtuali et in po-
tentia ad actum formalem et quod illa
repugnantia accipiatur ex ratione actus
et potentie nisi sunt singularia sicut
patet sola ex quo sic sequitur quod
istud non est principium metaphysicum. Sed
quod nichil est in actu formali et in po-
tentia respectu eiusdem actus hoc
verum est. Sed si omnino contendas quod
etiam loquendo de actu virtuali et po-
tentia formali ad eundem actum sit prin-
cipium metaphysicum quo alii caveant ita certe et
iste solus videns ut rationem terminorum
communium metaphysicalium non sunt et alii
concipe et ex eis apprehende universaliter
talis complexi quod ipse ponit principium
metaphysicum esse quod non tamen ab aliis non
ponitur principium primo modo in multis philosophi
et numquam necessarium ratione terminorum. Ad
illud 2 philosophi quod materia et efficiens non
coincidunt hoc verum est de materia que
est in pura potentia sed non de materia
2 in quid qualis est subiectum respectu actionis
nature eius est aliquid idem esse quidem
materiam et efficiens respectu eiusdem
patet quia alias passio non produceretur per
se 2o modo de subiecto primo quia si producitur de
subiecto 2o modo per se est cum eius materialis
sit ut est in actibus quia ponitur
in diffinitione eius ut additum. Si
etiam est predicato per se igitur est materia
sed quod est sola causa materialis respectu
alicuius non hoc naturaliter respectu eius
igitur oportet ponere talitatem materie
ponendum in subiecto taliter efficiente ad sal-
vandum naturam. Quod arguitur de

relationibus vero oppositis dico quod
alique relationes opposite sunt incom-
possibiles in eadem natura, alique
in eodem supposito, alique nec in ea-
dem natura nec in eodem supposito
unde ex ratione relationum realium
in quantum non potest concludi repugnantia
earum in eodem. Exemplum productoris causa
et causati in eadem natura et etiam
in eodem supposito repugnat quia si
non tunc idem dependeret a se producens
et productum non repugnat in
eadem natura et hoc si natura potest
communicari sine sui divisione qualis
est natura divina repugnat tamen in eodem
supposito movens et motum nec in ea-
dem natura nec in eodem supposito
repugnat quia hic non ponitur de-
pendentia causalis qualem ponunt
relationes cause et causati nec ponitur
ibi quod idem sit antequam sit quod
videtur ponere relatio producentis et pro-
ducti sed tantum ponitur hic quod idem de-
pendeat a se quantum ad actum acci-
dentalem sicut motum dependet a mo-
vente quantum ad actum accidentalem quod
recipit ab eo incompossibilitatem igitur
aliquarum relationum oportet reducere ad
aliquam incompossibilitatem priorem et ubi
illa prior non invenitur nec ista con-
cluditur. Ibi hoc etiam amplius declaratur
quia sicut ille relationes producentis
et producti que sunt repugnantes in
eodem supposito possunt fundari in eadem
natura illimitata sicut in essentia divina
ita iste relationes moventis et moti
que multo minorem habent repugnan-
tiam possunt fundari in eadem natura
aliqualiter illimitata quidquid autem est
formaliter ad aliquem actum et cum hoc
sit eadem actualitate virtualiter
sicut et cum idem movet se est ali-
qualiter illimitatum ponitur enim non

tamen capax illius perfectionis sed ut tan-
tum causa eam igitur ubi ponitur aliqualem
illimitationem bene compatiuntur se iste
relationes opposite. Ad aliud contra
quod quodlibet movet se, dico quod sicut
argumentum est contra primam opinionem in ex-
cludendo causam sine qua non quia
nichil est causa totalis perfecta et
naturalis effectiva alicuius quin ipsum approxi-
matum totali receptivo et non im-
peditum causet illud lignum autem
semper est approximatum sibi ipsi et suf-
ficienter et non potest poni aliquod exte-
rius impedimentum quod ignis non
est prius quia si ponatur hic impediens
amoveatur istud et non est si illud
amoveatur illud et sic discurrendo
per singula habebitur sibi prius lignum
et nullo non impeditum igitur si ipsum
esset totalis causa activa respectu
caloris et ipsum est totalis causa re-
ceptiva igitur semper esset calidum non
est autem semper calidum sicut brutum
potest sentire igitur ratio non posset poni non
calitas per impedimentum nec per
non approximationem concluditur quod in ligno
non est calitas totalis activa quod
est propositum. Sic igitur non omnia mo-
vebunt se ut causa totalis quia tales
non que semper haberent actum non sunt cause
naturales totales illius actus. Sed di-
ces saltem dicam lignum esse causam
partialem ut puta ignis coagat ad ca-
lefactionem sive in ratione effectivi vel ac-
tivi partialis. Sed nec cavillatio ista valet
quia due cause partiales non possunt respectu
eiusdem effectus quin altera per se habet
totum effectum in virtute sua vel in minore
vel equinore. Probatio quia si enim alterum habet
in virtute sua totum effectum totum potest
producere igitur alia causa partialis vel
non potest producere vel idem bis producetur
ignis autem qui ex precedenti argumento

conclusus fuit hic actiuitatem respectu
calefacere in ligno habet in se virtualiter
totum calorem ligni igitur hoc lignum
nullam habet calitatem principalem || Ad propositum
igitur quia anima non semper est in ac-
tu respectu cuiuslibet intellectionis
est tamen receptiua cuiuslibet intel-
lectionis et ipsa sit sibi approximata et
non semper impeditur concluditur ipsam non
esse totalem causam actiuam sed aliquid
aliud cum ipsa illud aliud concluditur
esse obiectum quia eo presente sequitur effectus
eo non presente non sic igitur concluditur
primo aliqualis causalitas in opposito
non totalis quia obiectum propter sui imperfectionem
non potest habere in virtute sua totam intel-
lectionem propter sui perfectionem et ideo concluditur
quod cum obiecto requiritur aliqua alia causa
actiua partialis non autem alia ab intel-
lectiua quia ipsa concurrente cum obiecto
est intellectio sic secundo concluditur hic duas
esse causas partiales actiuas et in multis
aliis quod nichil idem mouet se nec to-
taliter nec partialiter. Hoc etiam quod
hic enim per achille non videtur multum effi-
cax argumentum sed videtur esse cautela
quedam diuertendo a parte opposita ad partem
videntem quia tales propter destructionem ar-
gumentorum induunt formam videntium
ut videntes faciant argumentum necessarium
ad probandum scilicet quod lignum non calefaci-
at se quod est contra necessarium || Pro tertia
opinione et quarta non sunt adducta argumenta
ad que oporteat videre qui vult credere
de actu primo simpliciter et de secundo distincte
cognoscendi vel illud dictum 2e opinionis
quod species inclinat credat non credenti
cum non sit articulus fidei nec per rationem
concludatur || Iste tamen due opiniones scilicet 3a et 4a
que videntur in se opposite concordantur
adinuicem et conformantur et hoc sic ad

agendum requiritur ratio formalis agendi
et ratio agentis agens est suppositum ra-
agendi est forma elicitiua actionis
in prima igitur actione in intellectum pos-
sibilem agens est fantasma sed quod
est splendens in fantasmate est ratio agen-
di et hoc inquantum illud quod quid est
stat in lumine intellectus agentis et
penetratur ab ipso lumine et ambitur ab
ipso agente vel causante et hac
ratione agendi primum impressum in intel-
lectum possibilem est inchoatio habitus
specialis que inchoatio non est species
intelligibilis nec forma mouens ad ac-
tum intelligendi quia obiectum est ipsi
presens quatenus relucet in fantasmate et
fantasma presens est intellectui quamdiu intel-
lectus unitus est in corpore igitur non
requiritur aliqua alia species propter quam
obiectum sit presens nec aliquid aliud re-
nes rationem obiecti vel reputans ipsum
ista tamen impressio prima habet rationem
quo et quod respectu intellectionis
quo quidem quia per ipsam intellectus
est in potentia propinqua et actiua ad
actum intelligendi sicut per quantitatem
corpus est in potentia ad ubi et est
quo quantum ad hoc quod manet in intel-
lectu impedito ab actuali intellectione
est quod quia secunda primo occurrit sed aliud
primum specificatiuum est species non ut obiectum
terminans sed ut quod non per collectionem sed
per continuationem durat in obiecto sic con-
cordantur prima opinio et 2a quoad hoc
quod prima negat speciem et 2a concedit
inclinationem precedentem actum. Contra
ad hoc autem quod prima opinio ponit intel-
lectum esse passiuum respectu prime actionis
et actiuum respectu 2e et 2a opinio videtur
ponere quod anima se ipsa elicit actum
concordantur sic quia facta tali impressione

forma in intellectum possibilem ipse intellectus occurrit tali passioni quia omne passivum occurrens agenti inquantum passivum nititur salvare suum esse. Hoc etiam vult Aristoteles 6 metaphysice commento ubi loquitur de illis unius contrariis et aliis unius in isto occursu intellectus cohibet illam intellectionem confusam et recipit ad intima sua et tunc recipit eam aliter intimius quam possit eam recipere ab obiecto. Illi etiam impressioni sic intimate occurrit intellectus secundo et in illo secundo occursu immergit se illi penetrando illam et in hoc est distincta et perfecta cognitio intellectus. Quidquid sit de opinionibus illis quas iste nititur melius exponere arguitur contra ultra hic dicta. Quod autem ponit primo ipsum quod quidem est velut res in fantasmate esse rationem formalem agendi fantasmatis videtur simplicem quod est esse alicuius rationem agendi alteri in quo non est formaliter aut si quod quid est ponatur in fantasmate non illud sit esse eius secundum quid quia esse representativum et non sit ibi secundum aliquid esse contrarie quo secundum illud non erit formalis ratio contrarie agendi actionem realem non illud fantasmata. Preterea quod convenit ipsum esse non sit principalis causa agendi secundum eos. Preterea quero quid est quod quid est stare in lumine intellectus agentis si nichil aliud est nisi intellectum agentem esse in anima et in fantasia eiusdem anime esse fantasmata igitur ipse quod fantasmata est in virtute fantasmata sit ista penetratio et ambitio et ita in frenetico et dormiente quod negaret ille nisi ipse exponitur. Si autem est aliud quam illa duo sine quibus sit tunc aliqua actio nova debetur igitur cum novus non erit in fantasmate igitur erit in intellectu possibili igitur quod quid est non agit per aliquam penetrationem quia penetratio precedit actionem quod quid est

secundum nunc quod quid est non intellectum agentem coagit causando aliquam impressionem novam in intellectu possibili. Hic dicit illa opinio aliam formam. Sed dices illa opinio ponit speciem intelligibilem impressam; ista non ponit sed inchoationem habitus scibilis. Contra ista ponit impressionem istam esse principium quo intellectus primo est in potentia accidentali non tamen prius erat in potentia essentiali sed per istam impressionem non est obiectum intelligibile prius magis unitum quam prius igitur nec magis unitum in potentia accidentali quam prius. Si autem est prius unitum aliquo modo quo non fuit prius prius illud in quo unitum est prius est species intelligibilis. Hoc etiam magis patet ex hiis quod ponitur quod primo ei occurrit respondenti obiectum ipse naturalem continuatur ad ipsum hoc non possit esse nisi obiectum relucet in eo et ita habet rationem speciei. Preterea hoc quod dicitur precedere inchoatio habitus scibilis non est verum quia habitus proprie loquendo ut philosophus loquitur 2 ethicorum generatur ex aliquo actu elicito et per ultimus gradus habitus generatur ex ultimo actu ita primus ex primo ita quod quilibet gradus habitus est posterior aliquo actu igitur illud quod est simpliciter primum in intellectu possibili non est aliquid ipsius habitus. Hoc confirmatur per opinionem doctoris qui exponitur quia ponit inchoationem istam esse totam essentiam habitus. Quod dicitur ultimus de isto occursu ratio occursus non bene assignatur nec ad intentionem Aristotelis patiens enim occurrens agenti nititur salvare se et contra agere agenti corrumpenti se. Hic autem agens agit ad perfectionem et salvationem passi igitur non agit proprie istam rationem ut salvet se nec ista est intentio Aristotelis cum quod anima occurrens passioni in acie in autem

hiemeris agitat illud aerem et sic
causat auditionem quam sonus non
causavit. Sic igitur occurrit coagere
et tunc breviter videndo ad aliquas impres-
sione sensibiles facta in organo vel species
intelligibiles in intellectu circa per potentiam
talem occurrit id est ut cum illa specie
impressa coagat ad aliquam perfectionem
actu quam posset illa species sola per se
causare et cum ultra addit ergo de illo
duplici occursu quod primo occurrit
passioni quam contingit post passionem
imbibere quero quid significent ista
verba metaphorica. Si significent quod
per secundum occursum causatur aliquid perfectius
quam per primum et illud intimius perficit
sicut materia dicitur intimius perfici a
forma perfectiori que magis eam actuat.
igitur in secundo occursu non transmittitur
passio illa ad intra magis quam prius
sed anima coagens illi passioni causat
aliquid perfectius quod est intimius in anima
quam illa passio prius causata. Ad
illa que adducuntur pro opposito. quantum ad
auctoritates illas potest dici quod philosophus loquitur
quandoque de potentiis anime inquantum sunt
quibus formaliter sumus in actu secundo
puta de sensu inquantum est quo for-
maliter sentimus et de intellectu inquantum
est quo formaliter intelligimus. For-
maliter autem intelligimus intellectu
inquantum intellectus recipit intellectionem
quia et si causet eam active non
dicimus tamen intelligere intellectu
inquantum causat intellectionem sed inquantum
habet intellectionem ut formam. habere enim
qualitatem est esse quale. Et ita intel-
lectum habere intellectionem sive recipere quod
idem est est ipsum esse intelligentem.
Nos igitur intelligimus intellectu
inquantum recipimus intellectionem. Ideo
philosophus sic loquens de intellectu non
habuit dicere ipsum esse passivum et quod

intelligere est quoddam pati. id est quod intel-
lectus inquantum est quo formaliter intel-
ligimus est forma quedam recepta
in intellectu. non autem intelligimus ea
inquantum est quoddam causatum ab intel-
lectu si causatur ab eo. nam si deus
eam causaret et in intellectu nostro impri-
meret non minus ea intelligeremus. Sicut
dixi de intellectu et intelligere actualiter
ita dico de intellectu et scire habitualiter
quod intellectus est quo scimus habitualiter
inquantum recipit habitum non inquantum
causavit illum si causat. Dico igitur quod
omnes auctoritates que sonant passivitatem
intellectus possunt exponi de eo inquan-
tum eo scimus habitualiter vel cognoscimus
actualiter. Et isto modo concedo quod est passivus
et si sit activus non tamen secundum istam rationem
sed secundum istam rationem accidit ei quod sit ac-
tivus. Affirmant autem ille auctoritates de
intellectu quod verum est non loquentes
de ipso sub ratione activi sed assumentes
ipsum habere rationem receptivi licet
ipsum non dicant non esse activum. Locus
enim ab auctoritate non tenet negative.
Et per idem dicitur ad illud de potentia
essentiali et accidentali. Non enim intellectus
est in potentia essentiali quia defi-
ciat sibi aliqua ratio causalitatis quantum
est ex parte sui. Sed intellectus est in
potentia essentiali quando aliqua partialis
causa non est sibi presens quam tamen oportet
esse presentem ad hoc quod sequatur actio.
Et quando illa partialis causa est approximata
est in potentia accidentali sive propinqua
ad agendum. Sed auctoritas illa que dicit
quod intellectus possibilis nichil est
horum que sunt ante intelligere re-
quirit aliquam expositionem. Aliam quam
auctorem intentum pretendat aliquis
ut dicatur intellectum possibilem esse
in pura potentia in genere intelligibilium sicut
materia in genere corporalium que non est

intentio phi quia poten ad actus aliquaz fundatur nisi in sba intellco ante sine spes intellilis non e forma sbalis sed actus igitur quod e imediate receptivum eius est aliquid in actu substanciali aut saltem mediate receptivum et tunc quod immediate recipit est aliquis actus actualis sicut se hz superficies ad albedinem igitur intellectus possibilis 2m quod e illud in quo recipitur forma intellilis ut intellco ut id. 2m quod spes recipitur in aia non est pure potenciale sed est aliquid in actu primo licet ipse respectus potencie non sit aliquid in actu / tunc enim loquor de potencia albedinis vel receptiva non loquor de po. que dicit respectum ad albedinem ille enim respectus non est aliquid in actu quia nec albedo ad quam est aliquid in actu et respectus non est sine termino sed illud in quo est ista potencia est in actu ut superficies e receptivum albedinis ita hic licet ante intellcom poten ad actu que e respectus ad intellcoz non sit aliquid in actu sed nec intellco ad quam est illud tunc in quo dicitur ee ista po. quod est receptivum intellcois est aliquid in actu illud autem est intellectus possibilis non est igitur apud phm intellectus possibilis nichil in actu sicut isti accipiunt. Sed oportet exponere auctez illaz hoc modo nihil intelligimus pro illa que primo oriuntur ex fantasmatibus sicut dictum est qone 2a huius distinctionis nichil igitur possumus intellre poten propinqua ante intellcoez alicuius ymaginabilis tunc non possimus intellige intellectum ante intellige alterius intellilis igitur nec intellectus potest intelligi a nobis ante intellre alterius intellilis igitur non est intelligibilis ante intellcom alicuius alterius sicut primum aut 3o huius ita et quia sit igitur intelligendum e primum non ee aliquid corpus ante intellige se intellum non quia aliquam intelligat sit nichil in actu sed quia non est aliquid quod possit potencia propinqua intelligi a nobis ante intelligere alterius per intellcom nostram naturalem incipientem a fantasmatibus.

Cum post arguitur de illa similitudine quod sit ratio tamen agendi qua faciendi. dico quod in facto forma bene est ro faciendi in qua faciens assilat sibi factum sed in actione nichil est productum nisi ipsa actio actio enim est ultimus finis nec hz aliud terminum et ideo non oz quod in agente ratio agendi sit illud in quo assilatur agens obiecto circa quod agit quia illud non assilat sibi. Si dicas quod saltem illa est ratio agendi in qua agens assilat sibi productum si operatum actionem hoc concedo quia spes illa que e similitudo obiecti per quam intellectus assilatur cognitioni producte est aliqua ro cognoscendi sed non totalis causa ratio nec principalis sicut patebit in sequenti questione Sed quando concurrunt due cause sufficit in principio similitudo formalis et in remociore virtualitas sine similitudo equocata ita intellectus qui causa superior virtualiter assilatur intellectui species non qui causa propinquior limiore et formaliter assilatur. Ad illud de indeterminatione intellectus ad diversos actus et obiecta dico quod e duplex indeterminatio una inhis per defectum actus alia agentis per illimitationem virtutis active sicut sol est indeterminatus ad quando ulterius primo non indeterminatum non agit nisi determinetur per aliquem actum quod alias non est in actu sufficiente

sed in potentia 2o modo indeterminatus nul-
la alia forma a se determinatur ad agen-
dum sed ex se determinatur ad producendum
quemcumque effectum ad quemcumque ex se est
indeterminatus et hoc pure passivo recep-
tivo sicut sol generat quodcumque generabi-
le pure passivo ex quo illud natum
est generari contra in proposito indeterminatio
intellectus non est indeterminatio pas-
siva in suo ordine causalitatis sed est
indeterminatio actualis quia illimitata et
ideo non determinatur per formam que sit ra-
tio determinate agendi sed tantummodo per pri-
vationem omnino determinari ita quod natum est
esse determinata intellectio. Vel possum
dicere aliter quod sicut causa superior deter-
minatur ad agendum sicut sol ad gene-
rationem concurrente homine agente et
bovem concurrente bove non autem per
aliam formam in se receptam ita in-
tellectus qui est causa superior et illimitata
determinatur ad hoc obiectum et hunc actum
concurrente causa determinata partiali
puta ad agendum circa hoc obiectum con-
currente hac specie quia causa inferior
non determinat effective superiorem causam
et tamen determinatum vel formaliter sed
ideo agendi sed si determinat hoc est
quia virtus activa superior indetermi-
nata ad producendum producit concurrente
tali virtute inferiori determinata. Ad
argumenta principalia. Ad primum dico
quod argumentum philosophi 2o de anima bene concludit
quod sensus non est causa totalis sensa-
tionis quod concedo et ita argumentum
est supra contra primam opinionem quod anima
non est totalis causa activa intellectionis
et hoc concedo sed non concluditur quin sit partialis
causa quia ex hoc non sequitur quod sit
semper in actu nisi concurreret alia causa
partialis. Ad 2um tractando
illam difficultatem utrum actio ista
competat intellectui agenti vel possibili
dico quod intellectus possibilis 2um quod
philosophus loquitur de eo est illud quo
formaliter sumus intelligentes et eo
modo proprie est quo est omnia fieri quia
ut dictum est prius eo sumus formaliter
intelligentes inquantum recipit non
inquantum agit quia hoc accidit sibi
ut est quo intelligimus. Ad 3um licet
quaedam non sit nociva quia sol per se
causa multorum differentium specie propter
distinctas virtutes in ipso que suf-
ficiunt in ratione cause effective ad di-
stinguendum effectus tamen ad propositum
potest concedi quia concluditur eum quod anima
non est totalis causa omnium intellectionum
quod est concessum. Ad quartum in oppositum
concedo quod anima quodammodo immobilis est et est recep-
tiva cuiuscumque intellectionis ipsa enim
est intellectiva ut causa partialis cuius-
cumque intellectionis alterius a se et ut
totalis respectu intellectionis de se
quia ut cognoscens et ut genita 2um
a. q. q. de tr. r. ultima sed talis intellectio
non habetur per statum istum sed ex immuta-
bilitate eius non sequitur quod ipsa sit to-
talis causa respectu intellectionis
alterius a se. Ad 2um concedo conclusionem
quod cognitiones diversarum specierum i. virtute
ipsarum habite differunt specie quia ad
individua eiusdem speciei non requiritur
totalis causa diversa specie vel aliquid
in totali causa diversum specie ab eo
quod est in totali causa alterius in-
dividui verbi gratia ad intellectionem
albi et nigri vel aliqua includentia
ipsa igitur ista duo magis differunt
quam individua eiusdem speciei igitur
differunt specie. Cum arguitur ultra
quod tunc omnes habitus talium differunt
specie concedo de habitibus qui habentur
vere per talium actus et probatur haec
conclusio sicut precedens et per causas.
Et tu dicis quod tunc esset una scien-

de pluribus speciebus specialissimis
Tertio una species specialissima per inclu
dit multas alias species virtualiter
sive passiones earum sive per modum
cause sive secundum aliud ordine eentia
lem et tunc habitus ille qui est for
maliter illius primi obiecti includentis
alia est virtualiter aliorum obiectorum licet
non formaliter et primo est igitur ha
bitus ille unus ab unitate primi obiecti
virtualiter continentis omnia que continentur
in illa scientia non autem est species unius cuiuslibet
contenti virtualiter in illo primo obiecto sed quan
tum species illius essent distincti si
illa sunt distincta ‖ Ad rationes ad
ductas superius ad improbandum secundam opinio
nem potest dici ad primam quod potentia
intellectiva est qua intelligimus in
telligimus autem anima inquantum ipsa
habet formaliter intellectum species
autem non est nata habere eam licet est
non habeat eam et cum additur quod separa
ta habet actum si intelligatur habere
sicut patet quod non sequitur Si efficacite
tur dico quod non habet passionem in quod
agat proprie si non est nata esse
principium cognoscendi in aliud sed tantum
actionis transeuntis vel in eodem subiecto recipta
‖ Ad secundum potest dici quod illa maior nichil
videtur essentialiter ordinari et est falsa
in hiis que non possunt ex se consequi
finem ad quem ordinantur sed tamen actione
extrinseca dantis sibi aliquod actus
per quod operetur et attingat finem suum
ita est de intellectu ‖ Ad tertium dico quod
attento illa est voluntas applicantis
se vehementer ad aliquod obiectum a quo
potentia cognitiva inferior vehementer
patitur et ideo perfectius cognoscit licet
ideo non agat ad actum illum

Contra tertium arguitur quod obiectum potest
principalior causa illud est principalis
movens quod movet non motum quam

quod movet motum sicut patet in omnibus
causis essentialiter ordinatis obiectum
autem movet non motum z de anima
intellectus autem non movet nisi mo
tus igitur ‖ Praeterea agens assimilat sibi ef
fectum igitur illud est principalius agens
quod magis assimilat actus magis assimilatur
obiecto quam intellectui igitur ‖ Praeterea unitas
scientie assignatur penes unitatem obiecti
virtualiter eam continentis non autem
attribuitur intellectui talis continentia
virtualis respectu habitus continentie virtualis
continet causa activa igitur principalior causa illius
habitus est obiectum quam intellectus et sic
causa habitus igitur et actus ‖ Contra
quinto aliquid actualius formalius
et perfectius tanto activius igitur anima
que est forma actualior multis
aliis causis concurrentibus erit acti
vior et ita que concurrit cum aliis
in agendo erit principalius agens
‖ Praeterea contra secundum quid non competit actus
simpliciter sed quod habet tale esse secundum quid
per aliquod simpliciter ens tunc principa
lius convenit illi simpliciter entitati agere
si illud potest aliquo modo actum respectu
eiusdem obiectum autem a nobis intel
lectum non habet esse nisi secundum quod
in intellectu non potest esse simpliciter ergo prius
intellectus quia obiectum in ipso est sicut
cognitum in cognoscente igitur illius ac
tionis ad quam ista duo concurrunt obiectum
habens tale esse non erit principalis causa sed
intellectus potest quod habet tale esse
Tertio videtur quod potentia intellectiva ha
beat principaliorem causalitatem respectu
intellectionis in nobis quam
primo quod quando causarum ordinatarum altera
est indeterminata ad multos effectus
et quod altera autem secundum ultimum
sic virtualis determinata ad certum effec
tum illa que altera est videtur
esse perfectior et principalior ‖ Secundum de sole

et de primis agentibus intellectus autem sit virtutem quasi illimitatam et indeterminatam respectu omnium intellectorum obiectorum autem a nobis naturaliter cognitorum sunt virtute determinatam respectu determinatorum intellectorum quae sunt ad ipsa et hoc secundum ultimum suae virtutis scilicet quantum ad intellectionem sui generis. 2o quia illa est principalior causa qua agente alia causa coagit et non econverso sed intellectu nostro agente ad intellectionem obiecti nisi vel in specie coagit est enim in potestate nostra quia intelligimus cum volumus 2o de anima. Hoc autem non principaliter propter speciem quae est forma naturalis sed propter intellectum quo uti possumus cum volumus. Principaliter autem actionem intellectus sequitur actio speciei quae nata est esse semper uniformis ex parte speciei aliquando obiectum ultimum excedens facultatem potentiae intellectivae puta obiectum beatificum in clara visione potest ponere hic totam causalitatem respectu visionis a principalitate quam potentia intellectiva et hoc propter excellentiam talis obiecti et defectum potentiae intellectivae de hoc in 4o libro. De obiectis autem quae non naturaliter cognoscimus prima pars solutionis videtur vera nam species intelligibilis a nobis naturaliter intellectorum videtur esse instrumentum quasi instrumentum ipsius intellectus non quidem motum ab intellectu ut agat quasi aliquid recipiens ab intellectu sed quo intellectus utitur ad suam actionem ut scilicet quando intellectus agit species illa tamquam minus principale agens coagit ad idem ut ad effectum communem. Ad primum dico quod duplex est actus intellectus respectu obiectorum quae non sunt prima in se qualia sunt illa quae non naturaliter intelligimus. Primus actus est species qua obiectum est praesens ut actu intel-

(2a) est ipsa intellectio actualis et ad utrumque agit intellectus non motus ab eo quod est causa principalis secundum concurrens ad illam actionem licet unum actum intellectus praecedat motio eius ad aliam actionem. Ad primum actum agit intellectus agens cum fantasmate et ibi intellectus agens est principalior causa quam fantasma et ambo integrant unam totalem causam respectu speciei intelligibilis. Ad secundum actum agit potentia intellectiva et hic vel intellectus agens vel possibilis non curo nunc et species intelligibilis sicut duae partiales causae et ibi agit potentia intellectiva non mota a specie sed prius movens id est agens ut species sibi coagitet. Cum igitur dicitur quod obiectum movens non motum dico quod in utraque actione obiectum est secundarium movens licet non sit motum id est aliquid recipiens ut a principali movente. Cum dicitur intellectus non movet nisi motus dico quod non movet secunda motione nisi motus priori motione. Haec autem est comparatio duarum motionum intellectus non autem duarum causarum partialium concurrentium in una motione. Si comparentur tamquam partiales in utraque motione dico quod in utraque intellectus movet non motus a causa principali concurrente in eadem motione. Ad secundum dico quod effectus formaliter magis assimilatur causae univocae proximae quam causae superiori remote et perfectiori sicut patet de filio respectu patris et solis. Unde argumentum est ad oppositum quia probat quod actus intellectionis sit ab obiecto ut a causa propria quia magis assimilatur sibi formaliter ita et species intelligibilis magis assimilatur formaliter fantasmati quam intellectui agenti et tamen magis principaliter est a fantasmate quam ab intellectu agente. Contra magis agens intendat assimilare sibi patiens quo principaliter

agens non magis assimilat. Tunc principaliter
agens quia etiam est equivocum
et habet in se eminentius perfectionem effectus
quam causa univoca. Et ideo non magis
assimilatur sibi effectus formaliter quia
hoc esset imperfectionis in causa sic as-
similari effectui sed assimilat magis i.
magis dat formam effectui per quam
sibi assimiletur equivoce quam det agens
particulare et ista assimilatio activa est ex
perfectione licet non sit maior assimilatio
formaliter. Similiter causa perfectior ma-
gis assimilat effectum ei cui est assimilabilis
quam inferior magis eum causat effec-
tum qualis est causabilis et assimila-
bilis quam inferior assimilabilis est
autem effectus formaliter cause proprie
ideo causa remotior magis assimilat
effective effectum cause proxime quam
ipsa met causa proxima sibi ipsi quia
eum similis formaliter est similis patri
hoc magis est a causa remota as-
similare filium patri quam ab ipsa propin-
qua quia que plus dat formam
qua plus assimilatur plus dat effective
assimilationem. Ad tertium dico quod unitas
sine assignatur penes obiectum quia illud
est penes quod sine distinguuntur
non autem penes intellectum quia in-
tellectus est unus respectu omnium scientiarum
et hoc modo distinguendo scientias illa
est una que est unius subiecti primi quia
tenus obiectum primum habet continere virtualiter
illam scientiam sed hoc non est nisi ut ca-
pitulis preter. Hec enim est intellectus
alia causa partialis continens illam non
est igitur aliud reducere scientiam ad obiectum
primum quam in alia causa partiali. Sed quare
in suo genere ordine essentiali re-
ducatur ad primum ibi simpliciter et ab ipso
assignatur unitate effectus inquantum
effectus est ab eo sed eum hoc stat quod

multo perfectius continea(tur) in causa re-
liqua partiali.

Contra 2 Augustinus quod non est ymma-
go distincte representat illud
cuius est igitur mens distincte representat
trinitatem. Hoc est falsum primo quia nec naturali
cognitione possumus concludere trinitatem ex
mente naturaliter cognita. Tum etiam quia
nulla creatura in representando excedit
perfectionem sue ydee ydea autem mentis
non representat deum inquantum trinus quia
ydea est dei inquantum deus est causa
est autem causa inquantum unus. Preterea
nichil in mente representat plus
unam personam quam aliam igitur nec re-
mens totam trinitatem. Probatio autem
ix. de tri. c. a. pater est memoria intel-
ligentia et voluntas et igitur ita formaliter
est pater intellectus et voluntas sicut me-
moria et filius similiter igitur memoria non
magis distincte representat patrem quam
filium. Preterea in trinitate sunt due per-
sone producte in ymagine nichil est
productum ut probabo igitur non est repre-
sentativa productionis. Probatio assumpti
tamen non sunt nisi vel actus primi vel
2i primi non sunt originaliter a se invicem
quia sunt concreati ipsi anime nec 2i.
Primo quia actionis non est actio nec in
sibi nec in eum per philosophum v. phisicorum quia
tunc esset processus in infinitum istorum
igitur actum non est actio quia sunt formaliter
actiones. Probatio sunt enim actus 2i et non
primi sed si non essent actiones essent actus
primi. Preterea ipsis generatur habitus accidentis
autem quam generatur aliqua forma est
terminus actionis generationis. Contra a qui le. de
tri. c. 8. quedam est ymago et inve-
nienda ubi natura nostra nichil me-
lius habet. Hic primo intendendum quid sit
de ymaginibus in creaturis unde circula-
tio est ratione ad propositum. 2o respondeo

tinis in trinitate est ymago 3° in quo
in nobis sit ymago. Quantum ad primum
sicut dictum est in questione de vestigio
dico quod ymago est repraesentativum totius
et in hoc differt a vestigio quod est
repraesentativum partis. Si enim totum cor-
pus esset impressum in pulvere sicut pes
est impressus illud derelictum esset yma-
go totius sicut istud est ymago partis
et vestigium totius. Sed ista conformi-
tas expressiva totius non sufficit sed
requiritur imitatio quia secundum Augustinum 83 q. q.
74. quantumcumque duo ova sint simillima
unum tamen non est ymago alterius quia
non est natum imitari ipsum et ideo re-
quiritur ad rationem ymaginis quod sit
nata imitari illud cuius est ymago
et exprimere ipsum. De 2° tamen conceptu
unius personae in intellectu nostro sit pri-
oribus respectu conceptus trinitatis illa
creatura quae ducit nos in cognitionem
trinitatis per modum ymaginis repraesenta-
bit trinitatem quantum ad illum totalem
conceptum quem intelleximus per hoc de
ea. repraesentabit igitur distinctionem trium
personarum et unitatem essentiae et ordinem
originis quia illa distinctio realis in divinis
est per originem habebit etiam yma-
ginem essentialem ad ipsam trinitatem
quam repraesentat. De 2° articulo primo
videndum est de hiis quae manifesta
sunt in mente 2° in quibus non consistit
ymago 3° in quibus consistit. Quantum
ad primum experimur in nobis esse actus
intellectionis et volitionis et istos actus
esse aliquo modo in potestate nostra quando
obiectum est praesens igitur oportet in nobis ponere
principia activa aliquo modo scilicet primos
actus quibus sumus potentes respectu
istorum actuum non potest autem idem sub
eadem ratione formali esse principium istorum
duorum actuum 2orum quia isti duo actus

2° requirunt oppositum rationum princi-
pii in suis principiis igitur oportet hic aliquam
distinctionem primorum actuum et hoc
proportionaliter correspondentem distinctioni actuum 2orum.
De 2° in isto articulo dico quod nec
in actibus primis nec in 2is solis est
ymago quod patet dupliciter primo quia
hii duo sunt tantum et illi duo igitur tantum
esset ymago dualitatis et non trinitatis.
Secundo quia licet in actibus primis sit
consubstantialitas non est tamen ibi distinctio
realis rei et rei necessario originis.
In actibus 2is licet sit origo ali-
quo modo et distinctio non est tamen ibi consubstantia-
litas. Ex hiis sequitur tertium quod yma-
go consistit in actibus primis et 2is
simul quod intelligo sic anima habet in se ali-
quam perfectionem 2am quae est actus primus
respectu notitiae genitae et hic in se ali-
quam perfectionem 2am quae recipit noti-
tiam genitam formaliter et hic in se
aliquam perfectionem 2am quae recipit no-
titiam genitam formaliter et hic in se
aliquam perfectionem 2am quae formaliter
recipit volitionem. Istae tres perfectiones
dicuntur memoria intelligentia et volun-
tas. Nam anima inquantum habet ipsas ani-
ma inquantum habens actum primum talem
respectu intellectionis scilicet ad se et obiectum
sibi praesens in ratione intelligibilis dicitur memoria
et hic memoria perfecta includendo
tamen intellectum quem illud in quo obiectum
est sibi praesens ipsa eadem anima inquantum
recipit notitiam genitam dicitur intel-
ligentia et hic intelligentia perfecta
ut est sub illa notitia genita vo-
luntas etiam dicitur perfecta inquantum est sub
illo actu volendi accipiendo igitur memoriam
det aliqua potentia passiva igitur
fecunditati patris quae activae correspondet

aliqua potentia quasi passiva de qua
possit produci. Praeterea si ignis generaret
ignem de sua substantia, ad hoc substantia
generantis esset in potentia ad formam
ignis generandi sicut materia est materia
aliena de qua generatur sicut igitur in proposito
essentia patris de qua proles generatur est
quasi materia respectu generationis. Contra istam
opinionem arguo primo sic essentia est
terminus formalis productionis igitur non
quasi materia. Probatio antecedentis Io. x. quod dedit
michi pater maius omnibus est. Maius
autem omnibus non est nisi aliquid infi-
nitum. Hoc non est nisi essentia igitur
illam dedit. Hoc et vult Augustinus 17 de
tri(nitate) c. 26 sicut non praestat filio sine
initio generationis ita spiritu sancto praestat essentiam
sine initio processionis. Non conceditur autem for-
mam aliquam dari productio vel generatio
vel praestari per generationem nisi illa for-
ma data sit formalis terminus illius
productionis. Probatur etiam illud antecedens
per rationem primo sic quia nulla entitas
formaliter finita sumpta perfectior for-
mali termino productionis et quia formalis
terminus non includat ex se quod addo
propter instantiam de notitia et essentia
in filio habetur per productionem essentia
est formaliter infinita relatio non igitur
si relatio esset formalis terminus productionis.
2o quia in creaturis natura est formalis
terminus productionis non autem perfectio in-
dividualis vel ypostatica sicut patet 2 physicorum
ubi dicitur quod generatio est naturalis sive di-
natura quia est via in naturam.
3o quia aliter ista generatio non esset
univoca quia non formalis terminus eius
non esset idem quo convenit generans
cum genito quod eius est inconveniens sicut
tangitur d. 1. Sed aliter non esset ista
productio generatio sed magis esset imitatio

ad relacionem productio eius ponitur in
genere rel. spē ex suo termino formali
sicut patet in phys. sicut alteracio ponitur
in genere qualitatis quia ibi est forma
que est formalis terminus alteracionis
igitur si formalis terminus huius produc-
tionis esset relacio ista productio esset
in genere relacionis et non esset generacio
Pro quo primi cumpit. Primo quod
illud quod est materia in generacione est
in potentia ad terminum formalem
et quod est quasi materia est quasi in po-
tencia essencia vel vere vel quasi est
in potentia ad personam genitam. 2º quod eadem
persona non uno modo habet
essenciam saltem non isto duobus mo-
dis scilicet ut habeat eam ut formale
terminum productionis et nec habet ut quasi materiam
et subiectum generacionis probacio huius quia
si haberet eam ex in productione ut
terminum formale haberet eam transsumpto
cum alio et non habet eam ut quasi
materiam subiectam generandi non enim habet
deitatem aliquo modo quo transsumpto
haberet eam per se et esset verius deus
videtur tamen sequi quod habeat
hoc essenciam et quod naturaliter habeat eam
prius quam eam habeat si vero quasi materie
precedit aliquo modo racionem formalem
termini generacionis Pro 2º essencie ut de
ipsa generatur filius oportet assignare aliquid
esse quia plures aliquod videtur esse eius
in quocumque genere principii non convenit
alicui nisi realiter enti generato quod
esse convenit essencie ut ipsa est de quo
per productionem vel impressionem generatur
filius aut prius esse ad se quod
est essencie ut essencie et tunc filius
est de essencia ut essencia et hoc modo
est terminus aut convenit sibi esse in aliqua
subsistencia et tunc queritur in qua
aut in genita et si hoc tunc de intellectu
eius quod est esse de quo aliquid ge-
neratur includatur hic quod est est
illud in quo forma inducatur et in
intellectu eius quod est esse in quo in-
cludatur hic illud quod est in eo
et per quod esse formaliter per ipsum igitur
si essencia ut est in patre sit de qua
filius generatur et per impressionem eius con-
sequitur quod ipsa ut in patre est illud
in quo noticia genita imprimitur
et ita essencia ut est in patre erit
formaliter verbum sive noster formaliter
noticia genita quod est
inconveniens Si autem essencia ut in
alia subsistencia a patre est illud
de quo filius generatur et inquantum est
de quo precedit aliquo modo terminum
generacionis igitur ante terminum generacionis
sunt due subsistencie quod est inconveniens
Si dicitur quod inquantum est de quo intelligitur
essenciam habet in persona sicut materia
inquantum est de quo generatur generans
non habet esse in aliquo supposito sed tantum
in potencia in supposito generando hoc non
valet quia deum est quod principium
realiter aliquod eius in quocumque
genere principii oportet tribuere aliquod
esse reale et ideo non ut prius apposi-
tum licet non competit esse compositum
quod est eius propter aptitudinem convenien-
tem sibi sumi esse proprium quod est eius propter
naturam quam sic per se composita. ita igitur
hic oportet quod essencie inquantum est de quo
generatur filius detur aliquod esse
vel in supposito vel esse essencie ipsi
et stat argumentum. Si dicatur aliter
quod inquantum est prius et illud de quo
generatur filius et tunc per generacionem
inquantum quasi actu forma noticia geni-
ta est actu alterius suppositi hoc
improbatum est in argumento quia in
intellectu eius quod est esse de quo per impressionem

includitur esse in quo et ita esse formaliter
tale 2^m impossibile illud. Similiter nec
quantitas eciam alteri supposito pre-
sertim 2^m intencionem productionem ita quod generatio
non fiet per productionem sed quantum ad terminum
productionis sicut illud quod est quasi materia
generationis preintelligitur aliquo modo ipsi
termino. Similiter licet aliquid quod non est
de se alicuius suppositi in actu fiat
actu alicuius suppositi per generationem secundum
materiam que non est alicuius suppositi fit
alicuius suppositi per generationem tamen
quod illud quod est unius suppositi fiat
alterius suppositi formaliter per hoc quod est
materia videtur impossibile absque ac-
tione ad passionem. Respondeo 3° quantum ad produc-
tionem effectus concurrunt activum et passivum
prius naturaliter est respectus activi ad
passivum quam utriusque ad productum
patet quia oportet causas diversas
eiusdem prius naturaliter approximari
quam producant effectum. Similiter iste re-
spectus scilicet activi ad passivum et e contrario
ad productum non omnino ex equo conve-
niunt activo nec respectus ad pro-
ductum est prior ambobus huius competitur
quantum ad utramque partem simul probatur
quod activum agit in passivum se solo in
racione cause, productum autem non produ-
citur nisi alio concurrente in racione continentis.
Et si omnino negas prioritatem re-
spectus ad respectum non tamen potes
negare quin universaliter respectus activi
sit non posterior respectu utriusque ad
productum patet in exemplo de igne ca-
lefactivo ligno calefacto et calore ge-
nito. Igitur si in patre est fecundi-
tas activa et aliquid quasi materia concur-
rens ad productum prior est respectus
patris ut productivi ad illud quod est
quasi materia quam sit utriusque eorum ad filium

aut saltem est universaliter concomitans
et ex hoc ultra sed res non preexigitur
naturaliter nec requiratur universaliter simul
illud quod est prius eius racionis sed
quod ista racio que naturaliter preexigitur quod
activum ad passivum sit relacio realis
et ita in patre est relacio realis ad
aliquid in ipso prior relacione patris
ad filium vel alia saltem in illa quod
videtur inconveniens. Respondeo primo potencia
prima causativa efficiens se sola causat
excludendo omnem aliam causam eius-
dem et alterius generis quod tamen universalis
causa ideo est quia causalitas universalis non
dicit perfectionem simpliciter et ideo licet re-
ductio fiat ad aliquod primum in illo
genere illud tamen non est simpliciter primum
sed tamen illud genus reducitur ad ali-
quid primum in aliquo genere quod non
includit imperfectionem puta aliquid in
genere efficientis. Patet etiam hoc
ambobus per hoc quod potencia causativa per
se sine aliquo principio materiali vel alio
producit productum et ex hoc infertur
a simili quod potencia productiva prima
se ipsa sola producit et sine alio prin-
cipio productivo concurrente et ita
sine alio quasi materia. Similiter eciam racio
videtur de principio productivo et activo
quia si ponitur aliquod principium quasi
materiale non esset tale summe perfectionis et
ita videtur reducendum in racione prin-
cipii ad principium productivum activum.
Respondeo 4 ad quartam maiorem libro 3 c. 14. Spi-
ritus non est de aliqua materia vel de
nichilo sed inde est unde procedit. Ita
igitur conceditur spiritum sanctum non esse de nichilo sed
de substancia patris et filii sicut conceditur filium
esse de substancia patris et probatur hoc racione
quia sibi modo est racio spiritus sancti in deitate
sicut relacio filii sed eciam non se
habet respectu relacionis spirationis sancti quasi in

receptiva eius ut videtur 2m istam
opinionem quia potentia illius generari per
impressionem in illud de quo gignitur
spiritus autem sanctus produci quasi per expi-
rationem vel exsufflationem sui de vo-
luntate formata de qua producitur
quod autem producitur per expulsionem
vel expressionem de aliquo non habet
illud de quo producitur in productione
sui quia omnis materia productionis et
producti est in quo recipitur forma
producti quod non est in expulsione
de illo. est igitur spiritus sanctus non de
nichilo nec de substantia ut de quasi materia
sue productionis igitur propter hoc quod est
filium non esse de nichilo vel relationem
eius fundari in essentia non oportet
essentiam ut est de qua generatur filius
esse materiam vel quasi materiam generationis filii
Ideo tenendo cum doctoribus antiquis
qui omnes a tempore Augustini usque ad istum
non sunt ausi notare materiam in divinis
nec quasi materiam cum tamen omnes dicerent
concorditer cum Augustino quod filius generatur de
substantia patris. Dico quod filius non generatur
de essentia patris sicut de materia nec
quasi materia et hoc declaratur primo sic quando
in creatura duo dicit scilicet mutationem et produc-
tionem et formales rationes istorum sunt
alie et sine contradictione separabiles ab
invicem. productio enim est formaliter ipsius
producti et accidit sibi quod sit ad mu-
tationem alicuius partis compositi mutatio
formalis est actus mutabilis quod de
privatione transit ad formam contrariam
autem mutatio productionem in creaturis
propter imperfectionem potentie productive
que non potest dare totale esse termino
productionis sed aliquid eius presupponit
transit ad aliam partem ipsius et sic produ-
cit compositum igitur sine contradictione pos-
sunt separari et realiter separantur compara-

do ad potentiam productivam perfectam
hoc etiam patet in creatione ubi propter
perfectionem potentie productive po-
nentis primo in esse totum nec est ratio
productionis in quantum per eam terminus pro-
ductus accipit esse sed non est ibi ratio
mutationis in quantum mutatio dicit aliquid
substratum aliter se habens nunc quam
prius ex 6 physicorum. in creatione enim non
est aliquid substratum. Ad propositum
in divinis nichil sit ponendum imper-
fectionis sed tantum quod est perfectionis et mu-
tatio de ratione sui dicit imperfectionem
quia potentialitatem et sic transmutabilitatem
et concomitantur etiam dicit imperfectionem
potentie active in mutatione quia talis
requirit actio causam concurrentem ad hoc
ut producat. non sit autem aliqua im-
perfectio ibi nec qualis est potentie pas-
sive nec etiam aliqua imperfectio
potentie active sed summa perfectio
nullo modo ponetur ibi generatio ratione
rationis mutationis nec quasi mutationis
nec quasi mutationis sed tantum generatio ut est
productio in quantum scilicet per eam aliquid
accipit esse ponetur in divinis et ideo gene-
rationi ut est in divinis non assignabitur
materia nec quasi materia sed tantum terminus
sic vel totalis sive primus scilicet adequatus
qui scilicet primo producitur in esse vel terminus
formalis 2m quem terminus primus for-
maliter accipit esse. 2o dico quod nega-
ta omni materialitate vel quasi materialita-
te tamen filius est de substantia patris sicut
dicunt auctores adducte in littera ubi hec propositio
de non tantum denotatur efficacia sive
originatio quia sic tamen efficientia tunc
creatura esset de substantia dei. nec tamen
consubstantialitas quia tunc pater esset de substantia
filii sed non tantum sunt originatio et con-
substantialitas ut sicut in textu libri hanc propositionis
de notetur consubstantialitas sic quod filius sit

eandem substantiam et quasi forma eius pa-
tre de quo est originatur. Et per illud
quod assumitur in genito cum isto termi-
note principium originans ita quod to-
lis intellectus huius sermonis filius est
de substantia patris, est iste: filius est originatus
a patre ut consubstantialis sibi et hoc modo
exponitur in auctoritatibus adductis in
littera non posse per consubstantialitatem nec posse
per originem sed per utrumque sicut conve-
nienter apparet. de patris substantia hoc est
de patre qui est eadem substantia per primum
originatio, per secundum consubstantialitas habetur.
Et quod ista sit intentio Augustini in auctoritatibus
eius quas maxime que ponuntur in littera
patet ex fine auctoritatis. Nam in una
auctoritate ponit quia si aliam non invenis
patris agnosce substantiam et filium non pa-
tre homousion confitere. hoc igitur intellexit
per filium esse de substantia patris, scilicet filium
sic esse de patre ut sit homousion cum
patre. Idem dicit in alia auctoritate. si-
cut de patris substantia eadem est una substantia
patris et filii. Ad intellectum igitur huius
affirmative qua dicitur filius est de substantia
patris secundum intellectum predictum dico quod in-
tellectus iste non salvat quod filius non
sit de nichilo et non salvat quod sit de
sicut esse de requiritur ad filiationem. Primum
declaratio quod creatura genita non est de nichilo
quia aliquid eius preexistit ut materia
igitur et forma sit aliquid compositum
et aliquid perfectius in ipso quia in-
si forma alicuius preexisteret et materia
eius de novo adveniret et informa-
retur illa forma preexistente ipsum produc-
tum non esset de nichilo quia aliquid
eius preexisteret et aliquid eius perfectius
quam materia que preexistit. quia igitur
si filius non diceretur esse de nichilo quia
essentia eius secundum ordinem originis
prefuit in patre et hoc sic illa essentia

esset quasi materia generationis filii multo
magis filius non esset de nichilo si illa
essentia prius ordine existens in patre
sit quasi forma generati filio. Secundum
declaratio scilicet quod istud de sufficiat ad rationem
filiationis quia in creaturis ubi est proprius
et filiatio actus per quem generans dicitur
formaliter pater est actus descindendi
semen et si esset perfectum agens ita
quod non quid descindit semen posset
descindere ... non esset pater et multo
perfectius quam sit modo quod requiruntur
tot mutationes intrinsece. unde autem
in actu illo descindendi semen illud
quod cadit substantia eius non est materia
sed est quasi terminus formalis generationis
sive productus ... ipsum actum sicut esset
plenus si immediate descenderetur a parte
igitur quod aliquid sive generationis
sit terminus actionis sive qua est pater
hoc non salvat productum illud sive
in natura esse de substantia eius sicut de
sufficit ad rationem patris et filii et quod
illud decisum sit in sequentem mu-
tationem hoc accidit illi de ut quod
patri et filio igitur pater eternus non descin-
dendo aliquid sui sed totam suam essentiam
communicando et hoc ut terminum formale
illius productionis decisive producit
filium de se eo modo quo esse de perti-
net ad patrem et filium et licet esset ibi
essentia de qua ut de quasi materia illud de
non faceret aliquid ad rationem patris
sicut nec in creaturis si generans ha-
beret semen suum et per terminum formale
et per materiam sue actionis non esset pater
nisi quantum semen suum est materia subiecta
sue actioni sed inquantum esset terminus illius
actionis quemadmodum si pater tactus
immediate descinderet a se filium vere
esset pater quia illud quod esset de ipso

esse primus actionis nullo autem modo
materia. 2o principaliter ad solutionem difficultatis
quam primum videndum est quomodo relatio
et essentia possunt esse in eadem persona
quia essentia sit similis respectu rela-
tionis cum nullo modo relatio sit similis
respectu essentie et sicut patet de
se. Hic sunt 3es difficultates. Prima quia
persona divina sit una nisi hic sit ac-
tus et illud potentia ad quam dicto
sit quod quiditas tantum est quo aliquid
est eius quiditative et hoc non est
imperfectionis competit enim quiditati ex
ratione quiditatis. 2o ipsa quiditas pu-
ta humanitas quia est imperfecte actualis
non est divisibilis per illud quod contra-
hit ipsam ad individuum puta per
proprietatem indivisibilem vel individu-
alem quecumque sit illa et dicatur a et
recipit ab a quamdam aliquam actualitatem
et unitatem sive indivisibilitatem
quam habet in individuo et habet eam ex se
ita quod illud contrahens ut a non tamen
formaliter est in se quo formaliter se
est se sed est aliquo modo formale re-
spectu nature et non est aliquo modo potentia re-
spectu unde natura contrahitur et deter-
minatur per ipsum a. Tertio humanitas
in se est aliquis actus et accipiendo
per se humanitatem distinguendo a con-
tracta humanitas est perfectior actus
quam ipsum a licet a sit magis proprius
actus et aliquo modo actus nature in
quantum determinat naturam. Applicando
hec tria ad divina relinquatur illud
quod est imperfectionis. Quantum ad primum
deitas de se est qua deus est deus.
Quantum ad 2m est difficile quia ipsa
per proprietatem personalem nec determinatur
nec contrahitur nec actuatur quia hoc
est imperfectionis et potentialitatis et una tantum.
Sed deitas de se est hec et ita sicut

de se hec ultima unitate et actu-
alitate est igitur proprietas personalis ma-
gis proprius actus persone quam non est
actus ipsius nature divine aliquo
modo perficiens et informans cum
[illegible] natura ipsum subsistens magis
proprium est a est formaliter deus quod
esse quo isto modo non est imperfectionis
in creaturis sed competit quiditati unde quidi-
tas. Quantum ad 3m est aliquo modo
difficile quia relatio et si sit proprius actus
persone et essentia non sed sit aliquis
actus tamen essentia est formaliter
actus infinitus relatio autem ex ra-
tione sua formali non est actus infi-
nitus. Sed quomodo possunt isti duo ac-
tus concurrere ad constitutionem unius
[illegible] sunt actus alterius competit enim
unum esse in alio quia si non igitur utrumque
per se subsistens et ita non erunt in
eodem per se subsistere. Sed unitas
qualitercumque distinctorum non videtur esse
nisi ratione actus potentie.
Dico unitas compositionis est ex
ratione actus et potentie sicut [illegible]
[illegible] patet [illegible] 48 c. ult. Sed
persona in divinis non est composita nec
est composita sed est simplex simplex
sicut est essentia ipsa secundum se considerata
nullam habens compositionem nec
compositionem in re et tamen formalis
ratio essentie divine non est formalis
ratio relationis nec econverso sicut dictum
est supra d. 2 q. 1 de trinitate in
solutione questionis. Qualiter autem stet
quod ratio relationis in re non sit
formaliter eadem rationi essentie et
tamen in eodem concurrentes non constituant
compositum. Hoc ideo est quia ista
ratio est perfecte eadem illi propter
infinitatem. cuius unius rationis [illegible]

illi pp^r infinitate eius vniº rōnis
quidq^d pt ee^r in ea est pfte idem
sibi pfectio^r ydemptitat^e excludit
oem̄ oppositom que ydemptitas ē
pp^r infinitate ⁊ tamē infinitas
nō tollit fo^ales rōnes quā forma^r
nō pt illa nō est igit^r ex istis q^r
opposita ⁊ iō nichil est ex eis q^r
oppositū ex actu ⁊ volūtate poten^u
s^z est vnū simplicissi^m ex istis quia
vna rō pfecte yn^o pfectissime est
eadem alteri ⁊ tamē nō formalit^r
eadē nō enī sequit^r sibi pfte eadē
ydemptitate simplicit^r igit^r sūt for
malit^r eadem sicut tactū est sup^a
de infinitate in q^o pallegata ⁊ tan
get^r infius d^i 8 ⁊ eadem pfecta
ydemptitas excludit oem̄ aggregatam
quia idem nō aggregat^r cū seipso
Et quod addit^r q^d oz vnū ee i alio
gredo ut relacō est in suo funda^to s^i
ue indice s^z hoc nō est actus in po
ten^a s^z nec ydemptitate ⁊ tentū
in pellago infinito. Alit^r pt dici
q^d oms iste sūt vel ditas ē in pa
tre prinitas est in pre pr est in
ditate prinitas est in ditate sine
i natura diua ⁊ tamē nullū est in
alio sicut actus in poten^a nā p^rima
est vā ut natura est in supposito ha
bente ee quiditatiū eo q^d h^t quest
qditati vnde quiditas est s^z non
pp^r hoc est forma informās sup
positū etiā creatur^e S^a ē vā ut for
ma ypostatica est in ypos^i sed nec
informat ipam tam enī qditas
qua forma ypo^ca etiā in creatur^e
licet sit forma suppositi nō tamē
forma informās s^z ibi q^i ps h^t
aute q^i iō formalis ⁊ curres cū
alio formalit^r ad idem simplex
sūt cū ipse plures rōnes 3^a ē

vā ut suppositū est in nā ⁊ patet
q^d nō ut informās Quarta est vā
eodē mō in qua quo mō totū ē p^rimo
in aliquo eodē mō ps est in illo p^se
s^z nō p^rimo Ex^m de esse in loco igit^r
s^i pr est p^rimo in nā ut suppositū na
ture prinitas est p se in eadē natu^a
eodē mō secundi in licet nō p^o Vlt^a
h^r p^rimo tu^o dat modū in quo est
relacōis in fundamento qui nō redu
cit^r ad ee forme in materia nisi ubi
fundamentū est limitatū intantū q^d
nō h^t pfectam ydemptitate nisi ad
relacōem ipam Se^o diffi^tas est quo^o
relacō possit ee distinctiua psone
⁊ nō essencia nisi quā relacō h^t ea^z
rōem actus ad actus sit distingue^r
a. me^te Tu^o credo relacōem ee actū
psonalem nō aute quiditatiū ideo
psonalit^r disting^t nō aute qditatiue
essencia aute est actus qditatiu^s
⁊ qditatiue distinguens actu aut
qditatiuū ē simpl^r pfectus quia
infinitus est nō sic aute actus pso
nalis est de se formalit^r infinitus
Et si dicit^r q^d actus distinguens
est actus eius q^d nō disting^t. Ptm
ē nisi illud quod nō disting^t disting
uat^r p actū distinguentem sicut in
creatur^e humanitas disting^r in sor
⁊ plone p a. ⁊ b. ⁊ iō ibi actus disting
uens etiam indiuidua^r est actus eius
quod nō disting^t. q^z actus ille dis
ting^t u^a^z illaz que nō disting^t u^a
na h^t q^z spēcies nāalis nō disting^t.
nec determinat essenciaz 3^a diffi^tas ē
quo pt ee relacō nisi requirit sp^a
rōnem funda^ti funda^tū aute uide^r
ee p^rius relacōe q^i pfectibile p ea^z
⁊ nō equiso relacō aute nō uidet^r
pfici a suo funda^to quia tūc psuppo

net sue funda^{cio} igitur essencia sit
fundamentum istius relacionis videtur esse
quia materia creata tum in creaturis ordo
generacionis et perfectionis sunt contrarii sicut
patet quia motus quod illa que sunt priora
generacione sunt posteriora perfectione et ideo
est quia creatura vadit et procedit de
potencia ad actum et per consequens de imperfecto
ad perfectum et ideo via generacionis prius
pervenitur ad actum imperfectum quam ad
perfectum secundo ad simpliciter primum oportet
quod ibi idem sit primum simpliciter et origine
et perfectione etiam secundum philosophum ibidem quare
racionis ordo generacionis reducitur ad ali-
quid primum perfectionis sicut ad primum
totalis originis in divinis igitur simul
debent intelligi concurrere ordo genera-
cionis et ordo perfectionis sicut igitur
in creaturis si concurrerent isti duo
ordines semper difformiter non que-
reremus primo materiam que substaret for-
me et postea formam sed quereremus
primo formam que nata esset dare
actum materie et secundo quereremus materiam que
nata esset recipere actum per illam formam
vel suppositum quod natum esset subsis-
tere per illam formam ita in divinis inci-
piendo a primo signo nature omnino
primo occurrit essencia divina ut est
esse per se et ex se et quod non competit
alicui nature creare quia natura
creata non habet esse prius naturaliter quam
in supposito ista autem essencia secundum Augustinum
de trinitate c. est qua pater est et qua
filius et licet non sit qua pater est
pater et filius filius isti igitur essencie ab-
stractissime competit ut prior omnibus
convenit esse per se et in isto primo occurrit
non ut aliquid receptivum alicuius perfectionis
sed ut infinita perfectio potens quidem
in secundo signo nature communicare alicui non
ut forma informans quantum materie

sed ut quiditas communicatur supposito tamen
formaliter constituendo per eam et ita pullulat
ut quedam dicunt ex ea relaciones
et persone non quia quedam forme dan-
tes sibi esse vel quia quedam supposita
in quibus recipiatur esse quod sit simpli-
cius sed quibus suppositis ipsa dat
esse ut quo formaliter illa supposita
sunt et quo sunt deus et ita relacio
illa pullulans si sit per se subsistens
ipsa pullulat non ut forma essencie
sed ut nata esse deus ipsa deitate formaliter
licet non ut informante ipsam sed ut
constituente eadem sibi perfectissima ydemp-
titate nullo autem modo equivoco relacio
essencie ut quo formaliter est essencia
determinata vel contracta vel aliquo modo
actuata per ipsam quia hec omnia repug-
nant infinitati essencie ut primo occur-
rit sub racione actus infiniti Conce-
ditur quod essencia est fundamentum istius
relacionis sed non fundamentum quasi possibile
recipiens istam sed fundamentum quasi prin-
cipium forme in qua nate sunt subsistere
non quidem per informacionem sicut al-
bedo est in albedine sed sicut subsis-
tens dicitur esse in natura sicut sortes dicitur
subsistere in humanitate qua sortes humanus
est homo non igitur ex racione fundamenti
habet racionem potencie vel quasi potencialiter
essencia divina sed per se habebit racionem
forme vel qua relacio fundata in ipsa
est deus Exemplum huius potest accipi in elemento
ponendo ubi quedam per impossibile ma-
teria augmentatio fit non per hoc quod aliquid
adveniens corpori corrumpitur et materia
eius recipit formam creatam et sic in-
formatur ab anima ponamus quod eadem materia
manens nata sit recipere aliam propriam
forme sicut ponitur in resurrectione
ubi materia manet una que prius fuit
formata et tunc nova forma formatur

ipsa tamen formaliter est vere unita quia
de suo conceptu non sistit ad formam. Ponatur
ex alia parte quod eadem anima perficeret
primo unam partem corporis ut cor, pos-
tea adveniret alia pars corporis per-
fectibilis ab anima, tunc anima perfi-
ceret istam partem advenientem de
novo et tamen non mutaretur quia non
esset in eo primo privatio et postmodum
forma. Privatio enim est carencia
in apto nato recipere. Anima autem primo
non informans et postea informans
non est nata aliquid recipere sed dare.
In utroque istorum exemplorum naturaliter
esset productio alicuius producti, sed in primo
esset mutacio in secundo non. Applicans ex-
emplum videmus si ponamus materiam
corporis animati posse eandem communicari di-
versis formis puta manus et pedis
et hoc virtute activa cordis animati
producentis composita ista ex materia sua
communicata et formis ipsis, hic vere esset
productio totorum secundum eandem materiam
et esset communicacio illius materie. Sed
si ex alia parte ponamus animam propter sui
illimitacionem in racione actus et forme
posse informare communicari et virtute activa
cordis posse ipsam communicari manui et
pedi et producentis accidere animato, hic
esset productio multorum compositorum in for-
ma absque mutacione illius forme. In utroque
exemplo ponatur producta esse per se
subsistencia non partes cuiuslibet quia
esse partem est imperfeccionis. Hic ponitur 2us
modus in utroque exemplo qui est de communica-
cione forme ipsi producto perfecte reperitur pro-
duccionem in deo non autem primus qui est
de communicacione materie et hic ad hoc ad-
dendo in primo quod anima in corde manu
et pede non sit forma informans
quia compossibilitas dicit imperfeccionem
sed sit forma totalis qua et ista anima-
ta et subsistencia sunt ita intelligatur.

deitas non communicatur sicut una sed rela-
cionibus subsistentibus sicut propriis. Ponitur
relative communicatur deitas per modum
forme non informantis sed qua re-
lacio vel relatum subsistens est deus.
Igitur nec essencia informat relacionem
nec econverso sed est perfecta ypostasis
sed essencia habet modum forme respectu
relacionis sicut ipsa respectu suppositi
in quantum ipsa est qua relacio subsistens
est deus. Econverso autem nullo modo relacio
est actus essencie quia sicut 2m dictum
relacio non determinat naturam sed ypostasim, ita
non est actus nature sed ypostasis. Sed si
quod relacio informat fundamentum
suppositum dicitur relativum per se 2o modo
2m illud fundamentum sicut pater est
similis 2m albedinem. Pater autem sicut
a quo 2m a deitatem. non est pater deitate.
Igitur non est hic talis modus relacionis
ad fundamentum qualis est in aliis quia hic
fundamentum non actuatur per relacionem sed relacio
est tamen actus suppositi vel est suppositum.
Dico tunc breviter quod relacio et essencia
ita sunt in persona quod neutrum est forma
informans alterius sed sunt perfecte idem
licet non formaliter ut tamen sunt non
formaliter eadem relacio nullo modo
perficit essenciam nec est terminus formalis
receptus in essencia sed essencia hic non
est forma relacionis quia est qua
relacio est et qua relacio deus est essen-
cia est formalis terminus generacionis
sicut etiam in creatura natura est formalis
terminus generacionis non autem actus indivi-
dualis. Contra hoc arguitur quod for-
malis terminus generacionis communicatur igitur
presupponit illud cui debet communi-
cari. Essencia autem non presupponit relacionem
sed econverso igitur relacioni non communicatur
essencia. Et propter esse quod difficultatibus quia

aliquid ibi generatur et illud est formalis terminus et illud presupponit illud cui generatur. Essentia autem non potest presupponere relationem cui generetur igitur equivoce est et ita relatio generatur essentie et sic relatio est terminus formalis productionis et essentia quasi materia. Terminus productionis quia est alicuius primi termini id est adequati includentis aliquid in ratione termini formalis ipsius productionis et aliquid in ratione subsistentis inquantum scilicet in tali termino idem quod dictio est respectu productionis hic separari scilicet terminum formalem et rationem subsistentie inquantum scilicet productione hic esse licet alibi esset prioritas unius ad alterum eorum quantum ad separari sive conditione in creaturis ipsa alibi non inquantum per productionem hic esse licet etiam ibi esset prioritas perfectionis quia alium est perfectius altero quia natura est perfectior ratione subsistentie in creaturis et ex hoc sequitur quod natura est terminus formalis productionis quia nulla entitas simpliciter simplex perfectior formali non productionis hic esse per productionem. Tunc ad formam argumenti dico quod generandum inquantum per productionem generatur non presupponit illud cui generatur nec equivoce quia ipsa generatio non est alicui innexa sicut est in alteratione sed est alicui ut simpliciter sit et ideo nec natura generatur ante productionem suppositi quia tunc generaretur et non productum nec equivoce licet alibi generatum sit prius ipsa ratione suppositi et prioritate perfectionis et prioritate eiusdem prout invenitur in creaturis primo prioritati in creaturis correspondet hic scilicet in divinis quia essentia est formaliter infinita relatio autem non. Ad argumenta oppositi. Ad primum de aliquis generatur maxime patet quod filius nullo modo est de nichilo sed est vere de substantia patris. Et si queratur

potentia origine et consubstantialiter. Ad secundum quando de quo est filius sicut de materia vel de quasi materia. Videtur quod non est ibi materia et non de aliquo sicut et ultra igitur de nichilo non sequitur sed sequitur quod de nulla materia. Ad tertium dicitur quod est contrarium dico quod filius est quia contraria est post nichil id est post non esse sui et cuiuscumque in ea non ita filius non nunc quia eius esse est eternum sed eadem quia sicut est 2a persona sic prius origine est suum esse formale in prima persona. Ad aliud argumentum a de tertio nichil valet ad propositum sicut in precedenti questione expositum est. Et alii arguunt contra rationem forme generationis quod ipso inferunt filius. Ad argumenta contra. Ad primum dico quod hic non sunt aliqui termini communes generationi ut mutatio est quia nichil est hic quasi aliquis modo primus sub privatione et postea sub forma generationis autem ut mutatio est terminus sunt privatio et forma generatio autem ut productio hic terminus ipsius productionis vel sicut hic terminus a quo nisi loquendo de principio productivo et sic termini generationis sunt producens et productum et ex hoc non sequitur quod aliquid sit quasi generanti et genito et hic quasi commune non quidem quasi ut materia sed ut forma vel actus in utroque. Ad argumentum post de generatione et termino patet vero quod relatio non est in substantia sicut forma in materia sed si persona est ibi relativa relatio est in essentia sicut proprietas suppositi est in natura esse autem in aliquo ut suppositum vel ratione suppositi in natura nichil infert de esse in sicut forma est in materia licet quia natura est imperfecta proprietas individualis aliquo modo informet naturam ut dictum fuit in tertio articulo solutionis in prima distinctione.

Sed obicit^r eo modo quo generacio procedit filius 2^m modum intell^m in quo est non in essencia ut in patre quia essencia ut in patre non licet per generacionem non ut in filio quia procedit filius aliquo modo et est in aliquo quia non est per se subsistens quia tunc esset persona non prima igitur 2a quia 2a persona procedit filius // Et in quo est terminus passio et eadem quo prima difficilior quia hic pro dictum quod est in essencia dicitur et tamquam in fundamento et tamquam perfectus persone in natura in qua est illa persona et utrumque sine essencialiter potencialiter essencie. Licet 2us modus est difficilior quam de relatione quia generacio passio est eadem perfectus in filiacione non alio modo concepta essencialiter. Et arguitur 3o quod ex nullius potencie active con. passiva dico quod potencie prime active non videtur aliqua potencia passiva sicut potest de potencia creandi et hoc ipse loquendo de potencia passiva ut .s. in qua ut de qua aliquid producitur. Sicut non prime potencie active correspondet aliqua potencia passiva quam ipsi vocant potenciam obedienciam que est potencia productibilis et hoc modo concedo sed pro est secundus active quod filius est productibilis sed ex hoc non sequitur aliqua potencia quod inde sicut non sequitur in creatione. Et ultimo arguitur de igne dico quod si ignis generaret de se generet generans suam formam ut formale tamen generationis non autem esset substancia sua in potencia ad formam genitam si ipse ignis esset perfectio productum tunc enim non requireret aliam causam generantem ita est in proposito quia primum principium non requirit aliud principium licet in eodem sine principio licet in alio genere.

verus sensum ad principalem // Et ad arg^m ad principale per aug. et 2a de tri. dico quod aug subdit ibidem quod aliud pater ibi substantiam et aliud persona. Dicit credo quod non est ipse persona aliqua dicitur esse de essencia absolute sed addendo ad filia personam aliquam originem bene dicitur quod aliqua persona originaliter est de substancia illius persone ita quod hic filius est de essencia divina / non est ita concedenda sed ista filius est de substancia patris quia per 2m exprimitur consubstancialitas et originacio per primum construccio in causali propositionis per primam autem notatur aliquid originans // Ad aliud dicendum quod licet aug dicat filium sine patre vi. de tri. c. 19. et doctor quidam dicat illam esse falsam tamen videtur probabilius quod quandoque relatiuum construitur cum aliquo in tali habitudine causali in qua natum est aliquid terminare illam relacionem ut correlatum tunc construitur cum illo puta ut suo correlativo. Exemplum pro construitur cum correlativo in habitudine genitivi similiter in habitudine dativi magis in habitudine ablativi 2^m quem sermonem videtur quod quandoque construitur tale relatiuum cum aliquo expresso in tali habitudine casuali illud notatur esse correlatiuum huius relatiui non enim dicimus iste natus est filius hominis quia est filius et est hominis ut dicitur ita ut hominis construitur ratione eius possessoris vel possessionis sed pro videtur sufficiens quod construatur ad huius in racione relatiui ut patris in hac in ista filius essencie videtur accipi essencia ut correlatiuum eius relatiui cum quo construitur et tunc auctoritas aug. dicit exposuit ipse exponit filius caritatis .i. filius sui dilecti et tunc ad argumentum ad arguitur ad istam de essencia sed ista

quod est eterne nego quaz quia quod
notat relacionem esse inter filium et eterni
sicut suum correlativum quod non
notat actus sed tantum notat consubstancialitatem
in essencia a deo cui non notata in illo
quod construitur cum essencia. Ad ultimum
dico quod deus non tantum notat ydemptita-
tem sed notat ydemptitatem suppositi cum actu
et hoc in racione forme et distinctionis
illius quod additur pro actuali ut prin-
cipii originalis sicut deus est patris. Ad
argumenta in oppositum ad illud secundum
responsum est. Ad illud quod maximum
patet ex dictis. Ad ultimum de filio
nominis quod est de substancia patris patet
responso ex dictis in solucione questionis
quia illud de quod pertinet ad racionem
filiacionis non dicit circumstanciam cause
materialis sed magis sufficit quod illud
de quo est filius sit forma communis
patri et filio et ita non sunt generacionis
sed tamen formalis eiusdem

Deinde queri solet etc. Circa
istam septimam distinctionem
queritur Vtrum deus pater
genuit deum filium voluntate quod sic
Ric. 6. de tri. c. 17. post aliqua trac-
tata de productione personarum dicit
velis prop hijs que diximus audire
verbum abreviatum ingenitum velle hec
de se hec conforme atque condignum idem
michi videtur quod gignere filium et tamen
genitum quia ingenitum velle habet
condilectum idem videtur quod producere spiritum
sanctum. Ex hoc arguitur sic patet velle
hec conforme est vel gignere igitur
sicut voluntate vult habet conforme
ita voluntate genuit. Preterea ex eadem
auctoritate arguo sic eodem modo concedit quod
velle ut patris se habet ad gignere sicut
velle ut est patris et filij se habet ad
spirare. sed autem spiritus sanctus spiratur

voluntate formaliter ut est patris et filij
Preterea aug. contra maximinum li. 3. c. 7 et post
c. 20. sunt li. 83 questiones pater si non genuit
filium sibi equalem aut non voluit
aut non potuit si non voluit igitur fuit
invidus ex hoc sic invidia non pertinet
nisi ad illa que voluntate subiacent
et voluntate pertinet generacionem sicut non
sum invidus si non facio te sapientem
quia non possum facere sicut in aliis
igitur pater voluntate genuit filium equalem
sibi quia 2um autem productum esset
invidus si non generaret filium equalem
Preterea 1. metaphysice c. de necessario omne involuntarium
est triste sed nichil triste est in divinis
igitur nichil involuntarium ergo filius vo-
luntate generatur. Preterea verbum est amor
et productum patet quia 2um hell nichil in-
natum sit filius principium amoris
producti est voluntas ergo. Si dicatur
quod generatur est amor quia primo con-
tra producta et idem est principium in
principio tamen formalis et originalis ge-
neracionis ipsius tamen. Contra damascenus c. 8.
generacio est opus nature et modo in libro
est ad adversus principia sicut non
per voluntas. In ista questione videntur
due difficultates una quomodo pater generat
filium volens alia quomodo similiter quod
pater non generat filium voluntate ut
principio productivo. Quantum ad primum
arguitur quod non generat volens sed tantum
necessitate naturali sicut ignis calefacit
licet actu generet iam posterius volens
patris quod in illo quod pater la... sic arguitur sic
intellectio patris aliquo modo precedit
generacionem velle patris sed intellectio patris
ut patris videtur esse generacionis ubi
vel filij vel generacionis filium filij
precedit quamcumque volicionem patris primo
est evidens ex 14. de tri. c. 10. 2a

probatur quia eiusdem potentie non
sunt duo actus quia potentie distinguuntur
per actus 2° de anima. Gignere autem
filium sive dicere verbum quod idem est
in deo est potentie intellective et
intelligere similiter. Igitur dicere est formaliter
aliquid intelligere et non nisi patris igitur
ista vero intentio multipliciter sic de ydemp-
titate intellectus et dicere et ex ipsa sequitur
quod filius sic quod pater non producit volens. Dico
primo ostendo pluralitatem minoris. 2° quod
illud quod plures sequitur. 3° videbo
ad probationem illius minoris. quod quoniam
videtur dicere illud quod plures et teneri op-
positum quod est principale in articulo
isto. De primo contra ydemptitatem
intelligere intelligere et dicere arguo
primo sic intelligere est perfectio simpliciter
dicere vero igitur non sunt formaliter idem.
Probatio minoris primo quia in quantum ad intellectum
est formaliter verbum intellectione et quan-
tum ad voluntatem volitione, non
est autem verbum nisi perfectione simpliciter
igitur probatio 2° articuli: filius et spiritus sanctus
non carent simpliciter perfecti quod non dicunt
accipiendo hoc modo dicere quia non
exprimunt verbum. 2° sic sicut in crea-
turis ratio actionis et factionis distinguuntur
formaliter quia actio est ultimus terminus
factionis autem est aliquis terminus per operationem
productus ita in divinis operatio qua
pater formaliter operatur videtur distingui
a productione qua producit et hic videtur
quia operatio habet obiectum quod presupponit
productio autem habet terminum productum per
operationem igitur intelligere quod est operatio
patris non est formaliter dicere quod est
productio filii a patre. Contra 2m quod
est confirmatio primi arguo sic sicut
in intellectu nostro habet naturaliter primam
intellectionem que non est in potentia nostra
sic voluntas nostra complacet sibi

in illa intellectione iam posita licet
proprie loquendo non eliciamus illam actionem
volentes sed etiam elicitam volumus
esse ita sequitur sic intellectu esse formaliter
dicere quia pater non gignet formaliter
volens licet patrem gignentem ipsa quasi
aliquo modo postius complacet. De 3°
ad illam probationem potentie distinguuntur
per actus dico quod actio uno
modo in creaturis accipitur pro actione de
genere actionis. Alio modo pro actu 2°
qui est qualitas absoluta sicut sepe positum
est prius. Unius igitur potentie tamen
est unus actus loquendo de isto
actu tamen ut de illo tamen unius tamen
potentie bene potest esse duplex actus
quorum unus sit actio et alius de genere
qualitatis sicut intellectus non cum
est actio de genere actionis sic gignere
verbum habet tamen alium actum de genere
qualitatis sicut illam notionem generationem ita
est in proposito intellectus divinus habet
unum actum correspondentem intellectioni
nostre que est qualitas quo sic actu
intellectu patris formaliter intelligit
habet etiam actum correspondentem actui de
genere actionis quo sic exprimit verbum
Aliter dicit quidam doctor quod intel-
lectus ut intellectus habet illum actum qui
est intelligere illum autem qui est dicere
habet iam factus in actu per intellectionem sed
hoc est probatum d. 2 ubi argutum est
quod ille actus primus qui est intel-
ligere non est ratio formalis gignendi
verbum. De quarto dico quod hoc modo pater
gignit volens quia in primo signo
originis pater intelligit formaliter
et tunc etiam pater habet actum volendi for-
maliter in 2° signo originis pater autem
gignit filium non tamen vult illam gig-
nitionem volitione sequente illam gignitionem

sed volitione habita in primo signo
originis qua pater formaliter vult
presupposito aliquo modo intellectionem qua
pater intelligit non autem generationem
verbi. Quantum ad 2m articulum videtur
quod pater non producat filium voluntate
tamquam principio productivo, quia primum
productum unius rationis in divinis
non potest habere duas productiones nulla
enim est ibi productio unius rationis nisi
unica quia adequata igitur cum spiritus
sanctus producatur per modum voluntatis
non principium productivum filii sit produ-
cere. Sed in isto articulo videtur esse
difficultas propter verba Augustini quia videtur
attribuere generationem voluntati ut
principio productivo 9 de trinitate c. 8 ver-
bum amore concipitur et c. 10 notitia
placita digne amata verbum est
et 11 de trinitate c. 2 et 11 voluntas quo-
que obiecto sensum formando adiu-
gebat formatoque iungebat sic
aciem recordantis animi ad memoriam
convertebat et in eodem voluntas qua
hac atque illac fertur et refert aciem
formandam coniungitque formatam et filia
ultra vult igitur quod voluntas habeat
rationem convertentis aciem ante generationem
et recipientis eam in actu. Ita igitur
videtur in trinitate cuius ymago est
in anima quod voluntas habeat aliquam
rationem principii respectu productionis vel
generationis vel rationem alicuius suppo-
sitionis applicantis principium proximum ad
actum sicut fit in nobis. Hoc etiam
arguitur in nobis quia si generatio verbi
esset mere naturalis nullo modo esset in potestate
voluntatis et ita semper haberemus idem
verbum de eodem obiecto formatum mediante
intellectu. Quantum ad istum articulum
et sicut aliqui distinguunt quod hic voluntate

potest teneri adverbialiter ut sit sensus volun-
tarie genuit i. voluntarie vel potest teneri
ablative et tunc notat causam sive prin-
cipium elicitivum respectu generationis
et primo modo est vera 2o modo est fal-
sa quidquid autem sit de ista distinctione
non videtur concedendum quod pater produ-
cit filium voluntate ita quod voluntas
sit principium productivum proximum
vel remotum. quod non sit proximum pro-
batum est quia principium unius rationis
non est principium nisi unius productionis.
Quod non remotum patet quia voluntas
ut est principium operativum aliquo modo
posterius operatur quam intellectus
et per quos ut est principium productivum
aliquo modo possimus producere quam in-
tellectus et ita non erit causa superio-
ritatis neque prior in productione que est per
intellectum. Propter verba autem Augustini
intelligendum est quod in nobis non
est tantum unicus actus intellectus accipien-
do actum de genere actionis quia si
esset tantum unicus actus intellectus ist-
[illegible] ille et iste et ille esset
idem voluntas nullam causalitatem
haberet neque respectu actus intellectus
qui est de genere qualitatis neque respectu
actus generandi qui est de genere
actionis. In divinis igitur cum non sit nisi
unicus actus intellectus respectu illius actus
voluntas patris non habet aliquam
rationem principii vel cause cum enim non
sit nisi unicus actus dicendi respectu illius
voluntas non habet aliquam rationem
principii productivi quia voluntas sicut
in operando etiam et in principiando se-
quitur aliquo modo intellectum actus [illegible]
precedit omnem principiationem volunta-
tis potest tamen voluntas ut compla-
cens non ut principians haber(e)

actu respectu illius gignibilis
ex hoc quod voluntas ut operans in pa-
tre non presupponit gignitiuam sed tan-
tum intellectionem illam qua pater for-
maliter intelligit. In nobis autem
vero sunt antecedentes aliquid quia voluntas
monet aciem ad actum cognoscendi
et tenet eam in cognitione quo posito
primo actu mentis sive de genere qualitatis
sive de genere actionis possumus habere
alios actus posteriores ex imperio
voluntatis. In patre autem voluntas
non admonet intellectualem patris in-
formandam a memoria patris quia in pa-
tre non est nisi unica intellectio for-
maliter que precedit aliquo modo pro-
ductionem verbi nec admonet memo-
riam ipsi obiecto ut gignatur verbum.
Contra hic arguitur quia ad non tantum
intelligatur in nobis sed etiam in deo
quia nunquam videtur assignare actum voluntati
ut est trinitas per ymaginis nisi illud
qui est congruentie parentie ad plene et
hoc modo habet compalitatem aliquam
respectu cognitionis plus. Igitur per
istam ut est per ymaginis nichil re-
putabitur in persona nisi voluntas
divina aliquo se habeat congrue. Ratio
et si frequenter assignetur voluntati
actum illum ut est per ymaginis cum
aliquem assignat sibi alium scilicet volunta-
tem quandam quod est obiectum memorie
et intelligentie sicut apparet 14 de trinitate
c. 20 ubi primo inquit sempiterna et im-
mutabilis quia natura recoli conspici et con-
cupisci que civitas posita est super
distinctione 3a questione ultima ibi enim
expresse ponit trinitatem in memoria
intelligentia et voluntate ut habent actum
circa idem obiectum scilicet trinitatem increatam.
Item h. 15 c. 8 ponit trinitatem in

mente inquantum meminit sui et intel-
ligit se et diligit se. Utrumque est
actum similiter tangit 14 de trinitate c. 3 mens
et notitia qua se novit et amor quo
se suamque notitiam diligit et bene con-
currit isti duo actus in voluntate
nostra quia ipse amans obiectum amat
etiam notitiam eiusdem obiecti et ex
amore obiecti monet intelligentiam ad
intelligendum illud copulans ipsam
memorie de qua ipsa formatur et tenens
eam in tali conversione et per hoc in actu-
ali intellectione verbi concepti. Istorum autem
duorum actuum voluntatis in nobis prior
est ille qui est dilectio obiecti quia ille causa
est quare dilectionis actus cum alius scilicet
dilectio actus est liber quia etiam
respectu obiecti mali diligimus actum
cognoscendi licet non obiectum sicut dicit
aug. 9 de trinitate diffinitio intemperantiam et
hoc est verbum eius placet michi dif-
finitio licet non placeat michi inco-
tinentia voluntas igitur in nobis ut
est per ymaginis reputat volunta-
tem in deo non quantum ad istum secundum actum
comprehendi qui est voluntatis mee sed quantum
ad alium actum inquantum scilicet voluntas mea
est principium producendi actum circa idem
obiectum quod fuit memorie et intellec-
tui cum in divinis est voluntas principium
producendi amorem adequatum essentie
divine que est obiectum primum memorie
divine intelligentie et voluntatis. Et ille
amor productus est spiritus sanctus cui cor-
respondet in nobis dilectio producta que
dilectio frequenter ab aliquibus vocatur voluntas
sed voluntas proprie in nobis que est potentia
non correspondet spiritui sancto sed inspiratione que
est in patre et filio et 2a hic 2a illud
actum quo voluntas in nobis habet
producere amorem obiecti intellecti non autem

primo in quantum sic habet producere amorem
notitie genite / nullo autem modo in-
quantum est principium superior notitie genite
Dicitur quidem vis spirativa est principium
productivum sicut in divinis qui est amor
essentie divine et notitie genite licet
forte secundum aliquem ordinem / sed vis illa
spirativa non est aliquo modo principium
productivum notitie genite quia et si
pater in primo signo originis sit vo-
lens et in secundo generat tamen voluntas
patris non habet rationem principii respectu
illius generationis ubi sit igitur patet
quod pater volens generat et tamen non vo-
luntate ut principio elicitivo formaliter
generationis. Tunc quantum ad intentionem augustini
de intentione copulante patentem tamen
ipse dicit quidam doctor quod illa in-
tentio copulans loquendo respectu
actus sentiendi est inclinatio sita
in potentia per speciem sensibilem unde
quamque que ponit doctor ille scilicet obiecti
sensibilem speciem inclinationem statim impo-
tentia sensitiva ipsam potentiam et actum
probat per augustinum xi de trinitate c. 2 ubi augustinus enu-
merat intentionem inter ea que re-
quiruntur ad actum sensitivum sensibilis in quo
detinet oculorum animi intentio etc
augustinus iste quod eum detinet sensum non
est nisi illa excitatio sive inclinatio
vocat autem ipsam augustinus secundum eum intentionem
animi ... quia per ipsam sit sensus in-
tentus ad proprium obiectum. Sed istud
non est ibi ad intentionem augustini quia ibidem
distinguens ea ab invicem dicit de
intentione quod tantum solius animi
est igitur secundum eum illa intentio que
est tantum non est illa excitatio vel incli-
natio per speciem set illud tantum attri-
buit voluntati de qua dicit in fine
quod voluntas huc atque illuc fert acie

et quod non est verum de inclinatione sed
tantummodo de voluntate et potentia anime
Ad argumentum primum principale
cum dicitur Ric. Hermichi videtur et dico
quod hoc non videtur augustinus sed quod velle pa-
tris sit formaliter gignere quia augustinus
xv de trinitate c. ... quod sicut procedit quan-
dam modo non quomodo natus i. per modum
voluntatis libere non autem per modum na-
ture et ideo oportet exponere Ric. quod intel-
ligit concomitanter. Ad secundum dico quod invi-
dia non est tantum in subtrahendo illa
bona que potest communicari actu volun-
tarie etc sed quecumque volens potest communi-
care et non communicat potest autem volens
generat non tamen ut principio elicitivo
vel productivo ut dictum est et ideo tenet
argumentum augustini de invidia. Ad tertium dico
quod ibi nichil est involuntarium et ideo
generatio filii non est involuntaria concomitanter
sed non sequitur ultra igitur est voluntate
ut principio elicitivo. Multa enim
facimus sine voluntate precedente
sine voluntate concomitante quorum principium
immediatum non est voluntas

Item solet a quibusdam queri etc

Circa istam distinctionem sep-
tima queritur utrum in deo po-
tentia generandi in patre sit aliquid
absolutum vel respectus patris quod respectus
probatur augustinus v de trinitate c. 6 eo pater est quo
est ei filius igitur pater est eo quo ge-
nerat probatio quia generatio est ei
filius sed pater paternitate est pater igitur
paternitate generat. Preterea actus relativus
est a relativa forma agentis sed generare
est relativus actus patris igitur principium relativum
tamen quia forma relativa dat esse et
et agere cum sicut forma generis
quia causa et effectus conveniunt

sibi inquire vlis vli et particularis
particulari 2 phi. et 7 me^te. c. de ea
// P^o medium est eiusdem generis cum ex-
tremo sed supposita sunt relativa
igitur illud quo suppositum agit quod
est medium inter ea et relatum // P^o
potentia est eiusdem generis cum actu
primo in divinis sunt idem sed actus
generandi est relatio igitur et principium erit
relatio vel relatum // Contra. commu-
nicatio est opus nature sed non est
opus nature ut generativum quia non
non generatur igitur est opus nature
ut principii generandi // P^o Boecius de
tri. c. 4 ex virtute nature in eadem
natura nativitate subsistit filius
P^o pr. 2^m ingenitum in littera non est
potens nisi natura et loquitur de
potentia generandi ergo // Hic est opinio
talis quod id quo pater generat est es-
sentia quia generans assimilat sibi
genitum in forma qua agit filius
assimilatur patri in essentia non in proprietate
ergo. Et declaratur quia sicut in crea-
turis proprietates individuales non sunt ratio
generandi sed natura in qua indivi-
dua conveniunt ita in divinis proprietates
personales que correspondent proprietati-
bus individualibus in creaturis non
erunt rationes agendi vel generandi
Contra hoc arguitur multipliciter. Primo
sic omnis forma sufficiens elicitiva
alicuius actionis si per se est per se agit
illa actione exemplum si calor esset suffi-
ciens causa calefaciendi calor separa-
tus calefaceret si posset esse separatus
igitur si divinitas sit potentia generativa
et constat quod sufficiens sequitur
quod si divinitas sit per se per se generabit
divinitas autem prius aliquo modo est
nisi qua intelligatur esse in persona
quia divinitas ut divinitas est per se

essentia ita quod tres persone ipsa di-
vinitate per se sunt non equivoce A. de tri-
n. 8 a se subsistit deus et ita hic est
deo esse quod subsistere igitur in isto
primo signo nature in quo intelligitur
divinitas antequam intelligatur esse in
persona generabit et ita divinitas sit quod da-
ta distinguetur a genito // Si dicatur quod
divinitas non habet per se essentie nisi in per-
sona et ideo non per se agit // Contra arguitur
probat oppositum quia si calor haberet
per se esse per separationem et per miraculum
esset per se possit per se operari illa operatione
cuius est principium quo igitur ipsa essentia
que est per se esse ex se non autem per par-
ticipationem per se esse poterit per se esse agens
illa actione cuius est principium eli-
citivum in supposito et ita sunt [illegible]
// 2° sic producentis et forme qua produ-
citur eadem est ratio ad productum hoc accipitur
7 phi. et 7 me^te ubi vult quod ad idem
genus cause pertinet ars et edificator
igitur ad idem genus principii pertinet pro-
ducens et illud quo producit et ita si
essentia sit qua pater generat essentia ha-
bebit rationem relationis ad genitum hoc
est filium ergo // Tertio sic forma [illegible]
est qua assimilatur generans et genitum
non habet unitatem nisi rationis igitur nec
unitatem nisi rationis igitur 2^m hoc
non est principium elicitivum actionis
realis // Quarto forma non est prin-
cipium agendi nisi inquantum agens
est in actu per eam non est autem in actu
per eam nisi inquantum est in ipso vel autem
est in ipso est hic igitur vel hic est principium
// Quinto productio per prius est distinctiva
quam assimilativa quod patet quia omnis productio
est distinctiva non autem omnis as-
similativa igitur forma que est principium
productionis per prius est principium eius
ut est distinctiva quam ut est

assimilativa est autem distinctiva ut est hic assimilativa ut forma igitur prius est principium productivum inquantum hic quam inquantum forma. Item instantia contra probationem argumenti primi nam quia brutum generans brutum assimilatur ei in specie et tamen forma specifica bruti non est principium generandi sed potentia generativa igitur maior videtur falsa nam quia in augmentatione caloris calor est principium activum secundum philosophum 2o de anima et non generatur caro animata filiis generantis informa negative. Aliud dubium quod generatio in divinis est dare aliquod principium positivum quia actio est positivum non sit autem passiva in personis divinis nisi essentia et relatio relatio autem non potest esse principium illius productionis quia relatio non est principium nec terminus motus 5 physicorum igitur essentia sed essentia per se considerata est indeterminata ad plures personas et ad actiones plurium personarum igitur ad hoc quod ipsa sit principium determinate actionis oportet quod determinetur determinatur autem ratione et ideo relatio ponitur principium non electivum sed determinativum. Ad hoc adducitur confirmatio ex natura ubi eadem forma dat actum primum et secundum sed determinatur ad hunc et illud ex diversis respectibus quia ad primum determinatur ex respectu ad subiectum ad secundum ex respectu ad obiectum.

Contra indeterminatione quedam est potentie passive et quedam potentie active ulterius ad plures effectus exemplum sol est indeterminatus ad producendum multa animalia non quod aliquam formam recipiat ut agat sed quia habet virtutem productivam ulteriorem quod autem est indeterminatum indeterminatione materie oportet quod recipiat formam ad hoc quod agat quia non est in actu sufficienter ad agendum sed indeterminatum indeterminatione potentie vero active est ex se sufficienter determinatum ad producendum quecumque illorum effectuum et hoc si passum sit dispositum sive approximatum ubi passum requiritur ut ex se ipso ubi non requiritur. Praeterea si tale activum esset de se determinatum ad unum effectum posset de se sufficienter producere illud sed si esset indeterminatum ad hoc et illud ex tali ulteriori nulla tolleretur perfectio talitatis eius respectu talis effectus sed tantum addetur talitas respectu alterius igitur potest producere istud sicut si tantum esset istius et tamen non requiritur aliquod determinans. Ad propositum essentia divina est principium determinatum indeterminatione materie igitur sine determinatione alterius quam principii activi erit simpliciter determinata determinatione que requiritur ad agendum quod non requiritur aliquid aliud.

Confirmatur quia talis indeterminatio activi licet non sit ad disparata non est tamen ad contradictoria sed determinate ad alteram partem contradictionis respectu cuiuslibet istorum disparatorum nulla autem indeterminatio prohibet ex se determinate agere nisi aliquo esset ad contradictoria ut ad agere et non agere. Praeterea 2o quando aliquod principium activum est indeterminatum ad duos effectus non ex equo sed secundum ordinem naturalem ex se sufficienter determinatum est ad primum istorum et posito illo ad secundum essentia autem divina non est determinata ad istas duas productiones ex equo sed prius se habet ad generationem igitur ex se est sufficienter determinata ad utramque primo secundum ordinem originis ad primam et illa posita ad secundam et in nullo signo originis est indeterminata

ad utramque quia tunc elicienda
Ad 3m relatio est ad suppositum agentis
igitur si est indeterminativa principii quo
habebit duplicem rationem principii re-
spectu actionis unam inquantum est ad agentem
et aliam inquantum est determinativa
principii agendi et ipsa mediabit inter
se ipsam et actionem. Ad quartum natura
ut non ponitur principium elicitivum istius
actionis ipsa autem ut natura non est
determinabilis secundum Damascenum c. 40 proprieta-
tes determinant ypostases non naturam
ut natura igitur nullum est principium
determinativum quo ut est principium quo
sed tantum principii agentis. Ad relatio
secundum istum differt a fundamento solum ratione
igitur non potest esse principium determinativum
ad actum realem aliquo modo distinctum
ab essentia quia nichil confert ad
rationem alicuius principii respectu actio-
nis realis nisi realiter. Ad quod dicitur
de relatione determinativa in creaturis
videtur esse simile quia calor ex se non habet
per aliquem respectum medium et funda-
mentum huius respectus potentie ca-
lefactive non oportet etiam quod determinatio ad
actum primum et secundum fiat per respectus quia
eadem forma dat actum primum et secundum
et non per respectus alios etiam est principium
agendi non autem respectivum. Ad
quaestionem igitur dico distinguendo primo
de potentia dico quod uno modo dicitur potentia
logica que dicit modum compositionis facte
ab intellectu et ista non dicit nisi non repug-
nantiam extremorum de qua dicit philosophus
5 metaphysice c. de potentia illud est possibile
cuius contrarium non est de necessitate verum et
secundum hoc modo queritur de potentia in
divinis dico quod ipsa est possibilis
comparando generationem ad quemcumque actum
non repugnantem generationi et tunc

potentia vel possibilitas est prius vel
dei ad hoc predicatum quod est generare
quia isti termini non repugnant, impossibi-
litas autem est quod filius et spiritus sanctus ge-
neret quia isti termini repugnant. Et
si queritur quid est potentia generandi
in divinis hoc modo non oportet dare aliquod
principium quo aliquis sit potens genera-
re, sufficit enim sola non repugnantia
terminorum sicut ante mundi creationem
mundus non solum non fuisset sed per im-
possibile non fuisset deus et incepis-
set a se esse et tunc fuisset potens creare
mundum. Si ante mundum fuisset intel-
lectus componens hanc mundus erit hec
fuisset possibilis quia termini non repug-
narent non tamen propter aliquod principium
mere possibile vel activum sibi correspondens
nec etiam modo ista mundus erit fuit pos-
sibilis formaliter loquendo potentia
dei sed potentia que causat non repugnantiam
istorum extremorum quia termini non re-
pugnarent licet istam non repugnan-
tiam non causaret potentia activa
respectu huius possibilis. Alio modo
dicitur potentia divisa contra actum et hec
non est in deo potentia realis que
dicitur principium agendi vel patiendi vel
proximum fundamentum relationis quia hoc
nomen potentia non est abstractum ultima
abstractione sed est concretum concretione ad
fundamentum licet non concretione ad subiectum de
qua metaphysici abstractione in divinis
relativis dictum est supra d. 5 q. 1. Hic
autem queritur tantum de potentia agendi.
Et tunc distinguo quod hoc nomen po-
tentia potest sumi pro eo quod per se significat
vel pro eo quod denotat quod est
proximum fundamentum talis relationis acci-
piendo primo modo dico quod potentia significat

relacionem sicut potencialitas sive
principacio et hoc modo quo non habet
difficultatem quia potencia generandi in divinis
dicit essencialiter relacionem. 2° modo est dif-
ficultas quaerendo quid sit illud quod
est fundamentum proximum relacionis et tunc
loquendo semper proprie de potencia activa
sive productiva de qua est modo sermo
distinguo ulterius quod potencia denomina-
tive sumpta aliquando sumitur pro suo fun-
damento proprie aliquando autem pro illo cum
omnibus aliis que concurrunt ad hoc
ut possit elicere actum que scilicet requiruntur
ad racionem potencie propinque cuiusmodi
sunt in creaturis approximacio passi
et amocio impedimenti et ista distinctio
ultima potencie accipitur a philosopho 9
metaphysice nam diffinicio potencie active
quam ponit 5 et 9 metaphysice est potencie
sumpte primo modo huius dicti potenciam
autem 2° modo sumptam exprimit ipse
manifeste 9 metaphysice c. 3 quando inquid
possibile et quomodo et quando et quecumque
alia necesse est adesse in diffinicione
et subdit tales potencias scilicet irracionales
necesse est ut possint quando activum et
passivum approximant hoc quidem
facere hoc quidem pati. Et si obicitur
contra eum quod iste potencie irraciona-
les possunt impediri hoc excludendo
dicit nullo modo exterius prohibente ad-
iungere nichil ad hoc oportet potencia enim
hec ut est potencia faciendi est autem
non omnino sed habentium aliquo modo in quibus
excluduntur que exterius prohibent
removent enim hec eorum que in deter-
minacione apponimus quedam vult dicere
quod quedam particula ad diffinicionem potencie
active et possibilis excludunt impe-
dimentum igitur potencia activa
2° modo accipitur ibi pro potencia cum omnibus

concurrentibus ad possibilitatem vel
potenciam propinquam agendi. Loquen-
do tunc de potencia id est de fundamento pro-
ximo ipsius relacionis proprie sumpto dico
quod potencia generandi prius non est relacio
sed aliquid absolutum. Et non relacio. Probo quia
omnis relacio videtur eque naturaliter
respicere suum proprium correlativum igitur
relacio spiracionis eque naturaliter respi-
cit correlativum sicut relacio generacionis
in divinis autem non distinguuntur produc-
ciones per modum nature et voluntatis
nisi quia principium quo producens
producit aliter se habet ad productionem et
productum quia hoc naturaliter hoc autem
libere igitur non essent tunc due produc-
ciones formaliter distincte per modum
nature et voluntatis si relaciones es-
sent principia quo istarum produccionum.
2° quia tunc eadem relacio esset prin-
cipium respectu sui ipsius quod in proposito
est nisi unica relacio ad filium et
illa proprie est quo respectu generacionis que
est eadem relacio licet aliter nominata.
3° quia tunc paternitas esset simpliciter
perfectior filiacione quod probo dupliciter
primo quia illud quod producens pro-
ducit et non est eiusdem racionis cum for-
ma producti continet eam virtualiter et est
perfectior ea igitur si paternitas est
quo pater agit et non est eiusdem racio-
nis cum filiacione continet filiacionem vir-
tualiter et est perfectior ea. 2° quia
filiacio non dat filio quod agat nichil
enim nec ad intra nec ad extra produ-
cit filius filiacione igitur si pater pater-
nitate agit formaliter paternitas est
aliquid perfectius filiacione. Et sic
aliquid absolutum probo sic quod est perfectionis
in principio productivo non tollitur
ab aliquo nisi principii productivi

si quale se in ydemptitate inali et
adequata gratione sibi ponit p fcoz
in pncipio pductiuo igr licz no tollit
rationem pncipii pductiui ab aliquo
si si deus p impossibile generaret
aliu z ille alius tantu deitas poneret
pncipiu pductiuu huius g'ationis
z no relatio. tuc aute ditas non
generet se in aliquo ydemptitate inali
nec generatione adequata sibi in ro
ne pncipii pductiui qr deitas poss
ee pncipiu alterius g'ationis puta
facte p impossibile. tmo dico tuc igr
no ditas generet in ydemptitate ina
li z generatione adequata sibi ita
q dicitur no pt ee alia generatio inio
cumplete rationis tn ista sequitur q mt
to magis tuc poneret ee abstra pncipii
pductiuu qua tuc poneret. Breuiter
formatur sic no si forma generaret
no eadem inio nec productione ade-
quata ipa poneret pncipiu generandi
i si inio pfectius generet ipa ul
aliquid pfectius erit pncipiu generandi
isto ino Exemplum si calor in igne gene-
ret se eundem inio ligno z generatione
adequata ita q ille calor no poss
ee pncipiu alterius calefactionis no
negaret calore ignis ee pncipium
pductiuu caloris in ligno tn no
defco calor ponat ee pncipiu illius
z hoc e duplici impfectione opposita
duplici pfectioni hic suppositae quia
nuc est ibi diuersitas caloris gnati
z generatio no adequata tuc aute
ee ydemptitas caloris z generatio
adequata z illa ypo si frangere ligni
no posset calefacere calore. no enim
se quia accipit calore calefactione
que est ab hoc calore z tuc fms ha-
bet calorem qua habet calorem

nec aliud quia ista calefactio lig
ni ponit adequata tali calori in
rone pncipii actiui Contra intelligendu
est in pposito q illud quod poneret
ee pncipiu g'ationis si generatio eet
in diuersitate inali z no adequata
debz inio poni pncipiu cum generatio
sit eiusdem z adequata pncipio
pductiuo. 2o pbo idem qd abstractum est
formalis terminus generationis igr aliquo
abstractum est ro formalis qua agens
agit Aius pbatio est distinctioe y.
q. 2a. Prima rone contra puta opioz
quez pbo quia impossibile est agens
generare terminum formalem pductionis
nisi agat forma eque pfecta si uni
uoce ul pfectiori si equiuoce In di
uinis aute nichil est pfectius abstracto
qr abstractum est formaliter infinitum ro
aute no quo. Contra rationem instat qr
genera no ualet in generatione uniuoca
h aute pbatur ee equiuoca. tm ego
pte pfectionis nec ex productionibus nec
ex rone de spe. Prima via sic
prinitas z filiatio differunt spe igr
z psone constitute p eas Aius pbatur
quia differunt 2m quiditatem talis
est dra specifica tn quia sic pinitas
d. aute actus z forme est specifica
qua pbatur primo qr no maior distinctio
distinctio est in pncipiis quam in pn
cipiatis 2o quia eade est dra for
malium constituentium z constitutorum 3o
quia eade est dra eorum 2m que
aliqua se differunt z ipsorum dif
ferentium. 4o quia relationes sicut ide
centie diuine sicut psone igr pptr
ipsud no negabitur dra specifica psonaz
sicut nec relationum. 2a uia de p
ductionibus arguitur sic pductiones
differunt spe igr et pducta

alius patet quia in divinis non est productio nisi unica unius rationis, quia primo tum quia aliter non esset proportio productionum ad producta, tum quia productores sunt eiusdem rationis cum productis, tum tertio quia potentia alterius rationis requirit obiecta alterius rationis; igitur si producerent sua obiecta producerent ea alterius rationis; igitur sicut voluntas et intellectus praesupponunt bonum et verum formaliter distincta, ita producent terminos formaliter distinctos vel erunt quidem non sic distincti producti. Tertia via arguitur sic: differentia specifica videtur esse perfectior quam differentia individualis, quod probatur quia distinctio specierum est de per se perfectione universi, non autem distinctio individuorum; igitur differentia specifica, sicut perfectior, videtur ponenda esse in divinis. Ad ista sunt quibus ponitur aequivocatio sive univocatio, quia in generatione aequivoca oportet principium productivum esse perfectius forma terminante; nihil autem est in divinis perfectius absolute et simpliciter; nulla relatio est perfectior absolute simpliciter; etiam videtur quod relatio virtualiter contineat essentiam divinam. Quaeritur tamen ad quam inducuntur istae rationes, scilicet de generatione aequivoca videtur esse plana quia tunc in principio termino generationis si in producto conveniant duo, scilicet natura et relatio propria ipsius producti quae est hic, aut generatio dicitur aequivoca vel univoca a termino formali generationis aut a formali proprio ipsius suppositi producto. Si primo modo, tunc natura quae est formalis terminus utriusque productionis sit eadem in producente et producto, sequitur univocatio quia similitudo perfectissima et vera, scilicet eadem naturaliter, quod non convenit in creaturis. Si secundo modo, igitur nulla generatio est univoca quia nullus genitus assimilatur in sua forma individuali generanti. Hic etiam arguitur alio modo et est quasi idem, quia generatio

est distinctiva et assimilativa; comparatio perfectior autem non est in eo quod sit assimilativa quam distinctiva, quod patet quia sic est a forma sub ratione formae, non autem sub ratione qua haec, et non forma individuali. Si autem perfectius est in generatione ipsam esse assimilativam, igitur secundum hoc dicetur aequivoca vel univoca; secundum dicetur talis vel talis in quantum est distinctiva, quaelibet esset aequivoca quia quaelibet distinguit, et sic imperfectior non in generatione quae convenit imperfectissimae generationi; igitur per hoc non distinguitur aequivoca ab univoca, ad iuncendo igitur cum generatio sit assimilativa quatenus eadem natura communicatur, sit autem distinctiva quatenus generans distinctum a genito distincto, sequitur quod penes naturam communicatam et genitam sit univocatio et non penes distinctionem generantis et geniti. Tertio applicatur ad propositum quia si illae differentiae individuales quae sunt primo diversae constituunt producta non primo diversa sed in natura quae est ibi univoca propter similitudinem in natura. Si concedatur individuales esse species alterius generis, ad hoc tamen constituerent distincta tantum differentia quanta esset eorum in se, quae quia tunc differentiae individuales constituerent primo diversa quod est falsum; quod autem non constituta non sint primo diversa hoc est propter naturam in qua individua conveniunt; ita etiam tunc convenirent in eadem natura haec differentia constitutiva essent species alterius generis, igitur tunc constituta essent eiusdem speciei primo modo. Ad argumenta ad primum dicitur quod non est ibi proprie species neque differentia specifica nec genus, sed bene concedo quod paternitas et filiatio sunt relationes alterius speciei et alterius relationis quia sunt oppositae et non tamen fundare sup

bonitate sicut filii deo et equalitas
magis etiam distinguitur paternitas
a filiatione quam paternitas a pater-
nitate sed non infertur ergo constituta sunt
sub alterius speciei negatur quantum et propter
probationem que intelligendum est
quod aliqua dicuntur quandoque magis distin-
gui propter minorem eorum convenientiam
in aliquo genere quandoque propter maiorem re-
pugnantiam vel impossibilitatem eorum
sicut contraria ut album et nigrum dicuntur
magis distingui quam disparata ut
dulce et album sed hoc modo non est propositum
dictum aliqua magis distingui propter hoc
quod distinguuntur que minus conveni-
unt in aliquo genere et ita plus dis-
tinguuntur distincta generalissimo genere
quam contraria que sunt eiusdem generis
licet contraria magis repugnent tamen
ulterius quantum est distinctio vel repugnan-
tia constitutivorum vel formaliter distin-
guentium tanta est et constitutorum quia
si album et nigrum sunt incompossibilia
et constituta per ipsa sunt incompossibilia
et ita est in proposito quanta est incom-
possibilitas paternitatis et filiationis
propter quam paternitas non est filiatio
tanta est patris et filii ita quod pater
non est filius Sed secundo modo accipiendo
inequalem distinguentia conveniunt non
quantum illa que distinguuntur per ipsa
sicut patet distinguendo per omnia disting-
uentia de eadem specie non includunt
genus in quo conveniunt species autem
distincte per illas sunt et ratio est quia dis-
tinctiva presupponunt aliquid in ipsis
distinctis quod ipsa distincta non
includunt in intellectu suo et quia distinc-
ta per ipsa includunt illud ideo conveniunt
in eo et distinctiva non conveniunt in illo
Per hoc patet ad argumentum et probationes
eius de principiis et princi-
piatis dico quod maior distinctio vel

non convenientia sit etiam in principiatis
convenientia potest esse principiorum quam
principiatorum sicut differentie speciei que sunt principia
specierum non conveniunt in genere in quo
tamen conveniunt ipse species ita etiam de
differentiis individualibus et individuis
respectu unius speciei Et idem patet ad
illud de formalibus constitutivis et consti-
tutis et de per se distinctis per ipsa
in omnibus enim est verum quod quanta
est distinctio formarum constituentium
tanta est et dictorum constitutorum Sed ad hoc
ponendo argumentum quia relationes
iste in proposito sunt subsistentes igitur
tantum dictarum hic inquantum sunt subsis-
tentes quantum hic in omnibus propriis
subsistentes autem sunt persone sed tantum
dictarum hic persone quantum hic relatio-
nes Et preter hoc persone differunt
aliqua differentia et non nisi illa que est
relatio quia nullam aliam habent
illa autem que est relationum est quasi
differentia speciei igitur et ista est specie et natura
Ad primum horum dico quod licet rela-
tiones sint subsistentes non persone
non tamen includunt ipsas relationes
sed etiam ipsam naturam in aliquo igitur for-
maliter conveniunt persone in quo non
conveniunt relationes et ideo non est hic
tanta distinctio vel non convenientia quan-
ta est ibi Ad secundum dico quod non sequitur
persone distinguuntur per se aliquibus et
illa distinguuntur specie igitur persone sic
sicut nec de differentiis individua-
libus respectu individuorum et am-
bas sed nulla est differentia distinctorum
est eorum non sit illa distinguentium vel
aliqua alia Dico quod per illa dis-
tinguentia potest esse aliqua distinctio
distinctorum alia a dicta distinguentium inter
se et minor sicut per differentias individuales
est aliqua distinctio individuorum alia
quam sit ipsarum differentiarum quia differentie sunt primo

dicere sed distincta non sed sunt distincta
plura unum in eadem specie ita etiam in proposito
per relationes distinctas specie vel quasi
genere quibus non inquantum distinctae
accidit distingui specie possunt aliqua
distingui personaliter tamen in eadem specie
vel natura. Ad 2am rationem de productio-
nibus nego quia quia licet ex perfec-
tione istius naturae possint esse aliqua
principia alterius rationis contraria tamen
ipsius essentiae quod non convenit in aliqua
natura imperfecta et propter distinctionem istorum
principiorum formalium productiones possunt
esse alterius rationis et tamen producta unius
rationis propter unitatem termini formalis
sicut nunc quaeritur. Cum autem probatur illa
quia prima per proportionem dico quod proportio
illa productionis ad terminum formalem
est quod per ipsam quaeritur terminus formalis
sed non requiritur talis proportio quod productio
sit unius rationis si terminus formalis est
unius rationis quia productiones possunt
distingui per rationes suas aliter quam
ex terminis suis formalibus sicut licet
ex suis principiis formalibus exemplum
quoniam eadem forma potest acquiri
mutationibus alterius rationis sicut idem
ubi per motum localem super magnitudinem
rectam et circularem qui motus ita sunt
alterius rationis quod non sunt comparabiles
secundum philosophum 7 physicorum ita esset si eadem sa-
nitas posset immediate induci ab arte
et immediate a natura. Cum probatur eadem
quia 2o probat quod productiones sunt
eiusdem rationis cum productis dico quod
quo ad hoc sunt eiusdem rationis quia
sicut productiones sunt eiusdem rationis
ita et producta sunt relativa sed pro-
ducta sunt subsistentia in illa natura ideo
producta possunt habere aliquam unitatem
in natura formaliter eis convenientem praeter
productiones. Ad illud de distinctione

potentiarum et contrariarum [?] distinctorum principiorum
Respondeo dico 2a q. e. [?] licet in divinis sunt tan-
tum duae productiones. Ad 3am rationem de
perfectione divinae speciei dico dico quod non est
perfectior divina species in divinis independenter
specie sed in creaturis est perfectionis poten-
tiae licet naturae creaturarum non potest esse
tota perfectio in creatura absque diversitate spe-
ciei ad perfectionem supplendam quia in creaturis igitur
diversitas speciei est perfectio supplens imper-
fectionem. In divinis autem ubi est una
natura simpliciter perfecta non oportet ponere ta-
lem perfectionem supplentem imperfectionem
quia ibi nulla est imperfectio supplenda
exemplum quod in creaturis est perfectio sup-
plens imperfectionem supplentem imperfectionem
aliquam quae sit ibi vel in aliquo contrario.
Ad formam autem rationis quae de po-
tentia generativa. Respondeo gerundium constructum
cum potentia vel cum aliquo activo
notat actum ut egredientem ab eodem
supposito cui attribuitur potentia sed sicut est
de scientia et voluntate quae constructae cum
gerundivo notant actum ut egredi-
entem ab illo supposito cui attribuitur
scientia vel voluntas propter quod non ita
conceditur iste filius habet scientiam vel volun-
tatem generandi sicut conceditur quod filius scit quod
pater et vult eam immo videtur ille
pater negandae sicut iste scit generare quod
vult generare quia idem videtur esse velle
agere et habere voluntatem agendi sed non
idem istis videtur esse velle actionem
quia licet non includit eam ut actio
voluntatis quod alias videtur sufficere.
Ad argumenta primo ad principalia
ad a[?] dico quod intelligit eo formaliter
non eo fundamentaliter seu realiter exemplum
dicimus quod paries est similis similitudine formaliter
sed dicitur similis albedine fundamentaliter
vel realiter ita in proposito pater [?] generat ge-
neratione formaliter sed licet immo non generat [?]

quo quantum secundum quantitatem quo genito elicitur
ut principio formali elicitivo quod
sit fundamentum proximum ipsius relationis
intendit igitur ad quod est prin-
cipium quo est ei filius, vel illa notione qua est
quo pater non dicitur ad se pater secundum ad filium
non intelligit ibi quo pater sit prius ge-
neret ut principio formali elicitivo
generationis sicut patet ibi ex littera sua. Ad
2m dico quod potest intelligi de unitate generis
formae una quae est universalis quae est per
redemptionem ad multa in forma quorum
quodlibet est ipsum sicut universale generatur
... quae est ad multa quorum
quodlibet est ipsa secundum non est ipsum sicut
forma quantitatis ... sicut dictum est pri-
mus de duplici quantitate formae
... 2a quae est dico igitur quod a forma
... primo non est operatio quia quia
si forma aliquam in qua ut in universali
acceptam consequitur aliqua operatio in
universali qualibet formam singularem sub
illa consequitur operatio singularis cuiuslibet
... nisi aliqua forma singularis
sit imperfecta. Si autem loquamur de
2a quantitate quae est formae respectu prin-
cipii operationum ipsam dico quod non oportet quod
forma quae sit principium operatio-
nis quantitatis secundum etiam est perfectae et maxime
quod licet a pluribus supposito 2m or-
dine ita quod ... ab a° et hoc
quantitate adequatam sicut fuit de-
clarandum in exemplo adducto in prima ratione ad
partem affirmativam solutionis. Ad pro-
positum igitur dico quod maior est falsa ... operatio
... est a forma perfecta loquendo de ap-
paritione 2o modo qualis apparitio ut
... non alia potest intelligi in proposito
et ... quia perfecta forma igitur
quae dat esse dat autem ... quantitatem
... sunt formae dantes esse quae
non sunt activae et quae nullo modo dicunt
actum 2m et talis est privatio sicut et

filiatio. Ad autem sunt vero quare quaedam
formae sunt activae et quaedam non difficile
est assignare rationem quod quia aliquae
formae substantiales sunt activae et aliquae
non et similiter de qualitatibus et tamen
plus conveniunt in conceptu quod qualitates
et qualitates quia qualitates et substantiae
similiter aliquae formae substantiales imperfec-
tiores sunt activae sicut elementa et perfec-
tiores non sunt activae sicut mixtorum
ut lapidis et aliorum inanimatorum aliqua
etiam mixtorum et perfectiorum sunt activae
sicut animatorum aliquae autem perfectiores
non sunt communicativae sui sicut formae
corporum celestium et angelicae non videtur
igitur vero quod quare aliquae formae
sunt activae et aliquae non in speciali
etiam non videtur alia ratio quare calor
est calefactivus nisi quia calor est
calor et ita videtur quod ista sit ...
calor est calor efficiens ita etiam
videtur quod omnes formae de quibus quantitas
et omnes rationes de quibus est modo
primo non sunt activae et de omnibus ta-
libus non valet si dant actum primum
ergo dant actum 2m. Cum probatur 2o
quia per philosophum 2 physicorum et 4 metaphysicae dicendum
quod loquitur de universali et particulari loquendo
primo de quo non autem 2o modo potest
eadem forma uno et quibus participantibus
cum ista eius quantitas non est in creatura
vel quantitas formae ad participantia
eam sive quantitatem universalis primo modo dicta
Cum arguitur 3o de potentia et actu
dico quod equivocatio de potentia ita eadem
maior ut potentia est de ... entis condivi-
dens eius ... actum quia potest dividi
per actum et potentiam non tamen eius in quo
secundum etiam operatur genus entis et genus
species et individuum quia sicut eadem
albedo est primo in potentia et postea
in actu et hoc modo ad idem genus perti-
nent actus et potentia. Hoc modo loquendo

proprie non est potentia generis in divinis
que scilicet opponatur actui quia generatio illa
est simpliciter in natura et in actu et ideo non
in potentia ut potentia repugnat
actui sed hic est sermo ut potentia
est principium et hoc modo propositio ista que
dicit quod potentia eiusdem generis cum
suo actu est falsa potest enim forma sub-
stantialis esse principium actionis et ac-
tionis de genere qualitatis et actionis
de genere actionis sicut tactum est supra
quaestione 3 de notitia genita quod verbum est
per se terminus proprie passionis. Cum ar-
guitur de medio et extremis dico
quod est quoddam medium per participationem
utriusque extremi sicut fuscus est me-
dium inter album et nigrum et tale est me-
dium ex natura rei et de tali verum est
quod est in eodem genere cum extremis
sicut probat philosophus 10 metaphysicae. Aliud est
medium aliquo modo attributum super terminum
sicut operatio inter operans et terminum et
istud non oportet esse eiusdem generis nam
cum anima se intelligit intellectio est
qualitas et tamen operans et obiectum est
substantia tale medium accipitur in proposito
scilicet ipsum quo inter suppositum generans
et genitum. Aliter potest dici quod ipsum quo
non est proprie medium sed tenet se ex
parte alterius extremi scilicet generantis proprie
autem medium sicut quod datur potest dici generatio
et de illa verum est quod est eiusdem rationis
cum extremis quia ipsa est relatio
sicut et extrema sunt relativa. Contra
aliqua argumenta contra primam opinionem
sunt contra me ideo video ad illa. Ad primum
licet illa propositio maior habeat hic ma-
iorem probabilitatem quam in creaturis
quia ista forma per se est et intel-
ligit sibi proximum quod potens agere puta hic
Deus qui quodammodo procedit velociter
et sic agit. Patet quod sic primo intel-
ligit et vult ergo videtur quod posset

in omnem actionem cum illud sit quo quis
principium formale et tamen hic conce-
ditur primo. Ideo dicendum quod illa
propositio maior est falsa quia creatura si per
est elevatum per se existens non
potest esse potentia propinqua ad operationem
extrinsecam si ponatur principium ele-
vatum operationis videndi in oculo si
per se existeret non posset esse principium illius
operationis nisi ideo est quia non posset
esse principium in potentia propinqua ad agendum
non enim posset habere passum approxi-
[matum] et approximatio ut dictum est prerequiritur
ad rationem potentiae propinquae. Conce-
dente approximatione et amotione impe-
dimentorum requiritur in creaturis ad
rationem potentiae propinquae in tali
proposito requiritur suppositum quiescens
ad agendum. Ergo forma que in supposito
distincto existens esset principium actionis
sicut si esset per se existens non esset sup-
positum nec principium distinctum nec in
supposito distincto quiescenti quantum
et ex quo illud suppositum requiritur ad
potentiam propinquam agendi non potest
talis forma per se agere. Econtra autem
si per se existat in aliquo quod non intelligitur
intelligatur esse in supposito ut persona
et in illo sicut non est suppositum agens
in potentia propinqua ad agendum cum
enim actio requirit distinctionem aliquam
in ista natura que non potest esse nisi sup-
positorum ergo suppositum quiescens sub
actione est suppositum distinctum cum
in natura ista in nullo tali est natura
ut intelligitur per se esse si per se sit aliquid
modo antequam in persona et ideo non potest
per se agere ista actione. Ad illud dicit
et quod dico quod illud dictum philosophi convenit
in causa et causato quia ibi est dis-
tinctio realis cause et principii quo
causat ab ipso causato dependentia

essentialis est causati ad causatum sicut et ad causam et ideo est ibi quia principium constitutivum non est in suppositis in divinis suppositis; in proposito autem est oppositum quia si suppositum producens est distinctum quo autem producit est indistinctum et ideo productum non refertur realiter ad principium quo sicut ad principium quod producit et ideo in principio non est relatio realis principii productivi ad productum sed relationis producentis ad aliud ad productum sicut dictum est prius de quantitativo continente et contento d. 4 q. 1. Ad illud dico quod forma 2m quod est illud in quo assimilatur generans genito non est nec eius relationis sed est aliqua univoce precedens omnem actum intellectus quia nullo actu intellectus existente ignis generaret ignem et corrumperet aquam et hoc propter similitudinem naturalem ad unum et convenientiam ad aliud hoc magis patebit in q. de individuatione. Ad 3m dico quod intelligit de quantitate alicuius 2m naturam et 2m numerum qualis est essentia divina quibus tribus personis et hoc modo nulla est quantitas realis in creaturis est tamen quantitas alicuius unius virtute uni quam sit unitas naturalis. Ad illud quod forma est principium agendi hinc inquantum est hic concludit per me quod illud aliud quod est patri potentia generandi non est potentia generandi filio. Contra augustinum quod generatio prius est distinctiva quam assimilativa et ex hoc quod forma est prius distinctiva ut hic quam ut forma. Ridico quod prius 2m quam non semper est prius 2m causalitatem eo modo quo sequitur est ignis ipso calidus sed non econverso est calidum ergo ignis ig. calidum est prius 2m quam et tamen generatio ignis est prius secundum causalitatem ipso calore et ita concedo quod

distinguendum est prius in generatione quam assimilare id est quasi quia multa distinguunt que non assimilant sed distinguendum non est perfectius in generatione quam assimilare quia convenit generationi etiam imperfectissime inquantum est a forma ut hic sed assimilare convenit sibi inquantum est a forma absolute et perfectior est ideo forme quam ideo singularitate. Argumentum contra opinationem qui ponit causam de relationibus concedo quia non concludit contra me sicut patebit distinctione octava. Instantia prima de calore et negotiatione non valet quia ibi concurrit utraque forma sicut activa principalis et etiam instrumentalis est cum suo genita actionem et huius calore naturalem genitum vero etiam forma est principium actionis ut generationis licet unum mediate et aliud immediate. Secunda alia instantia de generatione verum difficilior videtur si speciem non haberet ibi aliqua operationem sed negotiationem nunc de hoc autem in 2o li. quando fiet sermo de relationibus specialibus quo potest esse generatio univoca in animalibus

Utrum de simplicitate. Circa istam octavam distinctionem queritur

primo primum est utrum deus sit summe simplex et perfecte talis 2m utrum aliqua creatura sit talis 3m utrum cum simplicitate divina stet quod deus vel aliquid dictum formaliter de deo sit in genere. 4m utrum cum simplicitate divina possit aliquo modo stare distinctio perfectionum essentialium precedens aliquo modo omnem actum intellectus. Quintum est utrum solus deus sit immutabilis

Contra primum arguitur quod quia simplicitas non est simplicitas perfectionis ideo non est ponenda in deo ut essentialis. Probatio antecedentis quia si esset

simpliciter perfectionis tunc quodlibet simplex
ipsam esset perfectius non simplici et ita
materia prima esset perfectior homine
quod est falsum primo quia ... in actum et
corruptibilis compositoria sunt perfectiora
Preterea perfectionis est in forma dare
esse vel posse dare licet imperfectionis
sit dependere a ... igitur si prima natura
separatur a 2a quia non videtur quod de-
in tali separatione sit dignitas esse for-
ma dans esse licet ipsa non depen-
deat ab illo cui dat esse et ita sit
ibi poni sine imperfectione compositio
materie et forme vel compossibilitas sal-
tem dei ut forme. Preterea quod ubi est
non substantia nulli est substantia ex 2 physicorum sed
sapientia in nobis est actus igitur in nullo
est substantia vel non actus sed in deo est
sapientia 2m eandem rationem 2m qua est
in nobis igitur est ibi actus et ita compo-
sitio et actualis. Contra 6 de trinitate c. 6
deus vere et summe simplex est. Respondeo
ad questionem et primo probo simplicitatem divinam
per quedam media particularia, 2o per
media quia sunt ex infinitate et ita pro-
cedendi. Procedendo primo modo ostendo
primo simplicitatem divinam oppositam
compositioni ex partibus essentialibus secundo
oppositam compositioni ex partibus quantitativis
3o oppositam compositioni ex subiecto et
accidente. Preterea sic talitas materie et forme
non est simpliciter prima ratio eius quod
supponitur talitati effectivum prius igitur si
primum esset compositum ex materia et for-
ma talitate efficientis presupponeret
non autem simplex quia ipsum non efficit
se coniungendo materiam suam cum forma
igitur alicuius efficientis prioris igitur
deus non esset primum efficiens cuius
oppositum probatum est d. 2 q. 1. Preterea prima
compositionis talitas materie et forme in-
cludit imperfectionem talitatis efficientis
et finis nullam imperfectionem includit sed

perfectionem quia illa includit rationem
partis sed non simpliciter autem imperfectum redu-
citur ad perfectum sicut ad prius es-
sentialiter sed g. Idem probo sic materia
de se est in potentia ad formam et
simpliciter passiva et contradictionis quantum est
ex se igitur non est de se sub aliqua
forma sed per aliquam aliam causam re-
ducentem ipsam materiam ad actum
forme. ista autem causa reducens
non potest tantum dici forma in quantum forma
quia sic non reducit materiam nisi ad ...
eam formaliter igitur oportet ponere aliquid
reducens efficiens materiam ad istum
actum igitur si primum esset compositum
ex materia et forma esset aliquid effi-
ciens prius eo efficiens esset materiam eius
sub forma et ita ipsum non esset primum
efficiens vel prius. 3o sic omnis en-
titas una causata habet aliquam unam
causam a qua est eius unitas in cau-
sato sive unitate in eo igitur unitas
composita non sit causata requirit ali-
quam causam a qua sit illa entitas
causata, illa eius entitas non est
materie nec forme quia utraque est
entitas diminuta respectu enti-
tatis compositi igitur preter illas duas
scilicet materie et forme oportet ponere aliquam
aliam illa est efficiens et tunc re-
dit idem quod prius scilicet quod omni compo-
sito ex materia et forma est aliquid
prius. Secundum scilicet carentiam compositionis
quantitative videtur probari per 8 physicorum
physicorum 4 q. ... quia primum est potentie
infinite, potentia autem infinita non
est in magnitudine et simpliciter probatur quod maior
potentia est in maiori magnitudine et ita
infinita potentia non potest esse in magnitu-
dine finita, nulla autem magnitudo est in-
finita, igitur nec aliqua potentia infinita
in magnitudine. Sed istud argumentum

videtur dicendum quod qui ponet potentiam
infinitam in magnitudine dicet ipsam
esse eiusdem rationis in parte magnitudinis
et in tota magnitudine et in maiori et
minori tota sicut anima intellectiva
est tota in toto et tota in qualibet parte
corporis nec maior in maiori corpore
nec maior in toto quam in parte et si
aliquis istorum consequeretur infinita potentia
intellectus ipsa esset in magnitudine fi-
nita et tanta in parte sicut in toto et in
parva parte sicut in magna ita dicetur
in proposito quod potentia infinita in mag-
nitudine esset eiusdem rationis in toto
et in parte. Declarando igitur rationem aristotelis
dico quod quando sua est ista potentia infi-
nita non est in magnitudine finita ex-
tensa per accidens ad extensionem mag-
nitudinis hoc probat ratio sua hec enim
quecumque potentia est extensa per acci-
dens ceteris paribus est maior et effi-
cacior in maiori magnitudine et non sit
maior et formaliter intensior quia
plures ignis sit plus hec de calore
intensive quam magnus sit magnus
sit multum rarum parvus et depressus et
non additur in maiori ceteris paribus ex-
de calore et igne qui licet equalis
sit intensionis in toto et in parte non
maior ignis est potentie maioris
et efficacior et etiam in toto quam in parte
ex hoc sequitur quod omnis talis potentia
extensa per accidens quamdiu est in mag-
nitudine finita potest intelligi crescere
in efficacia per augmentum magnitu-
dinis Sed quamdiu intelligitur potest
crescere per efficaciam non est infinita
secundum efficaciam ex quo sequitur quod omnis
talis extensa per accidens quamdiu est
in magnitudine finita non est infinita
quia infinitas extensive non est sine
infinitate efficacie et ex hoc sequitur

ultimus quod potentia infinita in efficacia non
est in magnitudine finita igitur nec
potentia infinita intensive et cum
ultra causam non aliqua magnitudo infini-
ta patet quod non est aliqua talis
potentia infinita in magnitudine Sed
quid ad propositum quod omnino talis pote-
ntia non sit in magnitudine. Respondeo coniun-
gendo conclusionem illam quam prius probatur
prius sic quod tale potens est sine ma-
gnitudine conclusioni secundum propositum quia omnis
extensione aliquid extendatur vel
sic extensio esset per se eius aliquid
esset forma informans extensione
extensa per accidens igitur si potentia ista
infinita ponitur in magnitudine queso
quid est ista extensio magnitudinis
non ipsa potentia infinita ut probatum
est nec ipsa perficit ipsam sicut for-
maliter quia non est in materia ex
conclusione posteriori igitur oportet ponere
materiam extensam ista magnitudine que
materia perficitur potentia infinita pro
materia una ut corpus unum exten-
ditur magnitudine et perficitur per aliam
intellectivam non extensam Sed nulla
materia est in habitu tale potentiam
ex conclusione posteriori a philosopho ex
illa igitur in materiali posteriori per philosophum
et modo ostensa prime in qualibet ista ista
ista non efficacia. Quarto tria specialis pro-
batur ex istis quia cum deus non est
materialis nec quantus non nec est ca-
pax alicuius actus convenientis rei
materiali sicut est qualitas rei ma-
terialis igitur tantum est capax illorum
que conveniunt spiritibus puta intel-
lectionis et volitionis et similium conve-
nientium si talia non possunt esse actu
illi non sicut probatum est de 2o quod in-
telligere et velle sunt substantia eius et
similis et potentie et similium. Sed contra probo

ppositum generaliter primo ex ratione necesse esse quia si primum sit compositum sit ex potentia a et b. quero de a si sit ex se formaliter necesse esse aut non sed possibile alterum eorundem oportet dare in quolibet sive in omni natura ex qua aliquid componitur si est ex se possibile igitur necesse est esse ex se componitur ex possibili et ita non erit necesse esse Si autem ex se necesse esse igitur ex se est in ultima actualitate et ita cum nullo facit per se unum Similiter si necesse ex se sit compositum erit necesse esse per a et per rationem per b. et ita erit b. necesse esse erit etiam necesse esse per aliquid quo sublato nichil minus erit necesse esse quod est impossibile. 2° ostendo propositum generaliter ex ratione infinitatis et primo quod deus non sit componibilis quia omne componibile potest esse pars alicuius compositi quod est ex ipso et alio componibili omnis autem pars potest excedi. posse autem excedi est contra rationem infiniti igitur. Confirmatur et quod est idem quia esse componibile dicit perfectionem illius cum quo componitur ita quod illud aliud componibile non habet in se omnem et omnimodam ydemptitatem cum illo quod tunc non posset cum eo componi nullum infinitum caruerit eo cum quo potest aliquo modo esse idem primo esse tale habet in se 2^m perfectionem ydemptitatem quod aliquis posset intelligi perfectius puta si haberet illud in se sicut compositum habet et istud infinitum non habet contra rationem autem infiniti simpliciter est quod posset intelligi perfectius vel aliquid perfectius eo Ex hoc sequitur ultimus quod sit omnino incomponibilis et nullo modo compositum quod si sit compositus aut ex finitis aut ex infinitis. non ex infinitis quod nullum tale est componibile ex predictis. Si ex finitis igitur ipsum non erit infinitum quia finita non reddunt aliquid infinitum in perfectione sicut nos loquimur. Ad primum argumentum dico quod simplicitas est simpliciter perfectionis 2^m quod excludit componibilitatem et compositionem ex actu et potentia vel ex perfectione et imperfectione sicut dicetur in sequenti quod nec tu sequitur quod omnis creatura simplex sit perfectior non simplici quia aliquid quod est simpliciter perfectionis potest repugnare alicui nature licet et ita illa non esset simpliciter perfecte talis natura si haberet illud quod repugnaret sibi sicut canis non esset simpliciter perfectus canis si esset sapiens quia sapientia repugnat sibi Similiter alicui non licet potest repugnare aliqua perfectio simpliciter et aliqua non et tunc non sequitur illam magis esse perfectiorem cui competit talis perfectio quam cui repugnat maxime quando isti cui ista repugnat convenit alia perfectio simpliciter que forte est simpliciter perfectior illa alia repugnante exemplum actualitas est perfectio simpliciter et simplicitas est perfectio simpliciter compositio convenit maior actualitas licet non maior simplicitas magis quam illud cui convenit simplicitas sine actualitate. Sed hic videntur duo dubia Unum quod perfectio simpliciter est que non est perfectio ubicumque est de ratione perfectionis simpliciter sit quod ipsum sit simpliciter melius quam non ipsum in uno quoque 2^m aut monologion 14. Secundum quod una perfectio simpliciter est perfectior alia alia. Ad primum dico quod illa descriptio Sed sit intelligi quod perfectio simpliciter est melior non suo opposito contradictorio quod ita quod cuiuslibet positivum est melius et simpliciter perfectius sua negatione primo nulla negatio est formaliter aliqua perfectio et Sed etiam quolibet suo incompossibili

non debet intelligi hic quod dicitur in
quolibet est mixtus compositus praeter se quodlibet
inquantum suppositum non determinando in
qua natura suppositum illud subsis-
tat considerando enim aliquid inquantum
subsistit in aliqua natura potest aliquid
perfectio simpliciter esse et incompossibilis sibi quia
incompossibilis sibi ut est in tali na-
tura quia repugnat tali nature
non ei inquantum per se subsistens non
repugnat sed si hoc modo considerare illa
habet est simpliciter perfectius eius quam
si haberet quodcumque sibi incompossibile
Ad secundum dubium dico quod requirit decla-
rationem quis sit ordo perfectionum simpliciter
et modo breviter supponatur quod aliquis
ordo perfectionis sit inter eas in quod
aliqua ex ratione sua est perfectior alia
per se sumpta licet quelibet quelibet est
in summo sicut tunc omnes perfecte quia
infinite et tunc quelibet est infinita
de hoc alias. Ad secundum principale dico
quod dare alicui esse formaliter inclusio in-
cludit limitationem quia sic dans esse
non includit per ydemptitatem illud
cui dat esse nec alicui sic dare esse
potest separari imperfectio quia nec limitatio
nec dependentia omnimoda licet enim
separetur ab eo dependentia ad materiam
manet tamen dependentia ad effi-
ciens virtute cuius forma informat
materiam et si insistitur de verbo quod dat
esse humane nature licet non est dare
esse formaliter ut patebit libro 3 distinctione 1.
Ad tertium dico quod species secundum illam rationem
secundum quam est species qualitatis et actus
inhabilis non est eiusdem rationis in deo
sicut melius patebit in sequenti 3 questione.

Item secundum arguitur quod sit compo-
situm componitur ex partibus et ille
non ex aliis igitur ille partes sunt in
se simplices. Confirmatur 6 de trinitate c. 6.

natura creata est in se simplex. Hic
dicitur quod quelibet creatura ex composita
ex actu et potentia quia non est pura
potentia quia tunc non esset nec est
purus actus quia tunc esset deus
Patet quelibet creatura est ens per partici-
pationem igitur compositum ex participante et parti-
cipato. Contra quem istam arguo si
in quolibet sit compositio rei et rei accipio illam
rem compositam et quero si est simplex
aut composita. Si simplex habetur propositum
si composita est processus in infinitum in
rebus. Concedo igitur quod aliqua creatura
est simplex id est non composita ex rebus tamen
nulla creatura est perfecte simplex
quia aliquo modo est composita et compo-
nibilis quo compositum declaro sic quia hic
gradus cum privatione alicuius gradus
entitatis nulla enim creatura habet enti-
tatem secundum totam perfectionem que nata est
esse entitatis in se et ideo tamen aliqua
perfectione que nata est competere entita-
ti in se et ideo privatur sicut talpa di-
citur quia nata est habere visum secundum rationem
animalis non autem secundum rationem talpe secundum philosophum
quinto metaphysice capitulo de privatione igitur componitur
non ex re et re compositionis sed ex re
potentia et privatione id est ex entitate aliqua
quam habet et carentia alicuius gradus perfec-
tionis entitatis cuius ipsum non est capax
et tamen ipsum ens est capax sicut
talpa secundum se non est nata videre sed secundum
quod animal sic. Nec tamen ista compositio
ex potentia et privatione est in essentia rei
quia privatio non est de essentia ali-
cuius positivi. Ad istam sequitur compositio
actus et potentie omne quidquid enim
est ens et caret aliqua perfectione en-
tis est simpliciter possibile et sic potentie
simpliciter cuius contrarium non potest esse ens in-
finitum quod est necesse esse est etiam quelibet

creatura compossibilis patet de actiue
quod est compossibile cum substantia et substantia patet
de materia et de forma de substantia etiam
per se generabili et corruptibili patet quod
est receptiua actualitatis nulla enim est
non receptiua nisi propter sui perfectionem
sed perfectissima intellectualis est receptiua
actualitatis quia capax est sue intel-
lectionis et volitionis que non est sua
substantia probo quia tunc esset formaliter
beata per se ipsam cuius oppositum probatum est
distinctione prima. Tum quia quelibet
intellectualis potest intelligere infinita ex
omne intelligibile igitur si intellectio sua
esset sua essentia posset habere infini-
tam essentiam quia haberet virtualiter intel-
lectiones infinitorum. Tum quia intellectio
sua non dependet ab aliquo obiecto
nisi a quo dependet suum esse et ita
nichil inferius se nec creatum posset
intelligere in genere proprio sed tantum in causa
superiori immediate ymmo nichil posset
aliqua intelligentia intelligere nisi
in deo quia eius essentia a nullo alio
causatur igitur nec est intellectio. Tum
etiam quia verbum angeli esset perso-
naliter distinctum ab angelo et idem
sibi essentialiter contra sicut supra distinctione 2 probatum
est de verbo diuino. Ad argumentum principale
ad 9 concedo quod nulla creatura est vere simplex
quia composita non praedicta compositione
et variatione actu et potentia obiecti et
compossibile alii creature. Per idem patet
ad argumentum primum pro prima opinione. Nomen
enim est actus purus qui caret
aliquo gradu actualitatis sicut non est
lux pura que caret aliquo gradu
lucis licet in luce illa non misceatur
aliqua alia entitas positiua sed tantum
carentia perfectioris gradus lucis.
Ad 3m dico quod principale est idem
quod principium cause ita quod duplice rela(tio)

imperfectam et partis ad totum et capitis ad
captum prima est relatio nec tantum semper
ibi pars maior et per eo quod est aliquid eius
sed extensiue quia omne unius dicit partem
maiorem. omne autem finitum tale est
simpliciter unius tale si aliquid tale est in-
tum esse infinitum quelibet autem perfectio
simpliciter nata est esse infinita si ubique
est finita ipsa est minor aliqua perfec-
tione et ita pars extensiue. 2a vero
relatio scilicet capientis ad captum est rela-
tionis quantum sit inter dantis et dati
recipientis tamen pars capit. aut ut est
pars capit ita quod totum captum est pars
capientis sicut species participat genus
genus quidem quantum ad partes essentia-
les non formas aut pars capit et pars
capientis aut 3o modo pars capit et totum
capiens primis duobus modis non
capientis et capti per gradi vel 3o modo
non et iste tertius modus est impossibilis
quia omnis perfectio limitata limitata que
tamen non determinatur ex se ad limitationem ubi
pars capta est ipsa tota limitata nisi quod ibi
distinguitur per suppositum capiens et non
capta sed hoc non est distinctio realis

Contra 3m queritur vtrum cum simpli-
citate diuina stet quod deus sit
aliquid dictum formaliter de deo sit
generale et arguitur quod sic quia deus formaliter
est ens. ens autem dicit conceptum
dictum de deo aliquid et iste conceptus
non est proprius deo sed quibus sibi et crea-
ture sicut dictum est distinctione 3a igitur
ad hoc quod fiat proprius oportet quod deter-
minetur per aliquem conceptum determina-
tiuum iste determinans se habet ad concep-
tum entis sicut conceptus qualis ad
conceptum quid et per quod ut conceptus
de ad conceptum generis. Praeterea aut est unum
ens in substantia et ens non in substantia non
sunt medium et videtur loqui 2m quod

eius non in se est ipsum subiectum et eius in se est ipsum accidens. Deus igitur cum sit eius formaliter et eius non in se scilicet scientia. scientia autem ut scientia est genus. Praeterea ubi est species ibi est genus contra porfirium quia sunt convertentia. natura divina est species respectu personarum contra damascenum c. 48 g°. Praeterea scientia formaliter dicitur de deo et contra eandem rationem contra qua dicitur de nobis quia ille rationes que posite sunt d. 3. de univocatione entitatis concludunt de univocatione scientie sive sapientie igitur contra illam rationem contra quam sapientia vel scientia dicitur de deo est species generis et hoc probatur per dictum aliquorum doctorum qui dicunt quod species transfertur ad divina et dicit perfectionem non autem genus quia dicit imperfectionem ut scientia non qualitas. Continuatur in lectione et adducit argumentum et ostendit per eum quod ipsa predicamenta ... removentur a deo. Hic sunt due opiniones extreme. una negativa que dicit quod nec simpliciter divina non stat quod aliquis conceptus communis deo et creature sit de qua dictum est supra distinctione 3 contra 2a. Ad hoc ponuntur rationes quedam prius non recte. prima est ista illis que sunt totaliter et univoce sub extremis contradictionis nichil est univocum. deus et creatura sunt huiusmodi dependens et non dependens causatum et non causatum ens ab alio et non ab alio sunt extrema contradictionis igitur nichil est eis commune univocum. Secundo et est confirmatio alterius rationis omnis conceptus communis est notior respectu illorum quibus est communis. nullus est conceptus communis contradictoriorum quia est alter eorum igitur. 3° praeterea diversa in nullo conveniunt. deus est primo diversus a creatura. alioquin diceretur et quo differret et quo conveniret

et ita non esset simpliciter simplex igitur deus in nullo convenit cum creatura et ita in nullo conceptu communi. Quarto ubi est tanta dissimilitudo attributorum creature ad deum in ratione eius igitur in hoc non est univocatio. Ad hoc adducitur intentio dyonisii de di. no. qui ponit tres modos cognoscendi deum per eminentiam causalitatem et abnegationem et ponit illam cognitionem per abnegationem esse ultimam qua removentur a deo omnia que sunt quia creatura igitur non intelligit ipse quod aliquis conceptus qui est abstractus a creaturis remaneat in deo contra quod sunt conceptus creature. Ad hoc etiam est augustinus 8. de trinitate c. 4 cum audis bonum hoc et bonum illud que possent alias dici etiam bona si potius sine illis que participatione bona sunt perspicere ipsum bonum cuius participatione bona sunt simul enim et ipsum intelligis cum audis hoc bonum et illud. Si autem potius illis detractis perspicere per se bonum perspexeris deum et si amore inheseris continuo beatificaberis. Vult igitur dicere quod intelligendo hoc bonum et illud intelligo illud cuius participatione sunt bona illa. hoc est bonum infinitum. igitur non hoc ibi tantum conceptus boni communis sed boni etiam per essentiam. Contra istam positionem sunt due rationes que tamen sunt supra d. 3. contra 2a. una est quod conceptus communis deo non posset causari naturaliter in intellectu nostro quod ex naturaliter movet intellectum nostrum per speciem istam sive intellectus agens sive fantasma ut species rei intelligibilis hoc per effectum adequatum causare in nobis conceptum illius cuius est et eorum que continentur essentialiter in quidditate illa vel virtualiter. conceptus autem deo communis neutro modo continetur in ista

quiditate non essentialiter patet quia ne-
gans univocationem non univocat quia sic
in quantum perfectius continetur in minus
perfecto. Item aliquo modo est quod ens
natum facere notitiam de se in quantum
est ens natum sicut et in quantum est
relatum ad ipsum ens et ita concipe id
sub ratione illa non est concipe illud
sub ratione absoluta. Sed sub ratione relata
ad primum ens. relatio autem habet
causare in primo intellectu conceptum
correlativum sive relationis correspondentis
et tamen non concipiatur ut in se subsistens
relatio correspondens concipietur tamen
aliquo modo in ratione fundamenti. Quinque re-
lationis. Contra argumentum videtur secundum
quia si aliquid est adequatum obiectum
a nobis naturaliter cognoscibile et intel-
ligibile quantumcumque sit perfectus intellectum
non potest facere conceptum de se et de hiis
que includit essentialiter vel virtualiter
et secundum iam dicta nullo modo includitur
illud absolutum quod est fundamentum re-
lationis in deo in conceptu illo ut
probabo igitur sequitur quod nullo modo
fiat in nobis conceptus istius absoluti
et ita nullum conceptum alicuius absoluti
in deo poterimus naturaliter habere. Probo
assumptum quod licet dominus meus supponat
quod relatio in creatura prius naturaliter
concipiatur quam relatio sibi correspondens
vel fundamentum relationis sibi cor-
respondentis quod credo esse falsum quia
terminus relationis naturaliter prius intelligitur
relationi sicut et fundamentum licet
etiam supponat quod res causata na-
ta non cognoscitur a nobis nisi in quantum
relata quod probatum est distinctione 3 q. de
vestigio et videtur esse contra augustinum de
trinitate c. 8 omnis res ad se subsistit
quanto magis deus loquitur autem de
subsistentia qua realiter est res na-
ta et naturaliter in se subsistit alioquin

non esset argumentum si omnis res
ad se subsistit quanto magis deus si
idem accipiatur in premissa et in conclusione
. hiis in quantum obmissis que forte
ab adversario negarentur arguo sic
relatio in creatura licet habeat immediate
propria causare conceptum relationis sibi
correspondentis tamen illa relatio correspondens
non includit in se aliquem conceptum
absolutum in quo fundetur quia relatio
creature ad deum que est rationis tantum
non includit in se essentiam divinam
vel aliam perfectionem absolutam in deo que
perfectio naturaliter ipsa quam tamen oportet
vel perfectionem absolutam oportet ponere esse
fundamentum relationis dei ad crea-
turam et ita per relationes istas non
possumus causare in nobis aliquem concep-
tum de perfectionibus absolutis nisi relatio
alterius haberet in se virtualiter illud absolutum
quod est ipsa perfectio deo quod est
impossibile. Hoc etiam probatur quia 2m
eos essentia divina non est nata facere
de se nisi unicum conceptum in intellectu
igitur non est natus sed de ea nisi unicus
conceptus realis. Hoc quam probatur
quod omnem conceptum realem natum sed
de ea nata est ipsa facere in intellectu
sicut enim competit omnibus imperfectionibus
ulterius infero igitur quodcumque oppo-
natum est facere de illa essentia concep-
tum aliquem realem natum est facere
unicum qui natus est sed de ea quia
si non illum igitur nullum. Sed nulla crea-
tura potest unicum illum causare quia nec
ex creatura possumus cognoscere essentiam
sub ratione qua est sic essentia singularis
igitur per nullam creaturam 2m istos po-
terimus habere aliquem conceptum sin-
gularem de essentia divina. 2a ratio
tacta in predicta q. est de conceptu
univoco tamen et de duobus dubiis qui tamen
est quibus illis. Ad quam videtur mihi

primo quod aliquis conceptus idem est certus et dubius vel conceptus sub quo est certus et conceptus sub quo est dubius conceptus autem alicuius huius est certus et non iste et ille idem. Hic nichil est quia licet idem conceptus possit diversificari penes modos grammaticales vel penes modos significandi quoscumque vel penes modos logicales vel penes modos concipiendi quoscumque puta singulariter vel universaliter vel penes explicite vel implicite explicite sicut diffinitio exprimit implicite sicut diffinitum et per istas duas posset poni non tamen certitudo et incertitudo sed unitas et pluralitas congruitas et incongruitas tamen quod idem conceptus eodem modo conceptus quantum ad istos modos conceptos sit certus et dubius hoc est idem omnino affirmare et negare igitur si conceptus de ente est certus et conceptus de creato et increato est dubius hoc non est propter modos significandi grammaticales nec propter modos significandi logicales sed vel est simpliciter alius et alius conceptus quod est propositum et est conceptus diversificatus penes modos concipiendi preterea et cetera quod etiam est propositum. Aliter dicitur quod sunt duo conceptus propinqui et propter istam propinquitatem videtur esse unus conceptus et videtur certus de uno hoc est de illis duobus dubie concepti dubius autem de illis duobus distincte conceptis. Contra quod aliquis conceptus non potest concipi sub aliqua unitate nisi simul vel prius naturaliter concipiatur sub distinctione propria sibi que supponitur illi unitati non potest intellectus esse certus de eis inquantum sunt illarum unitate vel de unitate eorum sive sub ratione illius unitatis et dubius de eis inquantum sunt distincti vel de distinctione eorum

sive sub ratione propria distinctionis sed intellectus concipiens ens dicendo de deo et creatura si sunt duo conceptus non potest habere conceptus illos secundum aliquam unitatem nisi prius naturaliter vel simul habeat eos sub ratione distinctorum igitur non posset esse certus de eis sub ratione unius dubius de eis sub ratione multorum. Probatio maioris quia si certitudo est de aliquo concepto vel aliquibus dubitando de a et b vel non dubitando a et b ille unus vel illi duo conceptus concipiuntur prius naturaliter sub ea ratione qua est certitudo de illo vel de illis quam concipiantur a b. Probatio minoris eius in deo et eius in creatura si sunt duo conceptus simul attributi non possunt concipi inquantum habent unitatem attributionis nisi prius natura vel saltem simul concipiantur iste et ille inquantum distincti id est quilibet sub ratione propria quia isti sub propriis rationibus sunt fundamenta unitatis ordinis et attributionis. Confirmatur hoc per philosophum 2° de anima de sensu qui quidem concludit esse quod per cognitionem differentie albi et nigri ex nunc dicto concludit quod cognoscit extrema si enim possit cognoscere ista sub ratione huius respectus qui est dicto absque hoc quod cognosceret ea sub propriis rationibus tunc argumentum suum non valet igitur similiter in proposito non potest simul cognosci a et b sub ratione istius relationis scilicet unitatis ordinis nisi cognoscatur quilibet sub propria ratione cum prius nichil sit eius quod et ita quamvis intellectus concipit istos duos sub unitate ordinis concipit eos ut distinctos in se. Tertio modo videtur quod non est certitudo de aliquo uno concepto et dubio de duobus sed certitudo est de duobus distinctis et dubitatio de altero illorum puta certus sum quod hoc est ens vel substantia

ul' actus Sz dubito an sit deter-
minare hoc eius quod est substantia ul'
illud quod est actus. Contra hoc est
tantum argumentum supra dictum quod
erat de inquisitione intellectus qua
sciemus de deo per [illegible] investigationem
in qua illationes creature que dicunt
perfectionem de se separamus ab imperfectio-
ne qua sunt in creaturis & eas 2m
se acceptas consideramus ut indifferentes
& eis attribuimus perfectionem summam
& sic acceptas in summo eas attri-
buimus creatori ut probat [illegible] ita ar-
guit augustinus 14 de trinitate c. 3 & 6 quoniam rebus
creatis creatorem sine dubitatione
preponimus oportet eum & summe viuere
& cuncta sentire atque intelligere hoc
autem probat ipse ex hoc quod viuentia
non viuentibus sentientia non sentientibus
intelligentia non intelligentibus immortalia
mortalibus bona malis preferenda
iudicamus quod argumentum non videtur
valere si talia ut perfectiones in creaturis
non esset eiusdem rationis cum illis
que talia in summo attribuimus deo.
Consimilia argumenta sciuntur frequenter
a doctoribus & a sanctis ita enim for-
maliter ponitur in deo intellectus &
voluntas & non tantum absolute sed infinite
Vnde potentia & sapientia [illegible] liberum arbitrium
& hunc & augustinus de libero arbitrio reprehendit
illam diffinitionem quod liberum arbitrium est potestas
peccandi quia 2m eam non esset tunc in deo
liberum arbitrium quod est plane implicatio nulla
esset si 2m aliam rationem omnino diceretur
liberum arbitrium de deo & creatura hoc etiam
est via dyonisii quia quando in 3o gradu
peruenit in illam cognitionem que est
per remotionem quero an per se cognos-
catur ubi negatio illa & si sic tunc
non plus cognoscitur deus quam
chymera quia nemo est quis [illegible] &

non enti aut cognoscitur ibi aliquid
positiuum cui attribuitur illa negatio
& tunc quero de illo positiuo si conceptus
omnis sciretur in intellectu Si enim non
sciretur in intellectu aliquis conceptus
prius causatus per viam causalitatis et
eminentie nichil deo positiuum cognosce-
retur cui attribuitur illa negatio. Confirmatur
ista ratio quia non dicimus deum sortem vel
lapidem sed formaliter sapientem sed
& tamen si per se consideraretur attributum
conceptus ad conceptum ita possit for-
maliter lapis attribui ad aliquid inde
ut ad videam fieri sicut sapientia.
Et si dicas quod de deo concludimus aliquid
per rationem effectus ubi sufficit tamen
proportio & non similitudo hoc non videtur
sed confirmat argumentum quia considerando deum
sub ratione cause ex creaturis bene
cognoscitur proportio sed hoc modo non
cognoscitur de deo aliqua perfectio que
est in creatura formaliter sed causaliter
scilicet quod deus est causa talis perfectionis
attributa autem sunt perfectiones simpliciter
dicte de deo formaliter igitur talia
cognoscuntur de deo non solum per viam
proportionis sed etiam per viam similitudinis
ita quod oportet ponere aliquem concep-
tum communem in talibus deo & creature
qualis omnibus non est in prima via cog-
noscendo deum per viam causalitatis.
Ad hoc est auctoritas philosophi 2 metaphysice quod
arguens principia sempiternorum esse
verissima probat hoc per istam maiorem quod
vnumquodque est maxime tale propter quod
aliis inest vniuocatio & exemplifi-
cat de igne & ex hoc concludit quod semper
principia necesse est esse verissima
ista autem quidem non valeret vniuo-
catio [illegible] quod principia illa sempi-
terna sunt [illegible] vniuocatio [illegible] in aliis
sic enim accipitur in maiori quod illa principia

sunt principia equivoca vel analoga
erit quatuor terminorum in sillogismo propter
quod non est verisile . Ad argumenta
oppositum Ad primum aut intelli-
git quod ista sunt sub extremis con-
tradictionis et sic minor est falsa. deus
enim non est per se hic non ab alio
quia alia negatio dicitur de chimera
nec creatura est per se ista negatio
non inest ei quia hec etiam convenit
chimere Et tamen deus quam creatura
est aliquid cui convenit alterum ex-
tremorum contradictionis accipe tunc ma-
iorem quecumque sunt talia quibus co-
nveniunt extrema contradictionis ipsa
non univocantur in aliquo ista ma-
ior est falsa quia omnia per se dividen-
tia aliquod commune sunt talia quod de ipsis
dicuntur extrema contradictionis et non
univocantur in ipso diviso ita in proposito
sunt ista 2m se tota recipere predicatum
contradictionis et tamen sunt habere
aliquid abstractum ab illis extremis
illius contradictionis quod est commune
ambobus . Ad confirmationem de neutro
dico quod conceptus etiam communis duobus
est neuter formaliter et ita credo conclu-
sionem quod conceptus entis non est
formaliter conceptus creati et increati
Si autem intelligatur quod iste conceptus
est neuter ita quod neutrum contradictoriorum
dicatur de eo falsum est ita etiam est
in nobili quia conceptus animalis est
neuter formaliter et tamen illud quod
concipitur non est neutrum sed neutrum est
alterum scilicet alterum enim contradictoriorum
dicitur de quolibet et tamen non oportet quemlibet
conceptum esse formaliter conceptum alicuius
contradictoriorum . Ad 3m patebit in 2o
articulo quod deus et creatura non sunt
primo diversa in conceptibus sunt tamen
primo diversa in realitate quia in nulla

realitate conveniunt et quo possit
esse conceptus communis sine conveniens
in re vel realitate dicetur infra . Ad
aliud dico quod attributio sola non ponit
univocationem quia unitas attributionis
est minor unitate univocationis et
minor unitas non concludit maiorem
tamen minor unitas potest stare cum ma-
iore sicut aliqua que sunt unius generis
sunt etiam unius speciei licet unitas ge-
neris sit minor unitate speciei ita hic
credo quod unitas attributionis non ponit
unitatem univocationis et tamen ad ipsam
stare potest licet hec formaliter non sit illa
[illegible] [illegible] species eiusdem generis habent essen-
tialem attributionem ad primum illius generis
ex 10 methaphisice et tamen cum hoc stat uni-
tas univocationis respectu illius generis
in ipsis speciebus ultro magis ex
in proposito quod in ratione entis in qua
est unitas attributionis attributa ha-
beant unitatem univocationis quia
numquam aliqua comparantur ut mensu-
rata ad mensuram vel ut excessa
ad excedens nisi in aliquo uno
conveniant sicut enim comparatio est simpliciter
in univoco 7 phisicorum ita omnis comparatio
in aliqualiter univoco quia enim dicitur
hoc est perfectius illo si queratur quid
perfectius oportet ibi assignare aliquid
quod utrique ita quod omnis comparatio deter-
minata est quod utrique extremo comparationis
non enim homo est perfectior homine quam
asinus sed perfectius animal et ita si aliqua
comparantur in entitate in qua est attributio
unius ad alterum hoc perfectius est illo
quid perfectius perfectum eius oportet
entitate esse aliquo modo quod utrique ex-
tremo ita etiam possit argui de uno
[illegible] quia omnia diffinita vel mensurata
habent aliquid quod sicut vult [illegible] deter-
minata. Si tres ponunt dicitur quod est eis illud

quod est psona im quod determina-
bile tamen nnalis semp eque sit a9
omnibq nnatis. Et si inpetur q no
spe nus dei et creature ar° de dim-
so et distincto ul a° sit deq et crea-
tura sit distincta ul diuisa ul deq
est alius et aliud a creatura t omni-
bus ipis determinabile distinctois
sive expsse singulari ul pluralr
oz ee que utriqz extremo patet
in omnibus exemplis quia homo
no est alius homo ab asino sz aliud
anal. qr hoc rone quia t relacoi-
bus equiparancie extrema sut eiusde
ronis alietas est talis relaco ig
t omnibq aliis est aitas buiq rois
et imicra et p quis determinabile alic
est buiq ronis. Cu arguitur de
dyo° patet pus in tcio articulo
q intencio eius est ad oppoitu qr
intencio gradu no stat in sola ne-
gacone sz in aliquo ceptu anca-
tiua accepto cui attribuitur illa ne-
gaco. Ad a9 dico q illud bonum cuiq
pticipacione alia bona sut quod
intelligitur intelligendo bonum hoc
et illud ul pt vle ad omnia bona
et tu eius pticipacoe sut alia bo
sicut spes pticipat genus ul in-
ferius supius ul pt intelligi bo
p ecenciaz eius ut cause pticipa°e
sunt alia bona et tu bii q intelligendo
illud bonum intelligo bonum p ecen-
ciam sed in vli sicut intelligendo
hoc ens intelligo ens ut ptem
ceptus eiq et in ente intelligo q
eneq ens in vli et cu subdit si pt
illud p se nosse dico q hyp se si re-
ferat no ad actu cognoscendi sz ad
obiectum quod cognoscitur illud bo
quod cognosco in vli cu illa deter-
minacone p se l q cipiam bonum
cu tali determinacone q sit bonum
no dependens et bonum p ecenciam
intelligo deum tu no tu in cep-
tu quid sz in ceptu spo p hoc cu
quod dicatur p se cmaliter bonum q
et sit deo spm et isti intelligendo p sim-
ilitudinem est brnndo loquendo de bo-
nitudine vere quia iste ceptus e psf-
ectissimus que possumus hre cipiendo
naliter deum et ista uidetur ee intencio
a9 eodem libro c. z. ubi dicit de ui-
tate noli querere quid sit statim q
fantasmata obiciunt se sanitati et q no
cet bii si cet omnio alia ceptus
entis ul boni in deo a ceptu eo
in creatura tu cu cet bii quid
quid nitas quinta cet itas
venda que e ppa e deo q illo ce-
ptus no hit fantasmata sibi correspondens
et io no obiciunt se ibi fantasmata p pro-
bancia ceptu unuoce ut querit deus
loquende de itate in q eu sicut alias
expositum est. Si aute aliq primar
bum ee ceptu entis et tu intelligo
ee bii isti et isti hic no est de in-
tencone istius rois qr quandocunq
illud cipitur sit 2m ordinem ul at-
tribucom in diuisis si tamen ceptus
deipse unus est ita q no habeat
aliam rom 2m qua dr de hoc et de illo
ille ceptus e vnivocus si aute
uno alio primat quis q ceptus
denominatius no est vnivocus qr io
slu no est io pdicati. hoc uidetur
instancia puerilis qr bus no pdi-
catum denominatiuum est mediu inter
pdicatum vnivocum et equocum aliquo
vnivocum et equocum sut tme apud
logicum pdicatum est accipiendo pdi-
catum vnivocum quod vnivoce pdicatur
hoc est q io eius sit io slu et iste
denominatiuu no est bii 2m e vni
intelligendo de vnivo ronis eiq q
pbatur sit bii est eniq io est ipse

una sive illa ratio sit ratio subiecti sive
denominet subiectum sive per accidens dicatur
de subiecto equivoce autem cuius ratio est alia
quomodocumque illa ratio se habeat ad subiectum.
Exemplum animal est univocum non tantum ut
dicitur de speciebus suis sed ut dicitur
differentiis quia licet unum conceptum de-
terminabile per eas et tamen non dicitur de diffe-
rentiis univoce id est in quid ita quod
ratio eius sit ratio differentie quo dicitur univoce
de speciebus. Ista etiam altercatio nichil
est ad propositum quia si eius dicatur secundum
unum conceptum sui de deo et creatura
oportet dicere quod ratio eius est ratio subiecti;
dicetur enim de utroque in quid et ita
erit univocum utroque modo. Alia est opinio
in alio extremo que ponit deum
in genere prout videtur esse Dam. mela-
no c. x. probatur. Item Boecius de
trinitate dicit quod duo genera manent
in divinis licet autem non possit intelligi
tantum secundum aliquem modum scilicet predicandi
quia 4 de trinitate c. 6 dicit ad sit si di-
catur deus iustus bonus sapiens et
absolute quod dixi substantiam sit sufficiente
videtur reliqua qualitates. Item 7 de
trinitate c. xi dicit quod actio propriissime competit
deo sed non tantum manet modus predi-
cabilis duobus generibus ipsis et ita videtur
quod oportet intelligere Boecius de illis
duobus generibus quod manet in se.
Tertio ad hoc videtur esse commentator x. metaphysice
commento 2a ubi philosophus dicit esse aliquid unum
primam substantiam que est mensura aliarum
et commentator vult quod sit primus motor igitur
sicut in aliis generibus primum est aliquid
unius generis ita primus motor est
aliquid de genere substantie. Ad hoc ponitur
ratio prima talis quia potest concipi substantia
creata et increata et neutro conceptus
est simpliciter simplex igitur respondendo

remanebit ratio substantie indifferens ad
utrumque contrahens et sic indirecte ac-
cepta videtur esse ratio generis. Secundo ratio
est quia multa entia simplicia po-
nuntur in genere sicut angeli secundum ponentes
eos immateriales et accidentia secundum ponentes
ea esse simplicia ratio simplicitatis dei
non excludit ab eo rationem generis. Te-
neo opinionem mediam quod tamen simplicitate
dei stat quod aliquis conceptus sit communis
sibi et creature non tamen aliquis concep-
tus communis ut generis vel conceptus
dictus in quid de deo vel quidditative
formali predicatione dictus de ipso est
per se in aliquo genere. Prima pars proba-
ta est arguendo contra primam opinionem.
Secunda pars probatur primo per aug. 5 de trinitate c.
8. Manifestum est deum abusive dici
substantiam ut sua ibi est, quia substantia dicitur
que substat accidentibus absurdum non est
quod deus alicui accidenti substet licet
ratio sic teneret non enim intelligit quod
ratio substantie sit substare accidentibus ut
substantia est genus quod premisit ibi quod
absurdum est quod substantia relative dicatur
sed substantive ut est genus et littera ut
statim post probabitur. Omnis autem substantia
creata li. capax est accidentis igitur quecumque
substantia est in genere potest substare alicui
accidenti deus non ergo. Item aug. 8
metaphysice c. 8 probat quod deus non est in genere
quia genus est pars diffinitionis deus autem est simplex
non habens partem et partem, sed deus non
est in genere. Iste due probationes sunt
sumpte per auctorem et rationem. Ulterius ostendo
propositum duobus mediis et declaratur
ex hiis que sunt propria deo primo ex
ratione infinitatis 2o ex ratione necesse esse.
Ex primo arguo dupliciter primo sic con-
ceptus huius indifferens ad aliqua ad que
non potest conceptus generis esse indifferens

non potest esse conceptus generis. Sed quidquid dicitur communiter de deo et creatura est indifferens ad infinitum et finitum loquendo de essentialibus vel saltem ad finitum et non finitum loquendo de quibuscumque quia relatio divina non est finita. Nullum genus potest esse indifferens ad finitum et infinitum. Igitur prima propositio minoris patet quia quidquid est in deo perfectio essentialis est formaliter infinitum in creatura finitum. Secundam propositionem minoris probo quia genus sumitur ab aliqua realitate quae secundum se potentialis est ad realitatem a qua sumitur differentia. Nullum infinitum est possibile ad aliquid propositio ista licet totam vim rationis et sunt in comparatione speciei et potentialitate generis. Sed utraque ista removetur a deo propter infinitatem ut patet ex dictis in quaestione praecedenti. Assumptum hoc patet per Aristotelem 8 metaphysicae oportet terminum id est diffinitionem esse compositionem longam quam praedicatur aliquid de aliquo ita quod oportet illud esse materiam et illud formam. Apparet etiam per rationem quia si illa realitas a qua accipitur genus esset secundum se tota quiditas rei solum genus complete diffiniret genus essentia et differentia non differret quia non ex eis non indicaretur primo eadem diffinitio una cum quaelibet res est secundum ipsa et non illa non quae verbis exprimeret eam non indicaret primo idem quiditatem illius rei. Habet tamen rationem aliquam per intermundo intelligo sic quod in aliquibus creaturis genus et differentia accipiuntur ab alia et alia realitate sicut ponendo plures formas in homine animal accipitur a sensitiva et rationale ab intellectiva et tunc illa res a qua accipitur genus secundum se est potentialis et perfectibilis a re a qua accipitur differentia. In aliquibus autem in quibus non est res et res sicut in accidentibus saltem in una re est aliqua propria realitas a qua sumitur genus et alia a qua sumitur differentia. Dicatur prima a, secunda b. a secundum se est potentiale ad b ita quod praecise intelligendo a et praecise intellecto b ut a intelligitur in primo signo in quo ipsum est ipsum a est perfectibile per b sicut si esset a res et b res; non perficitur realiter per b. Hoc est propter incompossibilitatem a et b ad aliquod tertium realiter primo sunt eadem quod totum primo producatur et in ipso toto ambae istae realitates producuntur. Si tamen altera illarum sine altera produceretur vere esset possibilis ad eam et imperfecta sine ea. Ista comparatio realitatis potentialis et realitatis actualis est minima quae sufficeret ad rationem generis et differentiae et ista non stat cum hoc quod quaelibet realitas sit in aliquo; realitas enim si de se esset infinita quantumcumque praecise sumpta non esset in potentia ad aliam realitatem. Cum igitur in deo quaecumque realitas essentialis sit formaliter infinita nulla est a qua possit accipi ratio generis. Tertio ex eodem medio sic conceptus speciei non est tantum realitatis et modi intrinseci eiusdem realitatis quia tunc albedo posset esse genus et gradus intrinseci possent esse differentiae specificae. Illa autem per quae quidquid aliquod contrahitur ad deum et creaturam sunt finitum et infinitum quae dicunt gradus intrinsecos ipsius. Igitur ista contrahentia non possunt esse differentiae nec contractum conceptum ita quod perfectum sicut oportet esse conceptum speciei. Primo conceptus ex tali contrahente et contracto est simplicior quam posset esse conceptus speciei. Ex istis mediis de infinitate habetur etiam quod non ad supra tacta de subsistentia actu et simplicitate autem 8 metaphysicae de potentia generis supra tacta quod utrumque est genus in specie

sine alia realitate perfectionali que non potest
esse in re simplici. Tertio arguo ex
2o metaphysice ex ratione entis esse et est
argumentum 3 metaphysice c. 9. si ens esset
hoc genus igitur intentio generis vel
cum ex se ens esse vel non si sit tunc
non restabit quomodo sit ibi differentia. Hic
intelligo si genus tunc includeret
differentiam quia sine illa non est in actu
ultimo et ens ex se est in actu ultimo.
Si autem genus includit differentiam tunc
non est genus si non tunc ens esse
est contractum ex eo quod non est ens
esse. Quantum ad illud quod additur
in conclusione de quocumque formaliter dicto
de deo dico quod nichil tale est in genere
propter idem quod nichil limitatum dicitur for-
maliter de deo quodcumque autem est aliquid
generis quocumque sit alicuius generis est
limitatum. Sed tunc est dubium qua-
lia sint ista predicata dicta formaliter
de deo ut bonus sapiens et cetera. Respondeo quod
ens prius dividitur in infinitum et fini-
tum quam in x genera quia quodlibet alterum illorum
scilicet finitum ens est communius ad x genera igitur
quecumque conveniunt enti ut est indiffe-
rens ad finitum et infinitum vel ut est
proprium enti infinito conveniunt sibi
non ut determinatur ad genus sed ut pri-
us et per consequens ut est transcendens et
ut est extra omne genus. Quecumque
autem sunt communia deo et creature sunt
talia que conveniunt enti ut est in-
differens ad finitum et infinitum. Ut
enim conveniunt deo sunt infinita ut
conveniunt creature sunt finita igitur illa
per prius conveniunt enti quam ens di-
vidatur in x genera et per consequens quodlibet
tale est transcendens. Sed tunc est
aliud dubium quomodo sapientia ponitur trans-
cendens cum non sit communis omnibus
entibus et transcendentia videntur com-
munia. Respondeo sicut de ratione generis

generalissimi non est habere plures species sub
se sed non habere aliud genus supervenien-
tius sicut hoc predicamentum ens est genera-
lissimum quia non habet genus supra ve-
niens licet paucas aut nullas
habeat species ita transcendens quodcumque non
habet genus sub quo contineatur. Unde
de ratione transcendentis est non habere
super se veniens nisi ens. Sed quod
ipsum sit commune ad multa inferiora hoc accidit.
Hoc patet ex alio quia ens non tantum
habet passiones convertibiles sicut unum
verum et bonum sed habet aliquas passiones
ubi opposita distinguuntur contra se sicut
necesse vel possibile actus vel potentia et huiusmodi.
Sicut autem passiones convertibiles
sunt transcendentes et utrumque membrum
illius disiuncti est transcendens quia
neutrum determinat suum determinabile
ad certum genus et tamen unum membrum
illius disiuncti formaliter est speciale
non conveniens nisi uni enti sicut
necesse in ista divisione necesse vel possibile
et infinitum in ista finitum vel infini-
tum et sic de aliis et ita potest esse sapientia
transcendens et quodcumque aliud quod
deo et creature licet aliquod tale
dicatur de solo deo aliquod autem de
deo et aliqua creatura non oportet autem transcendens
ut transcendens dici de quocumque ente
nisi sit convertibile cum primo transcendente
scilicet ente. Aliqui probant quod deus non est
in genere quia contineret in se perfectiones omnium
generum. Sed argumentum non valet quia
continens aliquid continet illud per mo-
dum sui sicut cum modo quo est genus
generalissimum ut si accipitur pro omnibus
speciebus inferioribus continet virtualiter omnia
accidentia ita quod si deus sola individua
substantiarum crearet illa haberent in se virtu-
aliter unde continent omnia accidentia
et tamen propter hoc non negantur substantias

tatas esse in quantitate quia continet v-
irtualiter actualiter per modum finiti et non per
modum actualium ita etiam ex hoc
posito quod deus contineret perfectiones
omnium contentorum non sequitur ipsum non esse
in quantitate quia sic continere non exclu-
dit finitatem nec sic virtualiter contine-
re est esse infinitum sed ex hoc sequitur
si ex infinitate absoluta dei sicut pri-
us deductum est. Sed contra hoc instatur
quod infinitas simpliciter non concludit oppo-
situm quia plus quam totum intercipiat
diffinitionem habet linea recte / linea recta
est cuius medium non exit extrema
per hoc quod si esset linea infinita pos-
set esse recta et tamen non haberet medium
nec extrema non est autem diffinitio
aliqua intercipienda per hoc quod non
convenit alicui cui impossibile est esse
in quantitate igitur non est impossibile lineam infi-
nitam esse in quantitate et per consequens infinitas
non excluditur a quantitate. Respondeo primo ad
intentionem aristotelis quod linea recta est quedam
totum per actus et sic hoc totum diffinitur
assignabitur diffinitio una conveniens
linee et alia conveniens recte illud autem
quod conveniebat recto loco diffini-
tionis non contradicat formaliter infini-
to quia rectum non contradicat formaliter
infinito et utrumque repugnat for-
maliter diffinitio et diffinitum quod autem
in diffinitione illa quam intercipiat plus
assignatur tamquam diffinitio recti est
habere medium inter extrema hoc autem
formaliter repugnat infinito igitur
oportet si diffinitio ista sit bona quod rectum
formaliter repugnet infinito. Sed
hoc est contra philosophum licet virtualiter repugnet
infinito quatenus secundum se sicut linea
repugnat formaliter infinito non
ergo intendit philosophus dicere quod linea
infinita potest esse in quantitate sed quod recti-
tudo non repugnet formaliter infini-
tas et non illa diffinitio cui repugnat

infinitas non est recti in quantum rec-
tum cum intercipiatur spatium linea recta
est longitudo sine latitudine cuius
extrema sunt duo puncta eque posita
sunt quia hoc esset aliquid repugnans
infinitati sed illud assignaretur linee
tamquam recte linee non tamquam recte et non
bene assignaretur quia ipsi linee
repugnat tunc infinitas et non bene
assignaretur sibi diffinitio cui repug-
nat infinitas. Sed alia est diffi-
cultas ad idem utrum linea infinita possit esse
in quantitate continuata et si sic non videntur va-
lere due rationes supra ex infinitate
Respondeo numquam ad summum in inferiori sequitur
summum in superiori nisi illud infinitum
sit nobilissimum contentum sub illo superiori
propter non sequitur perfectissimus asinus
igitur perfectissimum animal. Sed contra maior sic
perfectissimus homo igitur perfectissimum animal quod
homo perfectissimum animalium contra non sequitur
optimum sive perfectissimum ens ad perfectissi-
mum aliquod ens quod continetur sub eius
quantitas autem nec aliquid alicuius ge-
neris est tale quod quodlibet est limitatum
primo non est tale quod est perfectum simpliciter
quia ex se potest esse infinitum et non
sequitur perfectissima quantitas ergo perfectis-
simum ens nec etiam sequitur de aliqua
re alicuius generis sed non sequitur perfectis-
sima unitas vel bonitas et hominis igitur
perfectissimum ens quamvis igitur hoc contra-
dictio infinitas que dicit gradum
non possibilem excedi addatur ali-
cui non tamen sequitur infinitum ens nisi
illud cui additur sit perfectissimum magis
est id entis quod si dicat perfectionem
simpliciter et non licet quantitas esset infinita
in ratione quantitatis quia non quantitas
non est perfectio simpliciter non sequitur quod
sit infinitum ens. Non potens con-
di imperfectione esset igitur linea infinita
in quantitate quantitatis quia ipsa esset simpliciter

ens limitatum et expressum a simpli-
perfectioni entis sed infiniti ens simpli-
non potest esse in genere et ideo est quia summa
infinitas non tollit omnem potentiali-
tatem quam requirit ideo genus sed tantum po-
nit infinitatem. 2um quod alicuius imp-
fecte entitatis in qua ut est illa licet
potest esse compositio in quocumque gradu ita
ubi illa ponatur. 2a non infinitas
necessario tollit sicut prius est declaratum
Contra ista obicitur quod tunc contradic-
toria ponatur concedendo conceptum communem deo
et creature et negando deum esse in
genere omnis enim conceptus dictus in quid
si est conceptus generis vel est conceptus
generis vel differentie aliquin erunt plura
predicamenta quam docuit Aristoteles in top.
Ad hoc dico quod non sunt contradictoria
quod patuit auctoritate a. de tri. ubi
prius ubi negat deum esse substantiam conce-
dit tamen quod ipse est essentia Sed
si esset conceptus alius equivocus ens commu-
ne ut convenit deo et creature ita
posset esse conceptus equivocus essentie
et posset dici substantiam sicut essentia
Similiter aliter 8 metaphysice c. e. ubi negat
deum esse in genere et tamen concedit ipsum
esse substantiam i. ens non in alio et quod
accipiatur ens non equivoce ab illo concep-
tu 2um quod dicitur in contrarium videtur per ipsum
primo metaphysice ubi dicit quod ens in se non
habet principia quare scientia non inqui-
rit principia entis absolute sed alicuius entis
Si autem ens haberet conceptum aliud in
deo bene entis esset principium 2um se
quia entis 2um conceptum bene esset prin-
cipium ipsum ens 2um aliud conceptum
Et arguis si est dictum in quid ergo
genus est vel differentia Aristoteles 8 metaphysice di-
cit quale principium predicatum dictum
in quid sit diffinitio inducit eum ibi
dicta aresponitorum (?) contra ydeas platonis

quod in hoc apparet dicens deum esse
rationem longam et post subdit quod substantie
est cuius convenit esse deum puta compo-
site sive sensibiles sint sive intel-
ligibiles primorum autem ex quibus hec
non est simpliciter diffinitio et subdit ideo
si quidem aliquid de aliquo singulare
est diffinitio hoc debet intelligi virtualiter
non formaliter sicut alias dictum est
et subdit oportet quidem hoc esse ut
materiam illud vero ut formam Ex quo
videtur ibi arguere quod si ponetur ydea
non esset diffinibilis et si ideo sua aliquo modo
valeat propter simplicitatem ydee multo
magis negaret ipse diffinitionem a deo
cuius summa est simplicitas sequitur ergo
quod nichil dictum sit de deo in quid ut
diffinitio. Ex eodem etiam sequitur quod
nichil dicatur de deo in quid ut genus
quia quidquid habet genus potest habere differentiam
et diffinitionem quia in a. metaphysice dicitur genus
aut nichil est preter species aut si est
est quid ut materia et tunc cuius est genus
oportet ponere ipsum posse habere differentiam
tamquam formam Si ergo aliquid est dictum
de deo in quid arguendo ex auctoritate
Aristotelis constructive non destructive sed non
quod illud sit genus vel diffinitio sed
ad inferius est genus vel diffinitio quia
Aristoteles non dixit esse alia predicamenta dicta in
quid igitur non sunt alia arguis ab auctoritate
destructive et est fallacia consequentis Sed dices
ergo tunc Aristoteles non tradidit sufficientiam
omnium predicamentorum dictorum in quid Respondeo philosophus primo
topicorum distinxit predicamenta propter distinctionem
predicatorum quia diversa predicabilia habent
diversum modum predicandi ex diversis
predicamentorum non igitur enumeravit ibi omnia
predicamenta quia non dicuntur specialiter licet dicantur genera-
liter collocantur sub genere et tamen dicuntur
specialiter habent ...m rationem predicamenti species et

hec ratione propriam predicati alia diffini-
tione alioquin male poneret porfirius.
Vel alia sufficienter igitur ibi distinxit
predicamenta quia distinxit omnia de
quibus problemata querenda requirunt
specialem artem formandi quam ibi
tradere intendebat, concedendum autem
non sunt talia predicamenta quia non sunt
de eis problemata specialia problemata enim
supponunt aliquid certum et querunt dubium
ex 1 methaphisice c. ultimo eius autem et
res imponuntur in ara prima impressione
2um autem 1 methaphisice c. 4 et 10 comprehensibilius
illius quissimis non sunt problemata per se
formalia igitur nec oportuit ea inmani-
festa predicamenta problematizare. Sed nunquid
aristoteles docuit nusquam ista predicamenta quia
Dicendum ex 8 methaphisice docuit nichil de deo
ut genus ex auctoritate pauli et tamen
docuit 2 methaphisice univocatione divinitate de
deo dici et creatura sicut supra allegatum
principia sempiternorum esse ve-
rissima et in hoc docuit entitatem
dici univoce de deo et creatura quod subdit
ibi 2 methaphisice sicut unumquodque ad esse
ita ad veritatem patet etiam 2um enim
quod si eius dicitur de deo hoc esset in quid
igitur in istis implicite docuit predicamento
concedendo aliquod in quid et non esse
genus nec differentiam et alia predicamenta
concedendum qualia dici in quale ut
verum et bonum et tamen non esse accidentia nec
creatura 2um quod ista creatura vel a compe-
tit speciebus aliquorum generum quod nichil
quod esset species alicuius generis conveniret
aliquo modo deo docuit etiam idem
aliquo modo 5 topicorum in fine si sequitur
in quid aliquid semper et non convertibiliter
difficile est separare quod non sit genus
et subdit postea nichil ut genus eo quod
semper est genus tamen non convertitur q. d.
hec videntur expedit secundo contra

omne genus non convertibile esse predicamentum ut
genus et si non loquitur de predicamento
in quid non haberet affirmativam illud quod
ipse docet apponentem nichil ut
genus, igitur convenit ibi quod aliquid
est predicamentum quod dicitur in quid quod non
est genus et quod loquatur de predicamento
in quid videtur per exemplum sua singularitas
est quies predicatur enim in abstracto
non est in quale ut denominativa
antecedente per 2a opinio dictum Tertio licet multa
verba dicat in diversis locis que in
deum dicuntur de deo esse in genere videtur
tamen quod dicat in 8 c. 5 solvit
omnia ibi enim dicit sic substantia que con-
tinet super substantiam increatam dicendum quod
absolute autem et contrarie omnium creaturarum
generalissimam non dicat igitur substantia que
est generalissimum continet creaturam dicendum
sicut continet creaturam secundum substantiam
hoc est accipiendo illud quod quod
est perfectionis in substantia 2um quod est genus
et relinquendo quod est imperfectionis quod
dicat augustinus 5 methaphisice deum esse cum
per se. Ad boecium dico quod nunquam inve-
nitur dicere in libro illo quod deus contineatur
maneret in divinis nec breviter generalissimum
nec modi generum ut rationes corpora
nec ibi quia sicut genera et ea que
in eis sunt limitata sunt et modi et rationes
corporum loquendo de rationibus primo in
tentionis que fundantur in istis quia
in limitata non possunt fundari nisi limitatio
dicat tamen boecius de trinitate c. quod
eminent predicamenta si quis hec in divinitatem
predicamentorum converterit omnia mutantur que
mutari possunt ad aliquid non omnino non
potest ibi et nostra etiam a continet verum
relatio multiplicat trinitatem et expresse
accipitur quod mutat substantiam et relationem non
non in divinis secundum expresse dicat ibi nec

substantia que est genus vel aliquid
eius manet ibi dicit eciam ubi cum
dicimus deus substantiam significare videmur
secundum eam que sit ultra substantiam quod dum
substantiam dixit supersubstantialem intendit igitur
quod duo modi predicandi sunt in divinis
scilicet predicamentaliter relative et essencialis quos mo-
dos ad magistrum exponit q. de t. c. 6
ut respectu ad se et ad aliud et omnia predicamenta
formaliter dicta de deo sub altero mem-
brorum continentur. Sed sub primo membro
continentur nulla predicamenta que habent simpliciter
modum predicandi qualitati et quantitati
non autem illa sola que habent simpliciter
modum predicandi illis que sunt de predicato
substantie. Sub 2o membro continentur omnia
que habent simpliciter modum predicandi quibus-
cumque relativis sive sint secundum esse relativa
sive non et quare omnia essencialia dicuntur
predicari per se 2m substantiam et contra ea
distinguuntur predicamentaliter dicta ad aliquid
tamen tamen ista predicamentaliter dicta ad aliquid propter
imperfectionem transeant in substantiam sicut
alia ratio assignabitur in questione sequenti de
attributorum distinctione prima contra solucionem prin-
cipalem. Ad augustinum dico quod non videtur
hic intendere nisi sui quod ad 19o
querit an in predicamentis sit aliquid
unum quod sit mensura aliorum an hoc
ipsum unum et probat ex intencione contra
Platonem quod non sit ipsum unum sed ali-
quid cui convenit ipsum unum sicut est
in aliis generibus omnibus loquendo de
uno et de omnibus aliis mensuris
in illis generibus et concludit quare si-
quidem in passionibus et qualitatibus
et quantitatibus ipsum unum aliquid unum
sed non hoc ipsius substantie et in substantiis necesse
est similiter se habere. Sic eciam se habet in
omnibus supra quam licet ponit commen-
tator verba preallegata sit primus mo-
tor ponitur mensura ipsius generis

substantie hoc ipsum unum ponitur mensura
quia primus motor propter suam simplicitate
te suam multo verius est hoc
ipsum unum quam ydea platonis quod
igitur mensura prima illius generis. Uno
aliqua substantia prima ipsius generis
cui convenit unitas non est autem
primus motor mensura intrinseca illius
generis sicut nec aliorum quatenus non
est aliquo modo mensura extrinseca
omnium et immediatius mensura substantiarum
que sunt perfectiora entia quam accidentia
que sunt remociora ab ipso nullius
tamen generis est mensura intrinseca
Ad racionem primam dico quod si contra hos
substantiam per entitatem et infinitatem non accipitur
ibi substantia ut est conceptus generis genera-
lissimi quia infinitas repugnat substantie
hoc modo includit eius limitacionem
Sed accipitur ibi substantia pro ente in se et non
ente in alio cuius conceptus prior est
et communior conceptus substantie ut est genus
sicut patuit supra per ad. Ad secundam
concedo quia composicio rei non requiritur
in ente in genere sed requiritur composicio
realitatis et realitatis quarum altera
precise sumpta in primo signo nature
est in potencia ad alteram et perfecti-
bilis per ipsam talis autem composicio
non potest esse realitatis infinite ad re-
alitatem infinitam omnis autem relacio
in deo est infinita formaliter ut supra
declaratum est 3o. Ad primum principale
concedo quod iste conceptus dictus est de
deo et creatura in quid contrahitur per
aliquos conceptus dicentes quale
sed nec iste conceptus dictus in quid
est conceptus generis nec illi conceptus
dicentes quale sunt conceptus differentie
quia ille conceptus contrahibilis communis
est ad finitum et infinitum que communi-
tas non potest esse in conceptu generis isti

conceptus contrahentes dicunt modum intrinsecum ipsius contracti et tamen aliquam realitatem perficientem ipsum. Dicunt autem non debent modum intrinsecum realitatis alicuius communis quia in utroque gradu intelligitur aequalitas non propter hoc intelligitur vel aequalitas vel inaequalitas esse modus intrinsecus aequalitatis. Sed ad hoc intelligitur aequalitas in tali gradu ut perfectibilis a aequalitate vel inaequalitate. Sed hic est unum dubium quomodo conceptus realis communis deo et creaturae accipitur nisi ab aliqua realitate eiusdem communis et tunc videtur quod sit possibilis respectu illius realitatis a qua accipitur conceptus determinabilis distinguens sicut prius argutum est de conceptu communis et determinabilis et tunc stat argumentum superius factum pro prima opinione quod si esset aliqua realitas distinguens in re et alia distincta videtur quod res sit composita quia habet aliquid quo conveniat et aliquid quo differat. Respondeo quod quando intelligitur aliqua realitas cum suo modo intrinseco ille conceptus non est ita simpliciter simplex quin posset concipi ista realitas absque modo illo sed tunc est conceptus imperfectus illius rei. Potest etiam concipi sub illo modo et tunc est perfectus illius rei. Exemplum si esset albedo in x° gradu intensionis quantumcumque esset simplex omni modo in re posset tamen concipi sub ratione albedinis tantum et tunc perfecte conceptu adequato ipsi rei posset etiam concipi praecise sub ratione albedinis et tunc conciperetur conceptu imperfecto et deficiente a perfectione rei conceptus autem imperfectus posset esse communis albedini illi et aliis et conceptus perfectus esset proprius. Requiritur ergo distinctio inter illud a quo

accipitur conceptus communis et conceptus proprius non de realitate et realitate sed ut distinctio realitatis et modi intrinseci eiusdem quae est sufficit ad habendum conceptum perfectum et imperfectum de eodem quorum imperfectus sit communis et perfectus sit proprius. Sed conceptus communis et determinabilis requirunt distinctionem realitatum non tantum eiusdem realitatis perfecte et imperfecte conceptae. Hoc potest declarari si ponamus aliquem intellectum perfecte moveri a colore ad intelligendum realitatem coloris et realitatem differentiae quantumcumque haberet conceptum perfectum adequatum illius realitatis non haberet in hoc conceptu realitatem a qua concipitur differentia nec eciam sed haberet ibi duo obiecta formalia quae nata sunt terminare distinctos conceptus proprios. Si autem esset tantum distinctio in re sicut realitatis et sui modi intrinseci non posset intellectus habere conceptum proprium illius realitatis et non habere conceptum illius modi intrinseci rei saltem ut modi sub quo concipitur licet ille modus non concipiatur sicut de singularitate concepta et modo sub quo concipitur distinctio alibi. Sed in illo perfecto conceptu haberet unum conceptum adequatum illi scilicet rei sub modo. Et si dicas saltem conceptus communis est indeterminatus et possibilis ad specialem conceptum et realitas ad realitatem vel saltem non est infinitus quia nullum infinitum est possibile ad aliquid. Contra quod ille conceptus communis deo et creaturae est finitus hoc est de se non infinitus quia si esset de se infinitus non esset communis de se finito et infinito nec est de se infinitus positive ita quod de se includat ~~infinitatem~~ infinitatem quia tunc non conveniret infinito sed est de se indifferens ad finitum et infinitum et ideo est finitus negative id est non ponens infinitatem.

et tali finitate est determinabilis per aliquem talem conceptum. Sed si arguas igitur realitas a qua accipitur conceptus finitus non sequitur, non enim accipitur ab aliqua realitate ut conceptus adequatus illi realitati sive ut conceptus perfectus adequatus illi realitati sed diminutus vel imperfectus intuitive etiam quod si illa realitas a qua accipitur videretur perfecte et intuitive intuens ubi non haberet distincta obiecta formalia secundum realitatem et modum. Sed idem obiectum formale intellectus tamen intellectione abstracta propter imperfectionem illius intellectionis potest habere illud pro obiecto formali licet non habeat alterum. Hoc autem potest ulterius declarari quia si angelus vel homo potest esse proprium individuum puta in re proprium individuum speciei proprium individuum animalis proprium individuum hominis conceptus non tamen conceptus generis est potentialis ad conceptum differentie sed proprium individuum generis est possibile ad proprium individuum differentie. Si autem accipiamus proprium individuum huius conceptus entis quod individuum est in deo et proprium individuum eius quod est infinitum idem individuum est nec est possibile ad se ipsum. Sed queres saltem quare entitas non habet proprium individuum in re quod sit in potentia ad individuum determinans ut primo intelligatur hoc ens quod infinitum. Respondeo quia quod aliquid est de se esse et non tamen capax ipsius esse est de se huius qualiter conditionem necessario requirentem ad esse. Ens autem ut convenit deo secundum ipsum esse vel ens per essentiam est ipsum esse infinitum et non tamen aliquid cui convenit ipsum esse et id ex se est hoc et infinitum ut quod prius intelligitur aliquo modo infinitas esse modus entis per essentiam quam ipsum intelligatur esse

haec ideo non oportet querere quomodo hoc ens sit infinitum quam prius conveniat sibi singularitas quam infinitas et ita est ubi in hiis que possunt esse entia per essentiam vel per participationem tale enim primo determinatur ex se ut sit tale per essentiam et ita ut sit infinitum tale et ut sit hec de se. Et si arguas individuum includit igitur conceptus includit individuum conceptus igitur si hoc ens includit infinitatem habet et ens in quantum includit infinitatem in quantum. Respondeo quia non valet quod individuum includit aliquam perfectionem quam non includit commune et propter illam perfectionem potest formaliter includere infinitum et tamen quod ex hoc conceptus communis non includit illud ut conceptum inclusum sed est aliquo modo determinabile per ipsum. Ad autem 2o modo patet per ipsum in isto ut dictum est. Ad dictum 4o patet per magistrum distinctione 19 ponit enim ibi speciem per aliqua similitudine ad individua et tamen maior differentia 2m aliquos et ideo augustinus negat ibi speciem sicut et genus unde illa diffinitio porfirii species dicitur que predicatur de pluribus in quid debet intelligi quod in pluribus illis plurificetur species 2m namque in personis autem divinis non plurificatur natura divina species etiam 2m se habet realitate correspondentem sibi possibilem ad propriam realitatem individui essentia divina nullo modo est potentia ad relationem sicut dictum est supra distinctione 4 q. 2. Ad ultimum de sapientia dico quod non est species generis ut differentia ad divina nec 2m illam rationem differentie sed differentia 2m rationem sapientie ut est transcendens quo autem tale possit esse transcendens dictum est in solutione principalis 3o. Dubium tamen est de hac sapientia que est in nobis utrum sit individuum sapientie transcendens et qualitas

a n altius tm & q no utrusq; v
qua nichil idem qtinet sub diu
sis pdicamentis dictis in quid de
eodem no subaltius sapia aute
tnscendens & qualitas no sut sub
altna g°. // p° sapia tnscendes e
passio entis igr ens no dr de
ea in quid nec eq'uo ex d 3° igr
nec aliquid in quo includr sa
pien tnscendens includet ens
in quid quia tnc illud eet eus p
actus includet eud eeuciar rom
plu & passionis que no faciut ali
quid p se s3 p actus tm // Si hec
aute argumenta valeant & h sapi
encia i nobis sit tm individuu
sapie tnscendent ul tm gnus
qualitatis 2m no uidet dandum
quia tnc no eet i nobis pfectio
simpr quod uidet gtra ag 14 de t
r 3 omnis ita nos creatura clamat
H Si pmum det igr omnis hitus
no est formalir in gne quali t
s3 omis sut tnscendentes qui impor
tant pfectionem simplr

Item quarto quir utr cum
simplicitate diuina possit
aliquo no stare distinctio pfo
conceptu pcedens aliq° mo oem
actum intellectus & arguitr q no
aug 14 de tri c 3 no sicut in creatura
sapia & bonitas sut due qualites
ita in deo s3 quia in sma ipa est &
bonitas ex h° ar° pdicao in abs
tractis no est va nisi sit p se p°
mo igr ista sapia est uitas est
p se pmo mo & ita nullo mo d
uit sbm & pdicatu s3 sbm p se in
cludit pdicatu quia hoc ptinet
ad pmu modu p se g° // Cont dand
li i c e si inspia si bonu & si quod
aliud tale dixis no nam dicis
dei s3 que ita nam Sz talia sut

in deo ante omez actu intellus
igr ante ome opus & actu intel
lectus est aliquid in deo q no est
id formalir // Qu ista qone sunt
multe op quas no omis intendo
recitare Sz due sut tenentes qcl
sione negatiua que tn in se gtra
dicut unq; ponit & ad simplicitate
diuina no stat d attributorum aliqua
nisi rd rone Sz pma ponit q eo
nec ista distinctio ronis pt hri
nisi p actu intellectus intelligent
deum p respectu ad extra / 2a po
nit q illa distinctio ronis pt hri
absq; respectu ad extra / pma in
nitr isti roni quecumq; in uno ex
tremo est d° ronis cui correndet
in alio extremo d° realis d ut
d° ronis sumitr p comparacoz ad di
stincta realir ex° de distincto
ronis dextri & sinistri in columpna
que sumitr p respectu ad d cor
realem in ali sbr de distinctione
ronis in puncto ut est pncipiu
& finis que sumunt p respectu ad
li°s realr diuisas Sz attributa
diuina hnt in creaturis aliqua sbi
correndencia realir distincta ut bo
nitas bonitate sapia sapia et
alia que ne dicut attributa p que
excludutr quedam imperfectes diuine
ut compositionis & ceitas que spe
no sut attributa g° // Adherentes
hnt roni tenet q attributa distingu
p actu intellectus uni compant
ipa ad correndencia eis in creatur
in tm q illis correndentibus distinpt
no nisi unitas qceptus & simplex
formari possz de essencia diuina que
unico nomine exprimetr ung alia
noia si imponentr aut eent syno
nima q idem re & rone correnden
rent eis aut uana q nichil eis

correspondet. Modus ponendi est talis omnibus rationibus attributorum que significant perfectionem in deo et in creaturis correspondet in deo unitas essentie non solum ex quod absolute sumpta ut deus est sed solum respectu que sumpta ad creaturam non in genere cause efficientis sic cum nullum sumitur attributum ut sapientia quia sapientiam facit nec etiam ad remouendum aliquid a deo quod deus non videatur dicatur et tale sed inquantum est diuina comparatur ad creaturas solum rationem cause formalis integritate omnis perfectionis in se continens que dispersa et imperfecte est in creaturis et per hoc essentia illa est ab omnibus diuersimode nominabilis ultra pluralitatem perfectionum attributalium ut est in ea diuina est sicut potentia ut autem est in conceptu intellectus est sicut in actu ex hoc de ueri in re et in intellectu sed diuersimode sunt ac ista plura in diuersis intellectibus in diuino quidem et in creato licet ex plenitudine perfectionis illius essentie sunt propter ipsam concipitur solum diuersas rationes et ex hoc prouenit multitudo conceptionum solum actu in intelligentia. Sed ab intellectu intellectus naturali lumine concipitur a posteriori inquantum ex perfectionibus realiter diuersis in creaturis format conceptiones et perfectiones correspondentes in deo proportionales nullus tamen intellectus sic respectu ad illa proportionalia eas actu intelligit sine ab ipsis proportionalibus intelligit eas ut diuinus intellectus sine non sed ex essentia ut primus intellectus et secundus licet perfectiones inquantum actu intellecta sint diverse rationes et dicatur sic in conceptu perfectionis determinate ex respectu ad determinatam sibi in creatura correspondente. Alii declarant illam positionem sic sicut intellectus diuinus apprehendens suam essentiam solum re simplicem

et simplicem virtualiter tamen omnes perfectiones simpliciter et absolute absque limitatione et defectu contentiue que ipse sunt perfectiones eminentius unitatis est a quibuscumque rebus quascumque perfectiones limitatis importantibus easdem perfectionibus eminentia conperfecta existens intelligit illam ut una solum rem multiplici perfectione solum rationem differentie perfectam et sic non apprehendet creatura diuersis perfectionibus realiter differentibus. perfectio inquantum bona est sine quod ista importat diuersas perfectiones in creatura non apprehendunt et sic sub alia ratione perfectio sapientia et sub alia ratione perfectio bonitatis nec apprehendet deus rationis nisi suam sapientiam et suam bonitatem nisi apprehendet deus solum rem sapientie et bonitatis in natura aliquo ab uno eodem modo se habente solum rem et solum conceptum sumitur unitas et pluralitas. Cum igitur essentia diuina ut in se consideratur non sit nisi quid indistinctum omnino simplex et ideo non potest dici quod absque comparatione eius ad alia in quibus inuenitur diuersitas rei uel rationis talis diuersitas uel distinctio posset esse in ea quia cum apprehenditur illud quod est omnino simplex et unitum sub ratione que sibi competit solum se et absque similitudine ad aliquid in quo sit aliqua distinctio sicut apprehensio non est nisi unum solum rem ita non potest apprehendi nisi solum unam simplicem rationem nec illa etiam sic intelligibilis et intellectus sic ita suam essentiam apprehendendo ut deus quedam ex comparatione eorum ad inuicem ut ut mutuo se respicientia nisi illa in sua deitate existente supponatur sine quidam deus importata que cum apprehenduntur ut quedam diuersa mutuo se respicientia et que etiam operatione intellectus ut deus comparantur

ad invicem iam in sua d(iffinitio)ne existente
supponuntur que autem comparatione rationis
vel intellectus non habent quod sunt quedam
circa s(ecundu)m rationem et ad invicem s(ecundu)m rationem
d(iffinitio)ne non possunt constitui in tali suo esse
et habere d(ifferentia)m habent s(ecundu)m rationem ex comparatione
eorum inter se per comparationem rationis vel intel-
lectus primo ista s(ecund)a comparatio rationis pre-
supponit primam, ita quod primo per unam
comparationem rationis constituuntur in tali esse
distincto s(ecund)o per aliam comparationem intellectus
sic distincta ad invicem comparantur
sicut enim res naturales absolute ad invi-
cem comparantur supponuntur habere distinctum
esse s(ecundu)m rem sic etiam res rationis
ad invicem comparantur supponunt ipsas
habere distinctum esse s(ecundu)m rationem igitur si
intellectus divinus apprehendit essen-
tiam ut differentem s(ecundu)m rationem ab attri-
butis et etiam apprehendat ipsa attri-
buta ut d(iffere)ntia s(ecundu)m rationem et sub illa d(ifferenti)a
comparantur ad invicem in ipsa s(ecundu)m se
sunt ista actualiter ut sic d(iffere)ntia et sub sua
d(ifferenti)a actuali qua sic habent s(ecundu)m se movet
intellectum divinum ut ipsa sic distincta
concipiat et ad invicem comparet hoc
autem non videtur conveniens. Consimiliter
ista ratione sic quecumque dicuntur aut habent
differentiam s(ecundu)m se sive ex se ipsis formaliter
per illud quod sunt s(ecundu)m se ipsa absque
comparatione ad alia d(iffere)ntia et talia diffe-
runt s(ecundu)m rationem aut habent substantialiter
et d(ifferentia)m ex comparatione ad alia realiter
differentia et talia differunt ratione hoc patet
in creaturis nam supposita univoce
forme specifice s(ecundu)m rem in illa distinguit
intellectus ratione generis et differentie que differunt
non diverse res sed hec diversitas non
potest accipi in illa re una et simpliciter
nisi per intellectum comparetur ad alia
realiter differentia et s(ecundu)m quendam ordi-
nem illi unite rei convenientia unum
et idem etiam non habet diversas rationes
boni et veri nisi intelligendo et volendo
illud unum et idem sub eo quod cadit sub alterum
actus realiter diversis et ad invicem ordi-
nati hoc etiam patet in deo quod sine
comparatione omnimoda ad diversas crea-
turarum essentias reales distinctionem
importantes essentia divina non apprehen-
deretur ab intellectu divino sub ratione diversa-
rum ydearum vel formarum sola ratione diffe-
rentium sed sub una simplici ratione
omnino indistincta et hec est intentio
commentatoris 12 methaphisice ubi loquens de hu-
mana dicit quod vita sapientia et huius-
modi de deo et de nobis dicuntur equivoce quia deus et nos
vivens et sapiens et cetera aut ista
que significantur per modum dispositionis
et dispositi in rebus temporalibus redu-
cuntur ad unum in esse et duo in consideratione
intellectus enim creatus est dividere
adunata in esse sed in rebus composi-
tis disponit composita vel formam for-
mam per formam intelligit utraque ordi-
nata aliquo modo et d(iffere)ntia alio modo quo
autem sunt composita dispositio et dis-
posita in rebus temporalibus nisi reducuntur
ad unam intentionem omnino et nullus
modus est quo predicatum distinguitur
a subiecto extra intellectum sed in essentia
rei sed nullam differentiam intelligit intellec-
tus nisi ea in essendo nisi s(ecundu)m compara-
tionem quia idem respicit ut dispo-
sitionem et ut dispositum et per hoc ut diversa
quorum comparatio est ad invicem sicut compa-
ratio predicati ad subiectum intellectus enim sic
intelligendo idem s(ecundu)m pluralitatem ad
positionem tantum et etiam in rebus composi-
tis sicut intelligit multa s(ecundu)m pluralitatem
Contra positionem istam arguo sic
sic quidquid perfectionis simpliciter est in
creatura principaliter est in deo et
et non respectu alicuius attributum est
simpliciter perfectionis in creatura itaque
simpliciter melius est ipsum quam non ipsum

p° maior perfectio simpliciter est in-
dependens ab imperfecto sicut imperfectum
dependens a perfecto attributale perfec-
tio est in deo perfecte incarnata imp-
erfecte similiter non esset in sue perfec-
tionis simpliciter nisi esset continens quamlibet
perfectionem simpliciter sine respectu ad ad
extra Minor declaratur sic quia cum
quodlibet creatum in esse quidditativo
est limitatum et quelibet eius perfectio sibi
essentialis id a natura tali sumitur
attributum pari cum ratione a qualibet
essentia creata sumeretur attributum sed
ab illo quod est perfectio accidentalis
creature sine in bene esse sumitur att-
ributum quod dicitur perfectionem simpliciter et probatur
subiectam quia licet ut natura quedam
habeat gradum limitatum tamen perficiens
aliud in bene esse eius naturam limi-
tationem importat et sic est attributum
sic etiam in deo non nominat perfectionem
primam sed quia accidentaliter in bene esse
ag in de tri si dicimus sapiens potens
speciosus spiritus quod novissimum po-
sui videtur subiectam suffitientem retrea non
huius sibi qualitates etc. Secundo illa
non distinguuntur per respectum ad ex-
quorum quodlibet continet essentiam 2am
omnem rationem ydealem sed quodlibet
attributum continet essentiam 2am omnem
rationem ydealem perfectionem ydealis
ergo. Maior patet quia ratio ydealis cor-
rindet perfectioni creature inquantum ea
perficitur in esse quidditativo et per quas
sub ratione qua essentia illa est limitata
et ideo 2am diversos gradus limitatio-
nis distinguuntur non autem inquantum
essentia illa est perfecta simpliciter quia
sic convenit omnibus unum attributum
in deo ut bonum vel perfectum Ex
hoc apparet probatio quia cum quodlibet
attributum est perfectio simpliciter ex de-

claratione minoris prime rationis sequitur
quod quodlibet est imitabile ab omni quiddi-
tate patet etiam minor quia continens
omnem ydeam equaliter videtur respicere
omnem ydeatum et ita per respectum ad
nullum potest distingui ab alio quia siliter
respiciunt quodlibet unum sapientia attri-
butum non magis respicit sapientiam yde-
atam quam coloris ydeatum quia utramque
sic eque est limitatum nec ab uno
magis sumitur attributum quam ab alio
Tertio distinctio attributorum est fundamentum
distinctionis emanationum personarum quia filius procedit
nascendo ut verbum in intellectu spiritus
sanctus inspirando ut amor in volun-
tate et non libro quia non possit esse nisi
esset aliqua distinctio intellectus et
voluntatis ad intra sed productio perso-
narum ad nichil extra intrinsece comparatur
ergo. Quarto deus intelligit essentiam suam
inquantum vera et non inquantum bona et
vult eam inquantum bona non inquantum
vera ab eterno etiam intellexit se
intelligere essentiam et velle eam sine
respectu ad extra quia ille actus
consequitur naturalitatem naturalem igitur
sine tali respectu includitur in essen-
tia sua rationem veri et boni et similiter
intelligentis et intellecti volentis
et voliti formaliter distinctas ergo. Quinto
beatitudo divina consistit in actibus perfec-
tis intellectus et voluntatis sed omnia
attributa divina mutuo se respiciunt
in perficiendo actus illos ut patebit
beatitudo autem dei a nullo respectu
ad extra dependet ergo. Contra rationem
eius maior est falsa tamen quia cum dis-
tinguitur essentia divina ab attributo
ratione potius unum attributum ab alio
nunquam ergo sequitur essentia ut essentia
non est dei nisi respectu ad extra
tamen quia verum et bonum inquantum dis-
tinguuntur de rationis a quibus ergo etc.

distinctis sumitur hec d. a nulli sed
a vero et bono in deo que ratione dif
ferunt. Cum tertio quia ubi est una
d. rationis non requiritur respectus ad
aliquid extra sicut e in diffinitione
et diffinito et talis e distinctio in
attributis que sunt oppositum intellectum divine
d. ratione licet sunt virtus actus intel-
ligendi in deo quod autem requirit re-
spectus ad extra nec distinctio p
tum est ab intellectu ptum aliunde
et hec vel a diversis correspondentibus
ex. dissimode ut patet in exemplis
adductis de columpna et puteo vel
ab eodem dissimode correspondente ut
patet in 2a instantia. Quantum ad maiorem
Contra minorem illius rationis arguitur
sicut non omnia attributa pertineat ad
intellectum et voluntatem que sunt prin-
cipia emanationum ad personas dis
tinctas realiter potest reduci distinctio
attributorum ita quod illa que pertinet
ad intellectum habet respectum ad ge-
nitorem que autem ad voluntatem ha
bent respectum ad spiratorem ut sic
intellectus naturalis non distinguit hec
et illa nisi ex respectu ad alia
in creaturis ad quas omnia sunt
intellectum reflectitur sicut intellectus
beatus de personis ad quas totum suum
intellectum dirigit. Est alia positio
que dicit quod essentia divina absolute con-
siderata inquantum naturalis essentia nul-
lam habet distinctionem rationum nisi quia
impossibile quod [illegible] multiplicatas rationum
non est in deo non est eius in intellectu
tuo non in re considerata non ipse sed
inquantum veritas patet sic habet esse in
intelligentia potest dupliciter accipi vel
inquantum movet intellectum quod simpliciter
intellectum et sic ad hoc concipitur quod per
rationem sue simplicitatis nec habet
aliquam pluralitatem nisi quod inponeret

aut inquantum intellectus posset illam
apprehensione negotiatur. Ita ipsam plu-
ralitate attributorum reducendo quidem de
potentia ad actum primo modo intel-
lectus naturalis non pertingit ad ipsam sed
tunc non precipit de attributis con-
ceptis ex creaturis. 2m istam opinionem
2o modo intellectus beatus quasi prima
actione intelligendi capit eam 3o
modo quod idem intellectus componens
et dividens et intellectus divinus primo
simplici intuitu distinguit rationes
congruentias in essentia que ex sua su
ma perfectione omnes simpliciter perfectiones
sola operatione intellectus distingue
da continet. Iste rationes attributorum
quas intellectus de simpliciter essentia
ut diversos conceptus format non
sunt nisi respectus fundati in es
sentia quod conceptus plurium oppositorum
intra eam impedit simplicitas et
sunt conceptus plures nec concepti
sunt synonimi et in essentia nec sunt
varii sed non sunt respectus ad extra
ut probatum est sed ad intra sicut omnia
attributa divina pertinet ad intellectum
vel voluntatem que ad intellectum
mutuo se respiciunt sicut que ad
voluntatem mutuo se respiciunt inquantum
hec omnia illa causant convenien
sub apprehensione intellectus qui in-
tellectus primo simpliciter intellectu concipit
essentia ut essentia est deinde nega
do eam ut intellectum est et ut
intelligens et ut ratio intelligendi
ita quod essentia inquantum essentia
respicit aliqua ut aliqua sunt fun
data ut non est concepta et movens in
tellectum ad intelligendum d. veritas omnium
ipsa ratio est ut respiciat essentiam ut
essentia e aliud autem est declaratur et
intellectum ut eius habet declarandum et si
patet ut horum quo intellectus est
habilis ut sibi fiat declaratio et [illegible]

intelligendi ut quo habet declarari
propria ratio essentia ut per actum intellectus
est concipienda sui ipsius est intel-
lectus et respicit verum ut per quod
manifestatur essentia que concipitur. Similiter
de actu voluntatis. Sic de pertinentibus ad
voluntatem a summa unitate essentie
ordinate secundum modum concipiendi. Primo
concipiuntur diverse rationes attributorum
et inter illas adhuc est ordo secundum quod
immediatius vel immediatius ordinantur
ad emanationes. Deinde concipiuntur
emanationes et ibi est status intra.
Deinde concipiuntur omnes respectus ad
extra qui sunt per actus. Sicut autem
distinctio relationum realium ad intra
correspondentia sunt et relationes rationa-
bilium ad intra et rationis ad intra secundum
illud argumentum quod sunt per hanc partem.
Contra ergo istam arguitur per rationes
illas quas adduxi quod primam partem
predictam materiam quia secundum eos distinctio per-
fectionum attributorum est fundamentum distinctionis
emanationum. Sed distinctio emanationum est
realis, patet. Nulla autem distinctio realis presuppo-
nit necessario distinctionem que tantum est rationis scilicet
vel aliquid quod non est reale presuppo-
nit aliquid quod est non ens rationis.
Igitur distinctio attributorum non est tantum rationis
sed aliquo modo ex natura rei. Assumptum
probatur quia ens reale quod distinguitur
contra ens rationis est illud quod habet esse
ex se circumscripto omni opere intellectus
ut intellectus est. Quidquid autem de-
pendet ab ente rationis vel presupponit
illud non potest habere suum esse circumscripto
omni opere intellectus. Igitur nihil quod
presupponit ens rationis est vere ens
reale. Hec ratio confirmatur quia quod
est positivus naturaliter non potest esse per-
fectius ens ente positivo naturaliter sed
ens reale est perfectius ens ente
rationis tantum. Sed distinctio emanationum est real-

et posterior. Igitur non fundatur nisi in
entitate priori et reali et distincta.
Hec ratio licet sufficiat quantum ad opinionem
tamen oportet eam confirmare propter
conclusionem que dicitur ad eam quod
attributa non sunt fundamentum emanationum
distinctarum, primo essentia sola cum
relationibus sufficiat ad diversas emanationes
intellectus non potest considerare postea
habent essentiam ut cum relationibus sufficiat
habent et illam et non considerare rationem nature
et voluntatis et tamen non precedunt
ibi ex natura rei. Confirmatur in illo ex-
emplo in quo generatur filius quorum
aut principium productivum se habet alio
modo ad ipsum quam principium productum sic
se habet ad ipsum aut non alio modo. Si
non alio modo igitur non magis est filius
filius et ymago patris ex vi productionis
sue quam e converso igitur in illis
signis originis ante omnem actum
intellectus habetur aliqua non proprie-
tas formalis nec valet attri-
buere habent distinctionem relationibus
quia omnis relatio eque respicit
suum correlativum. Igitur essentia sub ratione
spirationis eque naturaliter respicit spi-
ratum sicut sub ratione generationis geni-
tum. Non igitur possibile salvari aliquis et aliquis
modus producendi naturaliter et libere propter
rationes sed tantum per illud absolutum quo pro-
ducens producit sub alterius rationis. Hic
etiam arguitur quantum ad rationem istam ex
alia ratione contra de ratione veri et boni
quia si ab eterno deus ex immaterialitate
sui intelligit se et vult se et hoc sub
ratione veri et boni igitur est ibi dis-
tinctio veri et boni tamquam formalium
obiectorum ante omnem actum intellectus
circa talia obiecta. Hec etiam confirmatur
per argumentum contra de beatitudine que con-
venit deo ex natura rei ante omnem
actum intellectus negotiativum quia actus

negociandi non est formaliter veritas illa autem veritudo ut dicitur requirit comparationem rationis obiecti et potentie et operationis. Ergo. Ista tamen positio exponitur sic quod sicut possumus loqui de eodem quod omnino faciat in intellectu de se ut de illa qua intellectus negociatur. Tamen potest ita obiectum si loquamur de prima illa est veritas sicut veritas est in re et sic dicitur quod in se quod ut est intellecta per actum notitie simplicis habet rationem omnino indistinctam. Si secundo modo sit intellectus potest formare ita illam veritatem rationem obiecti multas rationes distinctas consideratione hoc ad illud et sic solvitur illa opinio quod obiectum ut est in intellectu negociative habet distinctas rationes quas formatas circa ipsum addit tamen illa expositio quod opinio in se non videtur dicere quod illa una ratio in se est formaliter unitas et bonitas et quelibet perfectio simpliciter et quod illa una ratio que sit in intellectu nunc est non est ratio bonitatis unitatis et opinio autem in se videtur dicere quod illa dicit respectus fundatos in essentia. Quod igitur dupliciter intelligi potest dicta opinio ratio preter argumenta iam facta pono alias rationes et primo ostendo quod formaliter unitas et bonitas et omnis perfectio simpliciter sunt in re ante opus cuiuscumque intellectus quia quelibet perfectio simpliciter est formaliter in ente perfecto et hoc ex natura rei unitas est formaliter perfectio simpliciter. Ergo. Maior probatur quia aliter non est simpliciter perfectio quia non esset quo maius cogitari non potest cogitaretur enim maius si esset sic et sic perfectum. Tum quia aliter perfectio simpliciter in nullo esset perfecte non enim est aliqua perfectio perfecte in creatura quia ibi est finite non deo est perfecte si non sit in ipso ut existens sed tantum ut cogitatum quia esse cogitatum

est esse diminutum ut distinguitur contra existens. Tum 3o quia tunc perfectio esset simpliciter in aliquo formaliter per participationem et non formaliter in eo a quo participatur ea primo perfectio talis in participante non esset per participationem illius perfectionis in ea quia nichil est aliquid a quo sit participatio existens nisi sit existens omnia illata videntur absurda. Consequentia patet quia aliter enim non ponetur talia esse in deo et 2a enim modo 14 nichil tale ponendum est in deo quod non sit ipsum melius quam non ipsum ac per hoc perfectio simpliciter. Patet etiam eadem minor quia quodlibet tale potest formaliter esse infinitum infinitas autem repugnat cuicumque quod non est perfectio simpliciter. Ergo. Ulterius probo quod tales perfectiones in natura rei ante opus intellectus non habent ydemptitatem formalem quia intellectus actu suo non potest causare nisi relationem rationis ex hoc sed quod est virtus collativa potens conferre hoc ut cognitum ad illud. Quod igitur verbi gratia unitas dicit precise illam perfectionem que est in re formaliter aut precise illam relationem factam ab intellectu aut utramque. Si precise relationem rationis igitur non est perfectio simpliciter quia nulla relatio rationis potest esse infinita. Si est realis ut primitas non est formaliter infinita quanto magis illa relatio rationis. Si ambo tunc illa non sunt unum nisi per accidens quia relatio rationis cum ente reali unquam faciunt unum per se quod patet quia multo minus faciunt unum quam passio cum subiecto passio enim consequitur subiectum ex natura sua intellectus autem ens rationis consequitur ens reale ex ratione sua separatum igitur ista duo que conveniunt in illo ente per accidens et sequitur quod unitas solum dicit precise illam perfectionem in re et bonitas similiter et tunc ulterius cum nulla sit distinctio

in re sine 2m opinionem sine 2m expo-
sitionem opinionis sequitur quod divinitas et bonitas
sint formaliter synonima quod ipsi
negant quia dicunt eandem perfectionem
ut perfectio est in re ut praedicatum
est et sine omni distinctione rei et
rationis et ita synonima. Praeterea intellectus
infinitus nullam habet distinctionem in obiecto nisi
2m quod est cognitus quia sicut non cognoscit
aliquid nisi ut cognitum ita non
cognoscit aliqua distincta formaliter
in obiecto nisi ut cognitum sed igitur intel-
lectus divinus non cognoscit essentiam
suam nisi infinitive quecumque distinctio
ponatur ibi in obiecto sive sit obiectorum dis-
tinctorum formalium sive relationum
causatarum per actum intellectus sequitur
quod ista distinctio sit in obiecto ut est in
actu cognitum et ita si ista est obiectorum
formalium distinctorum in obiecto erunt
ista distincta formaliter et tunc propositum
quod talis distinctio obiectorum formalium
precedit actum intellectus. Si autem sit
relationum causatarum per actum intellectus
igitur intellectus divinus causabit aliquam
intentionem in essentia scilicet relationem ra-
tionis ut essentia est cognita quod
est absurdum. Item arguitur contra illam
expositionem quia si de aliquo obiecto
natum est haberi tantum unus conceptus
realis nichil facit conceptum realem
illius ubi nisi faciat illud unum. De
essentia autem divina 2m eos natus
est haberi tantum unus conceptus realis
quia ista est nata facere tantum unum con-
ceptum realem qui de ipso haberi potest
alioquin esset imperfectius intelligibile
quam aliquod intelligibile creatum quod
quidem est creatum omnis conceptus re-
alis possibilis haberi de eo igitur nichil fa-
ciet in intellectu conceptum aliquem nisi
faciat illud unicum et ita cum creatura
non possit causare in intellectu conceptum

illud unicum quia ille conceptus essentie
ut est hic in se sub propria ratione sequitur
quod per nullam actionem creature possit
haberi conceptus aliquis realis de deo
in vita ista. Praeterea contra conclusionem ipse
quia si ista qualitercumque distinguantur
ratione non distinguuntur ex natura sine
actu intellectus vel voluntatis. Ex hoc
arguo distinctio precedens rationem sine distincti-
one est per tale distinctum sed distinctio
nature vel intellectus et voluntatis
sive intellectionis et volitionis pre-
cedit intellectionem que est principium dis-
tinctivum eorum que distinguuntur per rationem
igitur distinctio eorum non est per intellectum.
Assumptum patet quia si nulla distinctio
eorum precederet non magis distingueretur
ista intellectione quam volitione
quandoque enim distinguitur intellectione
ut est omnino indistincta a natura distinguitur
etiam natura. Et si dicatur quod concep-
tiendo argumentum istud forte propter ad
cautelam ad propositum defectum rationis
quia si per impossibile esset sola distinctio
ipsa per se distingueret si eius separabile
aliquid competit uni et non alteri cum
hoc non possit esse nisi per aliquam distinctionem
formalem rationis unius a ratione illius
sequitur quod per impossibile se separabile esset
competeret intellectui et non nature quod
aliqua que sunt unius et illius sunt quando
non sunt separata. separata enim per impossibile
album ab albo non potest haberi quod
album sit causa alicuius quin album
sit causa eiusdem quod nulla est distinctio
inter album et album. Unde minor
hic esset falsa accipiendo ista distinguuntur
intellectione intellectio est non igitur dis-
tinguuntur nisi ubi intellectus excogi-
taret rationem nature inquantum compa-
ratur ad creatum igitur illa excogitatio
preveniret aliquam distinctionem rationis

ab illa inquantum comparatur ad eam
et illa preueniunt distinctionem rationis
inter se. Ad conuenientiam igitur videtur quod
inter perfectiones essentiales non est tan-
tum distinctio rationis vel modorum diuersorum concipien-
di eadem, sed formalis talis enim dis-
tinctio est inter sapiens et sapientiam
et utique maior inter sapientiam et infinitate
nec est ibi tantum distinctio rationis for-
malium intellectuum sicut ut argutum
est prius. illa vnquam est in cognitione
intuitiua nisi sit in obiecto intuitiue
cognito. Ista duo media probantur
per rationes suas quas ipsi precedunt.
Est igitur tertia distinctio precedens
intellectum omnino et est ista quod
sapientia est in re ex natura rei et
bonitas similiter. Sapientia autem in re for-
maliter non est bonitas in re quod
probatur quia si infinita sapientia esset
formaliter infinita bonitas et sa-
pientia in quantum esset formaliter bonitas
in quantum infinitas enim non destruit
formalem rationem illius cui additur
quia in quocumque gradu intelligatur
talis perfectio qui tamen gradus est
gradus illius perfectionis non tollitur
ratio formalis illius perfectionis propter
hunc gradum et ita si non includit
formaliter ut in quantum talis nec ut in-
finitum infinitum. Hoc declaro quia
includere formaliter est includere in
sua ratione essentiali ita quod si inclu-
dens diffiniretur inclusum esset
diffinitio vel pars diffinitionis eius
sicut autem diffinitio bonitatis in quantum
non habet in se sapientiam ita nec infini-
te infinitam. est igitur aliqua non
ydemptitas formalis bonitatis
et sapientie inquantum inquantum earum essent
distincte diffinitiones si essent dif-
finibiles. diffinitio autem non tantum
indicat rationem causatam ab intellectu
sed quiditatem rei. Est igitur non
ydemptitas formalis ex parte rei
et intelligo sic quod intellectus componens
istam sapientia non est formaliter boni-
tas non causat actu suo collatiuo ve-
ritatem compositionis sed in obiecto inuenit
extrema ex quorum compositione
fit actus verus. Et istud argumentum
de non formali ydemptitate dix-
erunt doctores antiqui ponentes in
diuinis aliqua predicationem verum per
ydemptitatem que tamen non esset formalis
ita quod concedo ego bonitatem esse veritatem
in re per ydemptitatem non tamen boni-
tatem esse veritatem formaliter. Ista
opinio confirmatur auctoritate damasceni c. 8 pallentis
et c. 9 ubi ipse vult quod inter omnia no-
mina dicta de deo propriissimum est qui
est quia esse dicit quoddam pellagus
infinite substantie cetera autem ut
dixit c. 9 dicunt illa que circumstant
naturam. Istud non videtur nisi aliqua
distinctio esset ex parte rei non enim
esse pellagus infinite substantie propter hoc
quod nullas relaciones rationis pertinet
causatas circa ipsum quas per actum intellectus
potest hic causatas circa alia quibus. Confir-
matur per aug. 8 de trinitate c. 2 ubi probatur
quod in diuinis non est magis aliquid
due persone quam vna quod non aliqui
verius quam quam ista esset si tantum
esset distinctio rationis inter virtutem
sapientiam et magnitudinem non videtur
aliud argumentum quam si probaretur sapientia
vel sapiens vel econuerso. Ad quid eam
doctores qui tenent opinionem oppositam
implent tot quaternos ostendendo
vnum attributum ex alio si inter ea non
est nisi tantum distinctio relacionum rationis
ita enim perfecte videtur deus cognosci
quantum ad esse conceptum reale ut
cognoscatur sub vno attributo sicut
si cognoscatur sub ratione omnium quod cognoscitur
plurium relacionum rationis non facit

perfectionem coniunctam vel aliquid
faciat ad huiusmodi perfectionem coniunctionem
realem de aliquo. Secundo modo autem
probatur dictum ad quod assignat ordinem
attributorum quia essentia sit
fundamentum et quedam sunt principia
essentie quedam emanationibus sicut
sunt relationes communes quibus ordo
per compositiones ad emanationes. Secundo
quia maxime sicut potest deum predicare
credere simpliciter et non esse simpliciter
bonum et emanat ibi multas tales per
fectiones quanto magis unus deus
potest esse simplex et tamen trinitas
ita quod tres persone non sint partes
unius dei arguit dicit quod sicut in eodem
sine compositione et pluralitate potest
esse multe perfectiones simpliciter ergo multo
magis potest esse tres persone in deitate
sine compositione et pluralitate. Quod
autem esset istud sicut attributa dicuntur
non relationes communes et persone dis
tinguerentur realiter non enim sequitur
quia relationes communes non faciunt com
positionem in aliquo ergo nec relationes
reales. Idem etiam Augustinus 11 de trinitate
c. 2 dicit omnia ista esse equalia nichil
autem est proprie sibi ipsi equale quod
enim est dicere quod aliquid sub relatione
communis est sibi ipsi equale sub alia
relatione communis. Hilarius etiam 12 de
trinitate sic alloquens patrem ait sic perfecti
dei qui et verbum tuum sapientia et virtus
et alterum generatio est qui in hiis eternarum
perfectionum nominibus natus est dicit ergo
quod iste perfectiones sunt eterne et in hiis
natus est filius de patre quia pater ista
perfectiones habens communicat ea filio. Si autem
essent tunc communes distincta non videntur
prius origine esse in patre quia producitur
filius quidquid enim est ibi productum
in esse communis per actum intellectus
videtur esse productum a tota trinitate

et ita non esse in patre ut precedens
origine filium quod necessario precedens
origine. Ista autem non per exemptionem
formalis stat cum simplicitate dei
quia habet deus necessario correspondentiam ef
ficaciam et proprietate sicut supra correspondent
distinctione 2a questione ultima et non propter
hoc non ponitur compositio in personas.
Secundo ista distinctio formalis ponitur
inter duas proprietates in patre scilicet innasci
bilitatem et paternitatem que secundum Augustinum 4
de trinitate c. 6 non sunt eadem proprietas
quia non est eo pater quo ingenitus
ergo sicut in una persona potest esse due
proprietates absque compositione multo
magis vel saltem equaliter potest esse
plures perfectiones in deo essentiales
non formaliter eedem sine compositione
quia ille proprietates in patre non sunt
formaliter infinite perfectiones autem
essentiales sunt infinite formaliter
ergo quelibet eadem cuilibet. Contra so
lutionem istam sunt duo dubia. Primo
enim videtur quod non salvatur simplicitas
divina quia essentia ex quo ponitur
quasi fundamentum et ista quasi essentiam
tamquam videtur quod ista se habeant ut
actus et forme respondentes divine.
Secundo est quia Augustinus 6 de trinitate c. ne
gat ydemptitatem paternitatis et deitatis
non est ingenitus pater quo deus sicut ut
eo ibidem quo sapiens ita concedit ydemp
titatem magnitudinis et bonitatis et
perfectionum essentialium quia dicit eo
magnus quo deus et ergo sicut ibi
negat ydemptitatem ita concedit eam
hic non autem negat ydemptitatem
nisi formalem ergo illam concedit hic.
Tertium dubium est quod sicut non esset
bonitas infinita nisi esset eadem
formaliter sapientie ita videtur quod non bonitas
non sit infinita nisi sit eadem communi
sapientie ergo propter eandem communem proprietatem quod

ponis unam ydemptitatem inter ista
debes ponere ydemptitatem formalem
rationis ad rationem. Ad primam istorum
forma in creaturis licet aliquid imper-
fectionis dupliciter scilicet quia est forma in-
formans aliquid et pars componens ali-
quid quod non est imperfectionis sed consequitur
eam. Secundum primam rationem essentiale scilicet quod
ipsa sit quo aliquid est tale exemplum
sapientia in nobis est accidens licet est imper-
fectionis sed quod ipsa sit quo aliquid est
sapiens hoc non est imperfectionis sed
essentiale rationi sapientie. In divinis autem
nichil est forma secundum istam duplicem
rationem imperfectionis quia non est in-
formans nec est pars. Est tamen ibi
secundum quod est quo aliquid est sapiens et
hoc non per aliquam compositionem sapientie
ad aliquid quod sapiens nec est sapientia
illa sit pars alicuius compositi sed per veram
ydemptitatem que sapientia propter perfectam
sui infinitatem est perfecte idem cuilibet
cum quo nata est esse. Sed obiciens quod
non est aliquis formaliter sapiens sapientia
si ipsa non est forma eius. Respondeo corpus
est animatum quod denominative quia anima est
forma eius. Homo dicitur animatus non de-
nominative sed essentialiter quia anima est
aliquid eius non igitur requiritur aliquid
esse formam informantem aliquid ut
ipsum sit tale per ipsum quia forma non
est forma informans totum quod
aut q no maneret sz nec hoc esse
in sluxu pris post ptem i gnatone
permanentiu pfectionis est q ma-
neret i impfectionis aute q no sit diu
sine et hoc pot impfectiom in sinalitate qr
no est pfectu faciens simile in
sacto quia necio hz ee post no
ee In divisibilibz successio pfectio
est quod diu sine sit et tota simul
sunt Sz impfectionis q necum cusse
runt assignando pfectionis habebitur
genitu quod sunt gnabitur et et
et pmanent erit hoc est genitu
generari et pfecte ee in nunc pfecte
stante quod est nunc etnitatis hoc
est ppositu. Ad arm pmu dico q
pncipiu in. dicitur sicut pz i meta-
. de pncipio et si accipitur eodem
mo sed pt qcedi q si sit pncipiu
alicuius q sit pncipiu eius q est
idem sibi sz pncipiu no qpetit
qstrui nec hoc q e duratois p pn

originis sed tamen pro principio quod sit quasi
terminus illius durationis a quo fluit
sic dicitur principium temporis et sine hoc sit
expers sui finis vel ex natura termi-
no non conceditur ista propositio est principium
durationis filii sine determinatione
Sed bene conceditur ista propositio est principium
originativum eternitatis filii. Secundo igitur
arguitur per ydemptitatem esse et dura-
tionis quia quidquid est principium unius
et alterius. Credo si principium uni-
formiter accipitur respectu esse et du-
rationis sed principium non construitur
cum hoc durationem in ratione talis principii
qualis principium construitur cum hoc esse
quia respectu esse est principium origina-
tivum et ideo non sequitur sed est fallacia equi-
vocationis vel amphibolie. Sed ad hoc
ut quia teneat oportet determinare principium
in genere per hoc quod est originans vel ori-
ginale sicut ista propositio est principium originale
durationis filii quod conceditur. Dictum
est. Ad 2m dico quod verbum mentis est
duplex in fieri. Uno modo est in fieri
quod est quasi eius gignitio. Alio modo
est in fieri quod est inquisitio precedens
illam gignitionem quam inquisitionem
Augustinus vocat cogitationem volubilem
quod verbum mentis sit in fieri hoc 2o modo
est imperfectionis ex parte verbi quod pro-
venit et ex parte intellectus quia
ponit imperfectam volubilitatem et hoc modo
verbum divinum non est in fieri et ideo
concedit Augustinus verbum nostrum cogitatione
formari ita quod prius sit formabile
quam formatum in illa prima inqui-
sitione. Sed quod verbum mentis sit in fieri
quantum ad suam gignitionem non est
imperfectionis in eo primo est intrinsecum
ad perfectionem verbi et est ita in patria
et ita semper esse in fieri id est gigni
absque omni prima inquisitione non
est imperfectionis in verbo eterno. Ad

tertium dico quod Augustinus videtur negare filium
semper nasci in questione preallegata et tamen
Origenes dicit oppositum sicut allegat
magister in littera super illud Ier. x. iuncta
est et Gregorius 29 moralium super id Iob 38.
Scribas quam nascitur magis ergo
concedunt. Respondeo Augustinus in illa q. videtur dicere
aliqua quibus possumus dicere illam non
concordare. Non possumus inquit dicere
semper nasci ne imperfectum aliquid
videatur. Nec inquit aliquid videatur
imperfectum non dixit imperfectio est si
dicatur semper nasci sed videtur significare
imperfectio hoc est ille terminus non significat
generationem esse ita perfectam sicut ista
semper est natus significat eam esse perfectam
ista enim semper est natus significat eam
esse perfectam. Ista enim semper est natus
magis exprimit veritatem quam illa
semper nascitur licet utraque sit vera.
Ad cuius intellectum sciendum est quod
verba cuiuscumque temporis dicuntur de deo
vel significarent actus personales
sive essentiales quod patet per Augustinum
super Io. omelia 99 super illud Io. 16 non
enim loquetur a semetipso sed quecumque au-
diet loquetur inquit Augustinus de spiritu quod
utique audiet et audit quia scilicet suum
audire est a patre filioque procedere et per
quem quod audiet audivit et audit
sicut scit scivit et sciet. Vult igitur
dicere quod verba omnium temporum vere
dicuntur de deo et illud apparet per illa que
magister adducit d. 8 c. 2 l. quo. Sed quid
significent verba ista omnium temporum
cum dicuntur de deo. Respondeo magister expresse
ponit dicens quod significant nunc eternitatis
quia durat temporibus non tamen illud
nunc absolute sed quia non esset tunc val-
ario modorum diversorum temporis significa-
tandi sed inquantum coexistit pluribus
temporibus ut cum dicitur deus genuit con-

significative nunc eternitatis ut sit
sensus deus genuit i. habet actum generationis
in nunc eternitatis in quantum illud nunc
coexistebat preterito. deus generat i.
habet actum generationis in nunc eternitatis
in quantum coexistit presenti ex hoc patet
quod in illud nunc non coexistit tantum
de temporibus vel dicitur de deo de omni tem-
pore. tamen 2a quaestio significatur divine ge-
nerationis unitas per hunc sermonem filius
natus est quam per hunc semper nascitur
quia per hoc natus significatur nati-
vitas ut perfecta per hoc semper signi-
ficatur ut perfecta in omni tempore temporis
et ita non tantum significatur omni preteriti
temporis coexistere sed significatur per istud
semper gignitur sed etiam omni presenti temporis
coexistere sub ratione perfecti et in hoc
videtur expressissime significari
nativitas huius processionis

Vbi post filium eternitate etc.

Circa istam distinctionem
primo queritur utrum verbum spiritus sanctus pro-
ducatur per actum voluntatis quod non
quia natura est vis insita rebus ex
similibus similia procreans 2m illam
quem descriptionem nature spiritus sanctus a patre
producenti igitur producitur per naturam
et non per voluntatem. Praeterea 9o. 8 physicorum
9o ... vult quod unius nature
est tantum unus modus operandi igitur
si divina natura operatur per actum nature
non operabitur per modum voluntatis.
Praeterea voluntas est potentia activa in
creaturis et non factiva et ita a simili
in deo si est potentia operativa non
videtur esse potentia productiva. Probatio
quod quia sicut in creaturis se habent
activa et factiva ita in deo operativa
et productiva sicut enim activa habet
actum ... et obiectum presuppositum factiva
habet oppositum productum et actum transeun-
tem ita in divinis actus operative

immanet actus productive non ope-
rativa etiam presupponit obiectum. productiva
non non presupponit sed terminum. Praeterea spiritus sanctus
producitur actu voluntatis. Praeterea nihil
nisi ex 14. de trinitate c. 2. igitur si spiritus
sanctus sit productus est progrediens
antequam producatur et sic cogno-
scetur a patre et filio non intuitive
cognitio intuitiva non est nisi
ut est in se presens et existens qualis
non videtur esse illa quae est cum
in quantum cognoscitur ante produci
ingenitus est spiritus sanctus ante a patre et filio
cognosci non intuitive igitur. Contra
Aug. 14. de trinitate c. 19. spiritus sanctus exiit a patre
non quomodo natus sed quomodo datus ex ...
per modum dati vel doni ... producti-
o per actum voluntatis nunquam est ex
sua liberalitate dat vel donat. Ad
dico quod sic quia in deo est voluntas
sicut apparuit ex q. 1. 2. d. et ex q.
de attributis distinctione 8. patet etiam
ex hoc quod deus ex natura sua
beatus beatitudo non est sine volun-
tate vel actu voluntatis. est etiam ipsa
voluntas sub ratione principii pro-
ductivi quia principia productiva ex
quo non dicunt ex se imperfectionem redu-
cuntur ad aliquid unum perfectum vel
ad aliqua perfecta in minima pau-
citate ad quantum reduci possunt non
possunt autem omnia reduci ad unum
principium productivum vel activum quia illud
unicum haberet determinatum modum
agendi alterius istorum scilicet nature vel vo-
luntatis quia inter modos istos pro-
cedendi non est aliquis modus medi-
us. non possunt hic reduci ad maiorem
paucitatem quam ad dualitatem prin-
cipii productivi scilicet unius per modum nature
et per modum voluntatis et in illa ad
que reducuntur ad perfecta sunt tota
ista reductio principiorum sicut sup...

perfecta ambo ista principia sub
ratione sua ponuntur in deo ut est prin-
cipium producens et ex hiis ultra in-
quantum est principium aliquod quod
ex ratione sua est principium productivum
erit in eo principium producendi sed est
in eo sine imperfectione et non per habere
intelligatur aliquid productivum simpliciter
adequatum sed in deo ut probatum est
est voluntas ex natura rei et hec sub
ratione principii productivi libere re-
spectu amoris et patet quod est
ibi sine imperfectione igitur erit in deo
principium producendi amorem et hec
2a propositio sine perfectionis ita quod
sicut voluntas creata est principium
producendi amorem tantum quanto amore
ipsa potest amare obiectum quod dicitur
amor adequatus ita voluntas illa
erit principium producendi amorem
tantum quanto ipsa nata est amare
obiectum infinitum ille autem est infi-
nitus igitur nata est esse principium
producendi amorem infinitum nichil
autem est infinitum nisi sit ipsa
essentia divina igitur ille amor est es-
sentia divina ille autem amor pro-
ductus non est natus esse forma
inherens quia nichil est tale in di-
vinis igitur est per se subsistens et
non idem subsistens cum producente
quia nichil producit se i. de tri.
igitur est persona distincta habens
personam dico s.s. quia filius non sic
producitur ut patet per d. 6. sed per actum
nature sive intellectus ergo. Hic tria
sunt dubia primum quo volun-
tas potest esse hic principium communicandi
nature cum non sit in creaturis. 2m quo
voluntas possit esse principium unico
producendi que unitas necessario
requiritur in ista productione. 3m si pro-
ductio est univoca quo non est per

modum nature sed distincta contra
illam et libera. Quantum ad primum dicitur
quod natura in divinis dicitur quadrupliciter.
Uno modo natura dicitur ipsa essentia
divina in qua tres persone divine
conveniunt et sic natura dicitur pure
essentialiter. 2o modo dicitur natura principium
activum naturale et natura sic est vis produc-
tiva filii ex simili et sic potentia
generandi in patre est natura et sic est es-
sentiale contractum ad notionale quia est
ipsa natura divina primo modo dicta
natura cum que est ipsa divina essentia
ut est sub proprietate paterna determi-
nata ad actum generandi est poten-
tia activa que est in solo patre expressus
et istos duos modos nature tangit
Hyll. 4. de tri. c. 1a. dicens de filio
quod ex virtute nature in eadem naturam
subsistit. Tertio modo dicitur natura quelibet
vis naturalis expressus in natura primo
modo dicta etiam sed sic libera et sic
voluntas in deo dicitur natura quia
est naturalis potentia expressus in natura
divina. Quarto modo dicitur natura in-
communicabilis unitas ita aliquo actu
Ex hiis dicitur ad propositum quod nec
intellectus nec voluntas ratione qua
simpliciter sunt intellectus et voluntas sunt
principia actuum notionalium elicitiva
per quos producitur simile in forma
naturali ipsi producenti quia tunc in quibuscum-
que essent principia elicitiva ac-
tiva per quos producitur simile in for-
ma quod est falsum in creaturis. Sunt
enim talia principia solum ut sunt in
natura divina et ut sic sunt per illam
in se quidem naturalitatem ad productiones
notionales. 2m hoc igitur diximus in
quadam q. de emanationibus in generali
quod intellectus et voluntas ut sunt
simpliciter intellectus et voluntas modo
sunt intelligibili et voluntaria agentes sunt

tim principia elicitiua actuum es-
sencialium qui sunt intelligere et
velle licet hoc sit passiue ex par-
te intellectus et actiue ex parte vo-
luntatis ut autem sunt natura et
principia naturaliter actiua elicitiua
actuus sunt principia elicitiua actuum
notionalium qui sunt generare et spi-
rare et hoc ratione naturalitatis qua im-
possibile est deum per principia que
sunt natura in ipso suum actum non
elicere. Ad cuius declarationem sciendum
est quod sicut naturalitate sunt intel-
lectus et voluntas a natura divina
in qua sunt secundum aliud et aliud quando
intellectus divinus habet ipsum concurrendo
in ratione naturae que est ratio principalis
elicitiua actus notionalis et hoc
iuxta modum naturae productum vel
omnis naturalitas ista sunt prima et ratio
intellectus sed generatiuitatis vel
quia generatio quod ut non nisi modo naturae
et naturali impetu actum suum notio-
nalem eliciat ut magister sententiarum dicit
per generare natura intellectualis qua
intellectu naturali ut intellectus pa-
tris intelligitur determinare naturam
qua equipso et secundum rationem qua produc-
tus est filius natura elicite et qua
dicitur filius est prima et ratio qua
dicitur verbum est respectu illius
quod 2a voluntas autem habet ipsam non
coincidendo in ratione naturae 2o modo
dicte sed habendo annexam sibi
quidem vim naturae primo modo dicte
ex hoc quod fundatur in illa ut naturali-
tas habet in voluntate nullo modo
sit preveniens libertatem vel ratio
elicitiua actus eius notionalis
penes 2um modum naturae. hoc enim
esset omnino contra eius libertatem sed
potius ut sit concomitiua et annexa
libertati et hoc non ut aliquid quo

voluntas suum actum notionalem
eliciat principaliter sed ut aliquid quo
assistente voluntati voluntas ipsa
ex vi qua habet ex eo quod voluntas
est et libera potest elicere actum suum
notionalem quem sine illo assiste-
re omnino elicere non posset. Quantum ad
2um dubium dicitur quod triplex est actus
voluntatis prima est elicita a vo-
luntate ut est voluntas simpliciter absque
omni naturalitate et ratione ut est illa
que procedit ab arbitrio libertatis
sine medio sive intercurrente intellectu
et in nobis tendit solum non in bonum
amatum quod est citra summum bonum
Secunda est elicita a voluntate ut
voluntas est simpliciter non sola natu-
ralitatis similiter annexa illi actui
ut est illa que procedit a libero
arbitrio et intendit in summum bonum
amatum et apte bisum. Tertia est
elicitiua a voluntate non ut vo-
luntas est simpliciter sed ut est natu-
naturalitate sibi annexa dico non
ut est illa que procedit a voluntatis
libertate in solo deo et tendit non
solum in summum bonum amandum ut in
sinum sed etiam in ipsum amorem pro-
cedentem quo intensive amatur licet
dissimiliter tendat in utrumque et hoc est
aliam et aliam rationem immutabilitatis
annexam ipsi actioni inquantum enim
actio ordinatur in summum amatum ab
ipsa sola voluntate ratione qua est libera
procedit immutabilitas in actione eius
2a et in actione eius tertia inquantum
non actio ordinatur in amorem productum
tendentem in amatum immutabiliter sit
ab illa ratione voluntati annexa
procedit unitas immutabilitatis ista
solum actum notionalem elicitum a volun-
tate vel potius ab ipsa libertate voluntatis
ut ei talis naturalitas est annexa

Ad quartum ad hoc quod ponit de assistentia illa naturae ipsi voluntati ut in illius assistentie possit quietari. Quero quid est ista assistentia videtur quod non sit necessaria ad istam quietationem quia licito supposito agente perfecto in quiescenti actioni et principio quo agit perfecto non videtur aliquid aliud esse necessarium ad agendum quia per sola voluntas est principium quo respectu actus notionalis. et constat quod suppositum agens est perfectum et quiescens actioni igitur non videtur illa coassistentia esse necessaria ad talem productionem. Ad quintum quod ponitur unitatem in volitione et duplex in spiratione videtur esse contra ipsum et contra naturam quia ipse ponit actus notionales fundari in essentialibus et omnes quasi concedunt quod actus essentiales aliquo modo precedunt actus notionales. non videtur autem quod in fundato possit esse aliqua unitas formaliter maior quam in eo in quo fundatur. Si igitur duplex unitas erit in fundamento ut unum in fundato. Praeterea quod per impossibile ut impossibile separata una unitate ab altera si illa que fundatur sit a fundato adhuc remanebit illud fundatum necessario fundamentum non non erit necessarium quia per te non sunt nisi unitatem unitatis que tribuitur in fundato igitur 2um istorum ponentium possunt esse unitas in fundato et non in illo in quo fundatur. Ad propositum si actus spirandi sit unitatis ex libertate voluntatis et preter hoc ex illa naturalitate annexa voluntati sit etiam unitatis et actus simpliciter dilectionis non sit nisi sub unitatis igitur circumscripta prima unitate circumscribitur tota illa unitas que erit in fundamento et non adhuc remanebit alia unitas in productione illa sed que est ex naturalitate. Praeterea videtur quod tota naturalitas non consequatur actu voluntatis quia ipsa competit voluntati per ipsum ex hoc quod fundatur in essentia divina igitur est prius saltem ratione essentie rationi voluntatis quod consequitur rationem essentie ut voluntate rationi essentie consequeretur eam per prius quia illud quod consequitur voluntate ut voluntas est et ita videtur quod naturalitas illa precedat aliquo modo ipsam libertatem et per quod impediat libertatem. Ad contra opinionem quod argumentum est illud quod ipse facit si intellectus et voluntas essent principia communicandi naturam si omnino esset alia ratio formaliter intellectus et voluntatis in deo et in creaturis saltem contra quod unitas distinguendi nisi voluntate quam ponit principium elicitandi actum et naturam quam ponit coassistens voluntati elicitanti si tunc videtur ibi distinctio rationis sicut vult alibi sentire de distinctione attributorum in divinis. Aliter dico quod voluntas potest esse principium communicandi naturam et non voluntas nec quia super ad voluntatem causam et infinitatem sed voluntas unde infinita est et cum infinitas sit modus voluntatis divine sicut et aliquis altius perfectionis essentialis hoc patet ex ratione posita prius ad solutionem quia quod voluntas est principium amoris sibi adequati in ratione quo ipsa nata est amare obiectum nata est autem amare obiectum infinitum amore infinito igitur est productiva infiniti amoris vel quidquid autem est infinitum formaliter est essentia divina igitur ipsa voluntas

est principium communicandi essentiam divinam amori producto. Et si queratur a me de coassistentia nature aliquo modo, dico quod non oportet, non tamen ut est principium communicandi naturam aliquo modo specialiter coassistendi, ponendo naturam concepisse voluntati. Si natura possit esse principium communicandi naturam nisi poneretur aliqua perfectio minor voluntate, que nunc nulla autem est talis perfectio quia ita simpliciter est voluntas perfecta infinite sicut et natura est infinita. Contra hoc arguo tripliciter. Primo sic: infinitas de se est eiusdem rationis in intellectu et voluntate, igitur non est formalis ratio distinctiva productionum que habent distingui ex principiis formalibus. Preterea quod non convenit vel repugnat alicui secundum rationem absolutam non competit sibi eo quod est infinitum. Preterea infinitas enim non dat unum actum rationem alterius activi actus (?) sed dat sibi intensionem in se et in ratione sua. Negatur ista minor quod actioni voluntatis ut est tale principium ut est tale principium actum repugnat vel non convenit communicare naturam ergo. Preterea unde habet voluntas infinitatem: si ex se igitur ubique, quod est falsum in creatura. Si ab essentia igitur voluntas ut infinita est ut habens assistentiam nature vel essentie, quod dicat alia opinio. Ad primum dico quod duo in actu, scilicet liberitas et infinitas que est modus intrinsecus eius, habent duo correspondentia in principio quo, scilicet liberitate et infinitate ut modo eius. Unde non dico infinitatem rationem naturalem spirandi esse sed voluntatem infinitam, nec in hoc dico duo principia formalia quia infinitas solum dicit modum intrinsecum utriusque principii, scilicet liberi formaliter et non liberi

Ad secundum si accipiatur repugnantia per medium, maior est vera et minor falsa, quia illa ratio voluntatis transcendens que abstrahit a finita et infinita non est ratio repugnantie sed limitatio superveniens illi. Si accipiatur per medium non convenientia, dico quod principio activo infinito non competit actio non infinita talis qualis transcendentes competit illi transcendenti, nec autem voluntati transcendenti competit transcendentaliter sicut velle ita et producere velle; igitur infinite voluntati competit producere infinitum velle et non plus preter sed concomitanter infinitum velle est divinitas et finitum velle angeli non est essentia angeli. Tunc ad minorem dico quod communicare naturam non est actio transcendens voluntatis in quantum sed producere velle proportionatum sibi, et ideo cum infinita voluntas infinitum et ex consequenti naturam. Ad aliud patet distinctione secunda a quo fundamentaliter quia ab essentia et a se formaliter, concedo igitur enim requiri ut fundamentum et ut rationem aliquid eidem. Sed istud in suo signo nature in quo est forma infinita est principium precise quo tamen ordine operandi sit et producendi. Ad secundum dico de unitate patet per idem quia principium productivum perfectum producit dat producto eandem perfectionem sed concernentem ut que sibi non repugnant; voluntas infinita est principium productivum perfectum igitur, sed non repugnat sibi unitas primo nature sibi convenit quia nullum infinitum potest esse possibile non unum; igitur istud principium quod est voluntas infinita est sufficiens principium dandi unitatem huiusmodi producto. Si autem est principium principium est principium dat unitas producto igitur dat quia nulli quod non est unum dat unitatem

nō pt dai ex se ⁊ ultimus s̄ ē pnᵐ
quo datʳ unitas pducto igr̄ et
pductōi pductū eīd capit esse
pductōis nō pt aute aliq̄s cape
ee unū p pductoz nō unitatem
Istud argumentū qr̄ a posteriori
videtʳ ɔcludere unitatem pductōis
ex unitatʳ pducti Sz quare ro a
priori siue a causa quid sit illud
p quod voluntas ista dat unitatem
isti pductōi Et m̄ q̄ n̄ voluntas
infinita ex se sola dat unitatez
amori pducto ɔparando ipm̄ ad
quodcūq̄ obm̄ nec solū obm̄ amatū
qd̄ est finis ɔparatū ad quātūq̄
voluntate dat unitatez actū volēdi
ul pductōi amoris · Pⁱmū pbo
quia voluntas nō ē unū pnᵐ
pducendi aliquē amore alicuiꝰ obⁱ
nisi sit pnᵐ unū amādi obⁱ
voluntas aute īfinita nō ē unū
pncipiū amandi obm̄ nisi infini-
tū qz nec deus unitio amaret q̄
libet creaturā pmo ⁊ omē amaret
igr̄ nō est unū pncipiū pducēdi
amorē suū ɔparādo illud ad q̄cūq̄
obm̄ Confirmatʳ ide est pnᵐ pducēdi
⁊ unitio pducendi igr̄ si infini-
tas voluntatis ul magis voluntas
infinita nō est ex se pnᵐ unitio
pducendi igr̄ nec aliē pducendi
nec ɔtinuādi unāⁿ quia ipa nō
pt ɔtinuāre nisi unitio igr̄ i solue-
ɔōis ⁊ in solutōe pmi dubii oz
ita exprime de obⁱ sicut hic in so-
lutōe 2ⁱ dubii · Confirmatʳ quia
voluntas est infinita nō ē pnᵐ
pducendi amore obⁱ finiti alioqⁿ
ul multi s̄ ul est unus amor p
ductus cōitcarie q̄ negas qz
tūc unitio amaret ɔcedo q̄ unitio
ad pncipale solutōm hic ⁊ silis
de ubo ɔtīud ad intellectū ⁊ tota

illa que ponitʳ supra d̄ 2 · q · 6 · nō
ɔcludit nisi accipiendo hic nō ubo
⁊ ibi nō intellectū pncipiū pductiuū
s̄ obm̄ siue quo nō pducit sicut
nec opatʳ Concedo q̄ voluntas
nō est pncipiū pducendi nisi ul-
timus obm̄ sibi pns est pncipium
pducendi ⁊ nō est possibiles esse
pncipiū hⁱus q̄cūq̄ obm̄ s̄ p se
ut hⁱus obm̄ pmū sibi pns ⁊ ex
illo ⁊ sic̄ ul quia aute pncia obi
secūdarii hic pductoz adequatū nō
pmo obo ultra aute adequatū
nō pt in aliam · 2ᵐ pbatū est de
fini d̄ 1 · q̄ voluntas ex ro̅e volū-
in quā nō unitio tendit in finem
Et si videas q̄ voluntas pt ɔside-
rari ut voluntas ul ut nā siue cō-
pari ad finē ul ad ea que sunt ad
finē ⁊ ut ɔparatʳ ad finē est nā
⁊ sic est ibi unitas Istud inpbatʳ
⁊ ro̅e ⁊ aucte ro̅e sic eiusdem
potentie actiue nō sunt oppositi mo-
di agendi ⁊ maxīe isti s̄ naturez
⁊ libere qui pmo distinguit potētiaz
actiuas igr̄ si voluntas ɔparatʳ ad
finē p modū nāe ⁊ ad eius ad
finē p modū libitatis ipa nō erit
potētia actiua una respcū istoꝝ
⁊ tūc nulla poten̄ erit que eligat
eis ad finē ppt̄ siue nulla eīd
poten̄ eligit hec ppt̄ illud nisi
velit utrūq̄ extremū sicut nulla
alia poten̄ ɔgnitiua ɔponosat
ɔclusione ppt̄ pncipiū nisi eade
ɔponosat pncipia ⁊ ɔclusōes sed
arguit phus 2 de aīa ⁊ de sensu
quī · Auctas est ad in eucher 1.
dz · l · 80 ⁊ ponitʳ a mgro lī 2 · d̄ 14
c · 1 · neq̄ eīd voluntas nō est aūt
libera dīa nō est quā sit bn̄ esse
volumꝰ ut nō solū nō volumꝰ ee

miseri sed necessario omnino velle possumus
volt. Ideo dico quod voluntas illa qua
volumus beatitudinem est libera, nullum
autem finem respicit voluntas magis
necessario quam beatitudinem in qua. Propter
illa ipso poterit esse spirata non libere
sed per modum nature quia eius principium
esset voluntas non ut libera sed ut natura.
Dico igitur quod necessitas huius productio-
nis amoris adequati sicut et necessi-
tas qua formaliter huius voluntatem
diligit est ex infinitate voluntatis et
ex infinitate bonitatis obiecti quia neutrum
sine altero sufficit ad necessitatem. Hec
autem duo sufficiunt hoc modo quia vo-
luntas infinita non potest non esse una
nec potest non esse in actu quia tunc esset
potentialis, igitur necessario est in actu
suo. Non autem omne velle est perfe-
ctum quia est ab illa voluntate im-
perfecto quia nichil potest volendum ex se
sed tamen quia est volendum ab illa volu-
ntate et talis essentia eius divina que
est primum obiectum voluntatis illius est
ex se volenda. Igitur voluntas illa de
necessitate est in actu suo volendi
obiectum illud quod est ex se volendum etc.
Et sicut ex necessitate est principium vole-
ndi ita ex necessitate est principium produ-
cendi amorem illius. Et tunc dico quod
nec sola voluntas infinita perfecte
non determinando obiectum cuius sit nec
solum bonum infinitum non terminando
quam voluntatem respiciat nec ut
est obiectum est totalis causa necessario
diligendi nec etiam necessario producendi
amorem adequatum sed infinita vo-
luntas habens tale obiectum quod est ex se
ratione amandum perfecte prius est necessario
necessitate volendi obiectum illud
quam spirandi amorem illius boni
et talis voluntas habens tale obiectum

prius est principium necessario amandi non
dictum quia principium producendi amo-
rem productio infinito talis enim
amor productus proportionatur suo potentie
quam obiecto. Non ita autem quando voluntas
infinita respicit bonum amabile
finitum quia licet ibi sit actus in-
finitus quantum est ex parte voluntatis di-
vine non tamen est infinitus quantum
est ex parte obiecti. Sed utrum voluntas
sit principium non tantum amandi bonum
infinitum sed finitum et producendi amo-
rem talis boni et hoc ut eadem pro-
ductione secundum rem qua producitur esse
alia tamen secundum rationem vel omnis alia
vel nulla de hoc alias quia similis
difficultas hic est de productione ver-
bi utrum scilicet intellectus divinus sit principium
producendi verbum creature divine vel
verbum alicuius alterius intelligibilis
et tunc vel productione eadem eius produ-
ctione verbi divini secundum rem alia tamen
secundum rationem vel alia secundum rem et rationem.
Restat tertium dubium ubi dicitur quod natura
agit per impressionem sibi et intellectus
que vero tunc communiter quod sit falsum probatum
est distinctione 2 q. 4. Quod non sit
ad propositum probatur quia hic queritur
de distinctione principii activi vel age-
ndi sive eliciendi actum sive agit in
aliquid sive non. Aliter dicitur quod licet
sit necessitas ut actus tendit in obiectum
non tamen ut elicitur a potentia. Dicitur
quod licet in actu iam elicito sit
non tamen ut quasi prior actu elicit illum.
Contra ista alibi ideo dicitur aliter quod
Ad argumenta ad primum dico quod
illa differentia nature probat quod esse non
producatur ut similis ex prima ratione
ex vi sue productionis sive et bene est
quod non est ymago patris sicut filius
qui ex vi productionis sue procedit
ut similis patri. Ad secundum nego consequentiam et alios

distinctione 2 q. 2. de pluralitate produc-
tionum in divinis. Ad 3m dicendum
quod sicut dictum est eadem que quod dicit
actum vel potentie sive actum efficiendi
non sunt due potentie productive
qualiter cum tali principio producitur
illud cuius est tale principium pro-
ductiuum vel in eo in quo est sive na-
tum est illud recipere vel in alio vel
in nullo. Si in nullo quia nichil natum
est recipere illud tunc producitur per se
subsistens sive potentia productiua sit
per se vel per se subsistens ita in pro-
posito voluntas cum qua producens
producit neque agit in supposito in
quo est producendo neque facit pro-
ducendo in alio sed producit terminum
per se stantem ut personam que in nullo
recipitur forme. Aliter dicitur 2 d.
6. ubi dictum est quod productio non est
formaliter intellectus et quomodo tunc
intellectus potest esse principium non tamen
intelligendi sed etiam dicendi. Ad ultimum
dico quod non est ad actum amandi
sive ad actum amoris amatum esse
precognitum hoc dicitur ad 1. de trinitate c. 2a.
Sed non oportet ipsam dilectionem esse pre-
cognitam puta si offertur michi
aliquod bonum honestum non oportet
quod antequam possim habere actum ama-
di circa illud precognoscam actum illum
ita in proposito oportet essentiam divinam
cuius amor spiratur esse precognitam
patri et filio ad hoc ut spirent sed non
oportet in 2 illo origine quod
spiritus sanctus qui est amor spiratus esse precog-
nitum patri et filio licet in 2 eternitatis
semper tota trinitas sit nota cuilibet
persone in trinitate quia distinguendo
inter 2a origines non distinguuntur
inter diuinitatem et diuinitatem sed tamen
a quo quis et quod ab alio. Aliter
possit dici quod in illo priori signo originis
antequam spiritus sanctus intelligatur spiratus patre
et filius precognoscunt spiritum sanctum etiam intui-
tive licet non ut existentem nisi quia
cognoscunt essentiam divinam que est
ratio cognoscendi intuitive quodcumque
obiectum intelligibile sicut trinitas cognoscit
creaturam intuitive antequam producatur
quia essentia sua quam intuetur est ratio
perfectissime cognoscendi omnia alia et
per quis est ratio cognoscendi intuitive
quodlibet cognoscibile licet nullo existente ipse

Utrum dictum est. Circa distinctionem xi
queruntur duo. primum est utrum
spiritus sanctus procedat a patre
et filio arguitur quod non dicitur c. a. a pa-
tre procedente et in filio quiescente
spiritus sanctus dicimus et c. Item spiritus sanctus ex patre dicimus
ex filio autem non dicimus. Preterea idem
in epistola de fide in fine patrem et unum
et spiritum sanctum et subdit ex patre
quidem filium autem et non ex filio sed spiritus
oris dei. Preterea pro magna parte nichil
tenendum est ut articulus fidei nisi quod
continetur in evangelio quod continet con-
net fidem aut saltem in scriptura
novi testamenti. Sed non videtur expres-
sum in novo testamento quod spiritus sanctus
procedat a filio igitur. Preterea dilectio in no-
bis non procedit ab illo quia notitia
non habet causalitatem respectu voluntatis
igitur similiter nec in proposito. Preterea spiratio
passiva est propria unius persone in divinis
igitur et activa. Preterea que utraque tamen
videtur eque perfecta et eque incommunica-
bilis. Contra in symbolo niceno ex
patre filioque procedit et athanasius
in symbolo spiritus sanctus a patre et filio. In
ista questione dicitur discordare a latinis
greci sicut auctores dicunt sonare
videntur. Sed de ista discordia dicit
lincolniensis in notula quadam super fine
epistole de fide quod sunt grecorum et quod spiritus sanctus

est spiritus filii sed non procedens a fi-
lio sed a solo patre per filium non habet
sua videtur sententia unde quia dicunt
spiritum sanctum a patre et filio procedere forte
tamen si duo sapientes unus grecus
et alius latinus uterque verus amator
veritatis et non proprie dictionis vellet
ista est de hac ipsa contrarietate dis-
quirere patet utique tandem ipsam
contrarietatem non esse veram realem sicut
est vocalis aliquando vel ipsi greci vel
nos latini vere sumus heretici Sed quis
audeat hanc auctoritatem s. Jo. damasceni et
beatos basilium [illegible] theologum et gregorium
nazanzenum et cirillum et complures patres
grecos asserere hereticos quis item
hereticos beatum ieronimum augustinum hylarium et
complures latinos dicere Ideo est quod
non sub eisdem verbis contrariis contra-
riorum sicut sunt multiplicibus eiusdem
sicut hic habemus ita hic ex illo quam
multiplicitate intellecta et distincta for-
te patet contrariorum verborum non dis-
cors sententia Quidquid sit de eis ex
quo ecclesia catholica declaravit hoc
esse tenendum tamquam de substantia fidei
sicut patet extra de summa trinitate et fide
catholica firmiter tenendum est quod
spiritus sanctus procedit ab utroque. Ad
hoc autem est ratio talis hunc principium
productivum perfectum sicut quam intel-
ligitur habere productum per illo principio
producere quod s. principium est ita perfec-
tum quod non dependeat a passo nec
potest impediri per aliquid filius habet
voluntatem que est principium productivum
amoris adequati et habet etiam ut sic
intelligitur productio per actum voluntatis
ergo potest eam producere ergo et eam producit.
Non minor generatio et spiratio habent
aliquem ordinem ita quod aliquo modo
generatio est prior spiratione in illo

ante priori quantum generatio omnis perfectio
divina et ita voluntas ergo habet tunc
voluntatem ut priore productio per actum
voluntatis quia non intelligitur ad hanc
productio aliqua facta per modum vel
actum voluntatis. Assumptum autem de
isto ordine productionum licet videatur
esse manifestum ex ordine potentiarum pro-
batur per hoc quia quando actus sunt habent
ordinem in aliquo si utique sint actus
perfecte habebunt etiam similem ordinem
in eisdem actus suos. Addidi autem
perfecte activi ad excludendum
formam substantialem et qualitatem incorrup-
tibilis ubi licet forma substantialis
sit activa et qualitas similiter et for-
ma substantialis sit prior qualitate tamen quantum
habet actum suum prius sed hoc est ex
imperfectione actualitatis forme substantia-
lis. In patre autem intellectus et
voluntas sunt perfecte activa et ha-
bent quemdam ordinem quia fecundi-
tas intellectus constituit prius non
autem fecunditas voluntatis ergo
ista fecunditas intellectus aliquo
modo prius habebit actum suum quam
fecunditas voluntatis suum. Hunc ordinem
productionum probant alii per hoc quia
sicut intelligere ad velle ita dicere
ad spirare sed ista probatio videtur de-
ficere quia velle presupponit intellectum
eo quod per illud intelligere obiectum ita
quod debet esse dilectum est sufficienter
prius volunti ut possit velle et
absque illa intellectione non sed per actum
dicendi non est prius voluntati presentem obiectum
tamquam amor spirandus quia et si pater
spiraret voluntate ut in eo nunc non
habet obiectum prius formaliter notitia
genitam quia nihil notum prius non
genita [illegible] Sed intellectus
sibi ingenita habet obiectum sibi prius

et ista est notitia que presupponitur actui spirandi. igitur non est similis unitas quod generatio presupponatur spirationi sed quod intellectio presupponatur volitioni. Concedo quod ista instantia bene probat quod non est similis unitas hinc inde scilicet inter intellectionem et volitionem et ordo inter duo et inter productiones. ubi tamen dicitur et inter ordinem potentiarum istarum in operando quia ille potentie sunt tales quod naturaliter una est ordinata posterius ad operandum quam alia. Prima non est ad propositum generationis ad spirationem sed 2a. sicut enim inquantum sunt potentie operative aliquis ordo est inter earum operationes ita inquantum sunt productive aliquis ordo est inter productiones earum licet non sit ordo unitatis inter huiusmodi talem ubi prioritatis. Exemplum huius est si calor et siccitas in igne sint cause active nate tamen ordinate elicere actus suos ita quod siccitas non possit desiccare nisi calor prius calefaciat. ita unitas ordinis non est quia per calefactionem fiat obiectum desiccabile prius sicut ut desiccetur. Sed inter nullam istarum potentiarum activarum et si in illo priori in quo calor calefacit concurreret calefactio vel produceret in eo non tantum calorem sed et siccitatem quam habuit calefaciendo eadem siccitate desiccaret cum calefaciente quia in illo o(rdine) naturae in quo est desiccatio una siccitas est in calefaciente et calefacto. Ita intelligendum est hoc quod in illo signo originis in quo pater producit actu voluntatis principium productivum est idem in patre et filio et ideo filius producit spiritum sanctum eadem productione cum patre. Ad auctoritates dicitur videtur posse videri per notulam illam

licet de qua dictum est. Prima tamen auctoritas potest exponi si loquatur de voluntate et non de spiritu sancto. Nec enim potest dici quod voluntas que est principium spirandi ipsa est a patre in filium quia pater communicat eam filio et requiescit in filio hoc est non ulterius communicatur sub ratione principii. Secunda licet eadem voluntas communicetur spiritui sancto in se sed secunda videtur loqui ibi de persona spiritus sancti et non de voluntate qua spiratur. Ad rationem de evangelio dico quod Christum descendisse ad inferna non docetur in evangelio et tamen concedendum est sicut articulus fidei qui ponitur in symbolo apostolorum. ita multa alia de sanctis ecclesie non sunt expressa in evangelio et tamen ecclesia tenet ista tradita consuetudinaliter ab apostolis et periculosum esset errare circa illa que non tantum ab apostolis descenderunt per scripturam sed etiam que per consuetudinem universalis ecclesie tenenda sunt. Unde Christus in evangelio docuit omnia pertinentia ad dispensationem sacramentorum dicit enim discipulis suis Jo. 16. Adhuc multa habeo vobis dicere que non potestis portare modo. Cum autem venerit ille spiritus veritatis docebit vos omnem veritatem. Multa enim docuit eos spiritus sanctus que non sunt scripta in evangelio et illa multa quedam per scripturam quedam per consuetudinem ecclesie tradiderunt. similiter per diversa symbola diversis temporibus sunt edita quia diversas hereses de novo orientes quod enim insurgebat nova heresis necessarium erat declarare veritatem contra quam erat heresis quo veritas et si prius erat de fide non tamen erat prius tantum declarata post tenetur contra errorem eorum qui eam negabant. Ad illud de verbo mentis dico quod illud impressionis est in imagine quod verbo non communicatur eadem natura cum mente

et ideo nec libertas formaliter et simpliciter. Verbo autem divino communicatur eadem natura patris et eadem voluntas cum patre et ideo sic eam ut secundum respondeant productionis spiritus sancti. quia intelligitur ordine originis prius ea autem spiritus sanctus spiratur. Ad ultimum dicitur quod non sequitur quod natura divina non potest pluribus productionibus sic in una persona sicut patebit in sequenti quia tunc utraque productio terminaretur et neutra haberet illa una persona pro pluribus quicumque unus et plures persone possunt una productione producere personam et ideo si passiva sit tantum in uno non sequitur quod etiam activa sit tantum in uno

Utrum quintum verbum spiritus sanctus pro solum distingueretur a filio si non procederet ab eo. Et dicitur quod non. boecius de trinitate: continet unitatem relatio multiplicat trinitatem igitur nulla persona distinguitur ab alia nisi que relatione refertur ad aliam. Sed si spiritus sanctus non procederet a filio non referretur ad ipsum realiter igitur nec distingueretur realiter ab ipso. Praeterea Augustinus xv de trinitate capitulo x ideo simpliciter est deus quia est hoc quod habet excepto eo quod relative dicitur sicut pater habet filium et non est filius igitur spiritus sanctus si non procederet a filio esset filius quia non diceretur ad eum relative. Contra quintum de trinitate capitulo ix apparet quod spiritus sanctus non est filius et sic exeat a patre quia exit non quo natus sed quo datus. Hic dicitur quod ista conclusio quia positio includens impossibilia non potest poni nec sustineri quia in ea statim includitur redarguit quod est inconveniens ultimum ad quod potest [illegible] deduci tali cum positione posita nulla regula disputationis salvari potest [illegible] concedendo quibus et negando repugnans quia statim est concedere repugnantia que includuntur in positione. Quod autem istud positum sit tale probatur quia simul uterque repugnat simul impossibile quidquid autem est in idea [illegible] natura est simul necessarium igitur sibi repugnat simul impossibile. Sed positio spiritus sanctus non procedere a filio est simul impossibile quia eius oppositum simul necessarium scilicet ipsum esse a filio. Impossibile autem includens incompossibilia videtur esse impossibilius quam impossibile non includens illa igitur. Confirmatur sic Augustinus quia istud videtur esse fuga conclusionis [illegible] eum quod ut inquiratur quid sit per quod distinctum [illegible] filii a spiritu sancto utrum filiatio vel spiratio activa sola [illegible] filiatio per quecumque igitur incompossibile [illegible] spiratione activa ad hoc remanet [illegible] distinctionis. Praeterea licet positio que statim ex intellectu suo includit contradictoria non possit admitti [illegible] tamen illa que ex intellectu suo includit tantum in uno contradictoria et aliud non nisi per quamcumque [illegible] et per locos extrinsecos bene videtur posse admitti quia tali posita potest sustineri per regule disputationis potest eum concedendi sequens quia [illegible] et negando repugnans. Si autem inferatur aliud repugnans sequens [illegible] per locum extrinsecum negandum est sequi quia [illegible] illa per quam [illegible] teneret destruitur ex positione. Nunc autem spiratio activa non est de per se intellectu filii ut persona est sed [illegible] passio quibus patri et filio igitur ista incompossibilia ponendo filium non esse filii non ponitur contradictoria ex positione intellectu positi. Sed tantum aliud scilicet quod sit filius et filius non nisi quantum [illegible] et per locum extrinsecum ex remotione [illegible] passionis removendo [illegible] filii igitur potentia ista

nō sit includit opposita qū possit
admitti. ꝙ si aliquid contrarium in-
clusio in aliquo ponatur remouetur
ab eo quod tū nō sunt tē inherentie
alterius predicati. Unde sit quod an
illud ul' isto concepto insit tale pre-
dicatum ul' nō et quicumque posito in-
cludit contradictoria nō tū repugnat
sunt posito qū altera pars huius contra-
dictionis danda. puta si conciperetur
homo ab homine rationalitas quod nō in-
cludit impossibilia et quaeratur
utrum hoc concepto possit homo disting-
ui ab asino. videtur posse dubitare
videtur quod sic quia nō per rationalitatem
conueniebat homini sic distingui
sed per rationalitatem igitur. licet spiratio
actiua esset de ratione filij adhuc tū
ipsa concepta quaeri potest utrum filius
distinguatur a spiritu. ul' nō quod nō quic-
quid includit predicatum conceptum sit pri-
us conceptum de ul' aliquod predicatum
nō conceptum. ꝙ aliud est ponere
aliquid in illo posito ulterius quaerere
de aliquo proposito et aliud est quaerere
de veritate alterius contradictorie quia quaerere
de aliquo contradictorie ad nichil obligat
et si igitur aliqua probabilitatem habet
ex posito quod s. s. nō procederet a filio
et nullam tamen probabilitatem habet
quod non sit est quod proposita sunt. cum
posui utrum s. s. nō procederet
a filio possit stare de realiter cum a fi-
lio. ibi enim quaero de contradictionali
quadam ista sed an ad s. s. nō procedere
a filio sequatur contrarium. opinio dis-
tingui ab eo ita quod oppositum
consequentis nō possit stare cum ante-
loquendo de formali intellectu eorum
Multe etiam auctoritates sunt contra istam
posteriorem. unde ag. .v. de tri. c. si pri
nō esset mutabilis nichil prohibet

ipsum genuisse filium et tū illa po
generationis includit impossibilia
ꝙ Ric. 3. de tri. c. 16. Si una per-
sona esset nichil prohibet eam habere
plenitudinem sapientie tū tū generatione
ad plenitudinem sapientie ut intel-
lectus sequatur pluralitas personarum
ꝙ plures et plures arguunt etiam ista
posito quod esset aliquod spatium et nō
haberet corpus. Et actus ut similiter
colorem sine sensu. quaerere utrum esset
vacuum et videtur quod si vacuum esset re-
cipere corpus esset vacuum sed nō nō
igitur tali posito posita que tū per
ipsum ponunt impossibilia potest quaeri
de aliquo an sequatur inter eos sed de
uali quantum quia et sed posito includit
impossibilia nō tū omnia impossibilia
uali quantitate sed ad ipsum sit sequi aliqua
contradictoria uali quantitate et ad nullo
mus ad quodlibet impossibile. Ideo
admittendo quod est una opinio que dicit
quod si nō procederet ab eo nullo modo dis-
tinguerentur ab eo. Et hoc per secundas
rationes. Una est sicut relatio in diuinis
aut distinguit secundum qualitatem suam. aut
secundum esse nō secundum esse quia sic insit in
creaturis igitur secundum qualitatem sed secundum qua-
litatem tū respicit oppositum igitur
tū distinguunt ab alio. Et posita
propositio si nō essent in filio et s. s. re-
lationes opposite. Secunda nō est talis
sed rationes disparate possent suffici-
enter distinguere personas igitur. tū
due tales sunt in patre ut generatio
actiua et spiratio actiua pater esset
due persone. Confirmatur quia nullam
distinctionem videntur habere relationes
iste sed generatio actiua et spiratio actiua
quia habent eorum correlatiua igitur
per ut distinguerent sicut illa. Auc-
toritates adducuntur de aug. de processione s. s.

Sed quia utrumque adducitur circa propositum
et fit magna altercatio de intentione
eius quae fuit de hoc nolo multum
circa intentionem eius immorari. Contra
ergo istam sunt rationes quae sumuntur
ex duobus mediis. Primum medium
est ex ratione formalis constitutivi, 2um
ex distinctione emanationum. Ex primo
arguitur sic: quocumque formaliter aliquid
constituitur in esse eodem distinguitur,
quia eodem est aliquid ens et unum conve-
niens tali enti et sic unum igitur indis-
tinctum in se et distinctum ab aliis;
sed filius constituitur in esse personali
filiatione, igitur ea formaliter distinguitur
ab omni alia persona, igitur circumscripto
per impossibile vel intellectu possibili posito quo-
cumque alio et maxime posita filiatione
remanebit filius personaliter dis-
tinctus a quacumque persona. Assump-
tum etiam patet quia filius non consti-
tuitur in esse personali spiratione activa
quia illa est communis patri et filio et
non sunt in eo aliae proprietates pos-
sitivae nisi generatio passiva et spiratio
activa. Ergo videtur quod formali consti-
tutivo non distinguitur aliquid a quocumque
sed tantum ab illis cum quibus maxime
convenit et a quibus non distinguitur
aliquo modo nisi illo formali; exemplum:
homo rationalitate non distinguitur a lapide
sed a speciebus aliis cum quibus maxime
convenit et a quibus in paucissimis
videtur distingui; a lapide autem
distinguitur aliter quia lapis est
inanimatus, quae animalitas non est for-
male constitutivum eius. Ita dicitur in
proposito quod filius cum patre convenit
in spiratione activa et in hoc dis-
tinguitur a spiritu sancto, sic autem proprio for-
mali scilicet filiatione distinguitur a patre
cum quo maxime convenit etc. Contra
hoc et primo quia licet huius aliquod

esse distinguitur, videlicet convenienti illi esse
a quocumque alio per aliquid quod
est de ratione eius inquantum est proprium,
spiratio activa non est de ratione eius
sed filio posito est quaedam proprietas adve-
nticia. Ex hoc patet quod exemplum adductum
non est ad propositum quia et si homo
distinguitur a lapide per rationale primo
distinguitur tamen per aliud quod est de essen-
tia sua, ita quod inconveniens esset ipsum
per nihil quod est de essentia sua
distingui a lapide sed tantum per risibi-
litatem, ut igitur est in proposito. 2o
sic: per formale distinguitur constitutum
ab omni alio etiam si per impossibile
circumscriberetur quodcumque aliud a constituto,
quia per illud distinguitur primo id est ade-
quate ab omni non tali. Sed quodcumque
non habens illud formale constitutivum
non est tale, igitur per illud distinguitur
ab omni alio non habente illud. Ratio ista
declaratur quia licet homo non tantum
per rationale distinguatur a lapide sed
etiam per animalitatem, nec etiam primo per
rationalitatem distinguatur a lapide
id est adequate, quia non quodlibet
distinctum a lapide esset rationale, sed
adequate in genere corporis primo dis-
tinguitur a lapide per animatum, tamen
circumscribendo ab homine quodcumque aliud
a rationali per illud solum distingueretur
essentialiter a quocumque non rationali et ita
a lapide qui non est rationalis. Igitur
non tantum illud distinguit realiter quod
distinguit adequate sed etiam illud quod
solum si poneretur esset impossibile illi
a quo distinguitur. Confirmatur ratio
ista principalis superius ex forma-
li constitutivo quia si pater per impossibile
non spiraret sed filius, adhuc tamen
pater paternitate distingueretur a filio
et spiritu sancto, sic paternitate constituitur in esse

personali. Ex 2° medio, scilicet ex distinctione
emanationum arguitur sic: generatio
distinguitur a spiratione et hoc circumscripto
per impossibile omni alio actu genera-
tionis et spirationis aut paternitate circumscrip-
to, hoc quod spiratio activa sit in filio,
dummodo tamen staret distinctio productionum
generationis et spirationis, igitur quolibet tali circumscrip-
to staret distinctio filii et spiritus sancti. Probatio quia
impossibile est unam personam duabus
productionibus totalibus accipere esse, nulla
enim productione accipit esse quia per
impossibile circumscripta non minus acci-
peret esse, sed si productione hac et illa
acciperet esse et utraque complete, quia
utraque esset perfecte, igitur utralibet circum-
scripta haberet esse per alteram complete
et ita neutra et utraque acciperet esse.
Dicitur: si spiritus sanctus esset a solo patre
productiones essent essentialiter distincte,
igitur et producta. Probatio antecedentis quia
principia quorumlibet productionum habent omnes
modos principiandi, talia non possunt partici-
pare eadem principiatione. Ad istam
rationem ponuntur aliquae responsiones
ad antecedens, sed quia de hac tractabitur
distinctione 13 modo non prosequor; credo
conclusionem istarum rationum et magis
propositum declarari distinctione emana-
tionum. Ad auctoritatem Boecii credo
quod relatio multiplicat trinitatem et
non tantum distinguitur a relatione opposita
sed a qualibet relatione disparata, nam for-
maliter non est idem, quia sicut in genere
qualitatis albedo non tantum distinguitur
ab alia qualitate contraria sed ab omni
alia etiam disparata, quia albedo
non est formaliter dulcedo nec e contra,
et si aliqua disparata essent incompossibilia
alteri disparato in eodem supposito
non tantum distinguerentur natura a natura
sed etiam requireretur distinctio sup-

positorum, ita similiter aliqua relatio dis-
parata ab alia relatione disparata dis-
tinguitur absque aliqua alia incomposs-
ibilitate; aliquae non tantum habent distinctionem
sed incompossibilitatem vel sunt incom-
possibiles in eodem supposito, quales
sunt relationes disparate accipiendi naturam,
quia persona quae disparatis modis ac-
ciperet naturam non unico modo naturam
haberet. Ad argumentum dico quod quaelibet persona divina
est haec quod hic nisi quod relatio hic correlativum,
et non est ipsum posita ante illa hypostasis;
spiritus sanctus non haberet filium ut correlativum et
per consequens et ideo non sequitur quod spiritus sanctus sit
filius quia non haberet filium nec etiam conve-
niret sicut correlativum originans; exci-
pit autem argumentum quod aliud quod haberetur non
est [illegible] ut correlativum non igitur
accipit ibi argumentum nisi quod haberetur vel prius
filius. Dicitur habere dicitur ut sicut dicitur
habere proprium unius modus est habere
formaliter et essentialiter, argumentum modus est
habere correlative et originative. Ad rationes
pro prima opinione. Ad primum dico quod tamen
cum quidditate qua cum esse manet
ibi relatio quomodocumque, enim ibi manet
cum quidditate manet cum esse eius
quod est esse ad aliud, quia quidditas
relationis non potest esse ad aliud quia
intellectus relationis sine esse ad aliud
non intelligitur relatio sed absolutum, quia
cum argumentum [illegible] si est ad aliud
non est substantia et ita si est substantia sine
ad se tamen non est ad aliud sine re,
quomodocumque causa non tamen est esse tamen
et quidditas quia sicut esse ad aliud
quod est esse relationis non est idem essentie,
ita etiam quidditas relationis est idem
essentie; nichil enim est ibi quod
non sit idem essentie; manet igitur et
quidditas et esse, quia relatio non est
formaliter essentia divina, sicut dicitur argumentum a.

de tri. c. 2. non eo ibunt quo sapientia
subsistit autem vnaquaeque quia ad hoc quod
non est formaliter idem est vere idem
sicut saepe dictum est. Cum igitur dicis
sic subsistit igitur sic non distinguitur quod non
valet quia subsistit ratione ydemptitatis
et manet ratione formalitatis et non
oportet vnam ydemptitatem esse for-
malem quia formaliter id quod subsi-
stit non est formalis id cuius
in qua subsistit et id quod cuius non for-
mali competit quod est sibi proprium
est autem proprium sibi distingui realiter
ab omni relatione tam opposita quam
disparata et incompossibili et ideo cum
hoc quod vere subsistit vere manet quantum
sufficit ad distinctionem realem tam
ab opposito relatiue quam etiam a re-
latione disparata simpliciter incompossibili
et sicut manet ratione esse et ratione quiddita-
tis ita ratione vtriusque distinguitur. Ad 2m
de duabus proprietatibus in patre dicendum
est d. 2. q. 3. non enim oportet tantam
esse incompossibilitatem productionum
actiuarum quantum productionum passiuarum
quia impossibile est idem duabus
productionibus oppositis produci et accipere
esse non est etiam incompossibile dua-
bus productionibus actiuis conuenire
esse distinctis personis

Tercium quaeritur H. Circa istam
distinctionem 11 in qua magister
agit de modo producendi spiritum sanctum
a patre et filio quaeruntur duo. Primum
est vtrum pater et filius spirent spiritum sanctum
inquantum sunt omnino vnum vel inquantum
aliquo modo distincti et arguitur quod
inquantum aliquo modo distincti Aug. 6.
de tri. c. 4. spiritus sanctus est quo vel quod vnio
patris et filii et ex hoc accipitur quantum
quod est nexus amborum nexus

autem non est aliquorum nisi inquantum sunt
distincti. Est autem nexus eorum
inquantum procedit ab eis id est procedit ab
eis inquantum sunt distincti. Praeterea
est suppositum igitur duorum suppositorum
non est vna actio spiritus sanctus producitur actione
patris et filii vt agentium igitur inquantum
distincti. Praeterea spiritus sanctus producitur vt amor
vnum aut inquantum vnum in essentia
aut vt vnum in persona aut vnum
in vi spiratiua non inquantum vnum
in essentia quia tunc spiritus sanctus produceret
se quia est vnum in essentia cum patre. non
2o modo quia sunt distincte personae. patet
nec inquantum vnum in vi spiratiua
quia tunc sequeretur quod pater est duo principia
respectu filii et spiritus sancti propter duas vires
productiuas in ipso respectu eorum. Contra
4. de tri. c. 14. pater et filius sunt vnum
principium ad spiritum sanctum sicut pater et filius
et spiritus sanctus sunt vnum principium ad creaturam
creatura est a tribus inquantum vnum non
inquantum distincti igitur etc. In ista quaestione
planum est quod pater et filius sunt vnum
principium spiritus sancti hoc enim declaratum est
in concilio generali lugdunensi sub Gregorio x.
patet extra de summa tri. et fide ca.
et est hoc in lib. decre. Ratio huius
veritatis est haec quia vt dictum est d. x.
pater prius origine habet actum tam fe-
cunditatis intellectus quam voluntatis
in illo priori communicat filio eandem fe-
cunditatem quae est in patre quia in illo
signo originis in quo producitur filius
per fecunditatem intellectus communicatur sibi
a patre quidquid sibi non repugnat et
ita fecunditas voluntatis igitur in alio
signo originis in quo producitur spiritus sanctus
per actum fecunditatis voluntatis producitur
a patre et filio omnino vt ab vno principio
propter vnam fecunditatem principii productiui

meis. Sz ē alia difficultas. tum enim ista voluntas una sit in duobus suppositis que supposita concorditer volunt ista voluntate et concordia quorum aliquam distinctionem suppositorum concordium utrum pater et filius spirent magis per se ista voluntate inquantum una ut inquantum concors. Hic dicitur sic quod supposita producentia sint distincta et propter istam distinctionem nullo modo conceditur spirare inquantum plures sunt cum unam unum spirationem. Sz ulterius illa una vis spirativa non omnino sub ratione sue unitatis est proximum principium secundum ad spirandum sed sub ratione concordis voluntatis ubi connotatur aliqua distinctio et propter illam distinctionem connotatam ex parte principii quo potest concedi quod spirant inquantum sunt distincti. Opinio ista confirmatur per Ric. 3. de tri. c. quarto intellectus perfectam fecunditatem habere potest ut existit in una sola persona ad productionem verbi voluntas autem perfecta fecunditate habere non potest ad productionem spiritus sancti nisi ut existit in gemina persona. Et hoc quia fecunditas intellectus consistit in plenitudine perfecte sapientie que potest esse in unico dicente Ric. de tri. li. 3. c. 16. nichil diffinitur convenientius sed plenitudo sapientie dicitur posse subsistere in singularitate persone. Nam si una sola persona esset in divinitate nichilominus plenitudinem sapientie habere posset. Fecunditas autem voluntatis consistit in plenitudine veri amoris qui non potest esse nisi in duobus ad minus dicente eodem Ric. ibidem Amor non potest esse iocundius nisi sit mutuus quoniam ergo in amore consummari? fecunditas voluntatis esse non posset nisi amor sit summe et perfectus et iocundus. oportet quod si voluntas sit fecunda quod amor sit mutuus ut scilicet 2us eius c. 3. qui amorem impendat et scilicet qui amorem rependat dicit c. a. summe diligenti non sufficit si summe dilectus summum dilectionem non rependat. Et 2um hoc ut dictum est ad hoc quod communis voluntas patris et filii sit fecunda ad spirandum spiritum sanctum non sufficit quod sit una voluntas communis amborum sive amor essentialis ipsa communis qua ambo simul amant et volunt sed oportet quod sit voluntas mutua et concors duorum ita quod unus summum alteri amorem impendat et ille vicissim eundem summum amorem eidem semper rependat. quo existente fecunda est voluntas ut ex ipsa producatur amor qui est spiritus sanctus dicente Ric. ubi supra c. xi. quod in amore mutuo nullumque sinere nichil perfectius nichilque preclarius quam ab eo quem summe diligis et a quo summe diligeris aliud eque diligi velis utriusque in illud sit mutuo diligitur utriusque dilectio ut consummata sit utriusque dilectionis consortium requirit et hoc per unum spirativam que est concors voluntas in amore mutuo producendo spiritum sanctum non solum ut sint unum in voluntate illa sive amore sed ut sint plures inter se distincti que distinctio connotatur per hoc quod voluntas dicitur esse concors et amor mutuus qui non potest esse nisi plurium. 2um quod plures sint inseparabiles nam non hec propositio. quia associationem importat que non potest esse nisi plurium distinctorum et propter hoc bene dicitur quod pater et filius et spiritus sanctus sunt tres coeterni non tamen ista negetur pater et filius et spiritus sanctus sunt tres eterni. ¶ Per hoc patet quod ista voluntas concors est et amor mutuus duorum licet sit unus et idem tamen

non est eadem ratio eius ut est a patre
in filium impensus et equus ut est a
filio in patrem rependsus. quod 2° Ric.
3° de tri. c. 20 quando duo diligunt se
mutuo et summi desiderii affectum in-
vicem rependunt et ipsius in illo
et illius in isto affectus descendit
et quasi in diversa tendit quia quodammodo
ratione diversus. Sed ista diversitas est
in amore vel voluntate essentiali qua
non obstante fecunditas non est penitus
una et eadem in voluntate illa con-
cordi et amore mutuo in qua fecun-
ditate pater et filius penitus sunt unum
et uniformiter spirant spiritum sanctum quia a duobus
concorditer diligitur duorum affectus in
amoris incendio in unum confertur
ut dicit idem Ric. et 2° lib. in spiratione
spiritus sancti duplex concordia est patris et filii
distincta uno modo ut exprimuntur se
elicientes actum alio modo ut intelli-
guntur esse concordes in amore mutuo
et in voluntate sua actum eliciendum
et ex dictorum primo concordia nullo
modo dicitur pater spirare ut plures licet
enim sint plures qui spirant non
tamen propter pluralitatem que potest esse
in illis spirantibus Sed solum ex dicto-
rum 2° modo concordia et sic pater et filius
non spirant spiritum sanctum inquantum sunt plures
in eliciendo actionem licet conveniant
in una ratione 2° quia elicitur actio
sed ut sunt plures in una voluntate
que est ratio eliciendi actum concordando
ad amorem suum in illa mutuando
Contra istam ponentem quod pater et filius
producunt spiritum sanctum voluntate inquantum con-
cordes se amantes ea igitur est alius
spiritus sanctus prius productus quod est inconveniens
probatio quia primo quod in quocumque signo
originis aliud non est principium produc-
tivum perfectum in se et in supposito conve-
niente actioni in illo signo potest

esse tali supposito ratio producendi Sed
voluntas infinita ut est infinitum
voluntas intellectum ante omne velle
habens obiectum infinitum sibi presens est
sufficiens principium productivum amoris
infiniti et pater et filius sunt persone
convenientes actioni sue productioni
igitur voluntas ut in patre et filio intel-
lecta non ut qua formaliter volunt
sed ut voluntas est infinita habens
essentiam divinam sibi presentem per actum
intellectus erit patri et filio principium pro-
ducendi spiritum sanctum et ita spiritus sanctus producetur per vo-
luntatem inquantum volens sive in-
quantum ea pater et filius diligunt se actu
sequetur quod ante spiritum sanctum productum volun-
tate volente ut est actus primus quod
est inquantum ratio illa de voluntate quod
sit principium spirandi ut voluntas
est non autem ut actu volens est.
Confirmatur dupliciter primo per rationem forte
voluntatem in patre que est libertas
qua non ita convenit ipsi velle 2°
per simile de intellectu primo pater filium
non producit intellectu primo ut actu
intelligens est ita quod actualis in-
tellectio sit formalis ratio qua pro-
ducat ut dictum est d. 2 igitur a simili
voluntas ut actu volens non est
principium producendi spiritum sanctum Sed voluntas
ut actus primus voluntas autem ut
in nobis est actus primus est libera
ad habendum actum volendi non autem
ipse actus volendi est liber sive
principium libere producendi aliquid
quia actus volendi est quedam
qualitas naturalis et si est principium
alicuius videtur esse naturale principium
principium eius et non liberum sicut si
ex tali actu generaretur habitus acqui-
situs naturaliter generaretur ita quod
non esset in potestate actus talis generatio

sicut videtur igitur quod magis salvatur scilicet productio libera si producitur voluntate ut est actus secundus quam si producitur voluntate ut actu volens ut sic intellectus sub actu 2o. 2o probo quartam principalem sic accipiendo eandem maiorem que superius in quarto signo naturae vel originis nunc addo hanc minorem quod voluntas habens obiectum primum sibi presens est ratio producendi amorem adequatum illi perfectius quam habens obiectum secundarium sibi presens vel saltem non minus perfecte igitur cum essentia divina sit primum obiectum voluntatis divine non autem pater ut pater nec filius ut filius quia tunc pater esset formaliter beatus in pluribus obiectis distinctis igitur voluntas habens essentiam divinam presentem sibi sive ut amabilem sive ut amatam non tamen in ista productione 2a magis erit principium producendi amorem adequatum sibi quam ut habet patrem ut patrem vel filium ut filium pro obiecto vel saltem non minus et ita cum voluntas patris habeat essentiam pro obiecto quam patrem ut patet est patris spirabitur scilicet quam voluntas sit patris vel filii tamquam obiecti. Confirmatur ista ratio quia essentia divina est formaliter infinita paternitas ut paternitas non est formaliter infinita igitur scilicet quam est amor infinitus et hoc non tantum ratione voluntatis infinitae sed etiam ratione obiecti infiniti ut dictum est d. 10. magis spirabitur voluntate ut est essentiae divinae que est obiectum infinitum quam ut est patris ut patris et filii ut filii. Si dicatur essentiam non esse primum obiectum voluntatis sed rationem formalem in primo obiecto quod est persona hoc est falsum quia unum est obiectum primum voluntatis et rationem formalem in primo obiecto quod est persona hoc est falsum quia unum est obiectum primum voluntatis tum etiam quia ratio formalis actu

primo amatur et quaeritur. Postea quia tunc erit ratio formalis spirandi eo modo quo obiectum concurrit ad spirare. Ex istis duabus probationibus concluditur quod pater non spirat sub ratione qua inquantum diligit filium primo nec filius inquantum patrem sed pater et filius inquantum habent essentiam divinam presentem ut obiectum primum sue voluntatis et hoc patet 2am probationem quartae principalis. Similiter spirant inquantum habent essentiam presentem non inquantum actu amatam sed inquantum amabilem presentatam actu intellectui contra 3am primam probationem quartae. Et si obicias contra primam probationem quartae ratione pater et filius sunt prius amantes essentiam in se quam spirent scilicet videtur patet et sicut dictum est prius distinctione 6 de productione filii quomodo pater aliquo modo prius origine intelligit quam filius generatur et tamen non sequitur quod actualis intellectio patris sit ratio generandi filium sed memoria in patre ita posset dici de dilectione qua pater et filius diligunt concomitanter et formaliter et de actu spirandi. Probo 2o principium eque perfectum in uno supposito sicut in duobus eque est principium agendi in uno sicut in duobus quia ad actum non videtur requiri nisi principium perfectum quo et suppositum perfectum agens sed voluntas eque perfecta est in uno supposito sicut in duobus et unum suppositum eque perfectum est in perfectione requisita ad suppositum agens sicut duo igitur voluntas eque potest esse principium producendi in uno sicut in duobus ita quod illa unitas non sit aliqua ratio producendi ex parte principii productivi prima pars minoris probatur quia principium quo non accipit perfectionem sibi competentem a supposito sed dat quod eo est suppositum perfectum ut possit agere

igitur tale principium non est perfectius in pluribus quam in uno quia principium est idem in pluribus et in uno. Et si dicas quod illud principium non est in uno ut principium productum sed tantum est sic in duobus et tantum derelictum in patre filio genito. Hoc videtur absurdum quia omnem realitatem tam absolutam quam relativam quam pater potest habere habet a se in primo signo originis, igitur nullam habet filio genito quam non praeintelligatur habere prius origine quam filius generetur. Igitur et illa fecunditate sive illa fecunditas ponatur respectus sive aliquod absolutum. Praeterea si in patre est perfecta voluntas prius origine quam in filio non tantum est secundum rationem principium spirandi perfectum. Quaero tunc quid intelligis addi huic principio ut sit principium perfectum spirandi. Non aliud suppositum quia illud non addit principio quo sed tantum illo habet quod possit agere. Si delectatio mutua habita in illud et equalis vel duplex relationis est ultimata actualitas principii spirandi, hoc est impossibile propter duo. Primo quia nulla relatio rationis praeexigitur productioni divinae per 2 d. q. contra opinionem ponentem intellectum et voluntatem distingui tantum ratione. Secundo quia tunc essent duo principia formalia spirandi et ita duo supposita non spirarent omnino inquantum unum, quod est contra Augustinum 14 de trinitate c. 14 sicut allegatum est in opponendo. Praeterea si haberet duas voluntates possent esse concordes tali mutuitate, vel inquantum concordes spirare non est ut unum principium spirare quia nec ut unum suppositum nec ut unum quo inquantum concordes. Praeterea aut pater ut volens et volitione ut in ipso cum illa relatione ad filium dilectum est totale

principium spirandi aut non. Si sic sequitur quod filius non spirat inquantum habet relationem quia non habet rationem quo equaliter non [illegible] spirat inquantum diligens quo diligit [illegible] unius spiraret spiritum sanctum [illegible] ut solum principium perfectum velle intendit in filium sed detur in persona dilectione, quo sequitur quod utrumque inquantum amans alium est diminutum principium et ambo sunt unum principium per aggregationem sicut duo trahentes navem, non autem unum principium per [illegible] principii perfecti. Hoc confirmatur per Augustinum 5 de trinitate c. 14: pater est principium totius divinitatis et principium in auctoritate praeallegata 14 de trinitate c. 14. Patet quod sicut unum principium spiritus sancti omnino unum sicut tres personae sunt unum principium creaturae, non autem omnino uniformiter spirarent si filius statim in uno signo originis haberet fecunditatem spirandi et pater non haberet in primo signo eandem fecunditatem sed tantum haberet in 2o filio genito. Et si instetur de potentia creandi quod illa non sit in patre ante productionem filii et spiritus sancti patebit inferius exponendo intentionem Richardi et amplius de ordine productionum [illegible]. Praeterea contra illas rationes quas ponit Richardus primo quod amor mutuus sit iocundissimus, ex hoc sequitur quod pater esset beatus tali amore quo amat quo est beatus et iocundissimus et tunc pater non esset formaliter beatus in se sine filio, quod est haereticum. Praeterea contra eandem rationem in nobis amor mutuus est iocundior quia per talem mutuitatem habetur in dilectione amplior ratio diligendi quia tunc cum diligens potest diligere, sic diligitur amabilior est quam non; tantum bonitas quaecumque sit in eo est ratio diligendi sed redamatio est alia ratio diligibilitatis et sic redamatus est amabilior. Igitur oppositum est in divinis

nisi illa ratio maioris amabilitatis nullo modo potest inveniri nec poni non est filius amabilior a patre quia redamans patrem quam per essentiam divinam ipsam qua formaliter amatur nec illa redamacio est aliqua racio amabilitatis in filio. Preterea amor mutuus non est in nobis iocundior nisi sciatur sicut non amatur bonitas non cognita igitur nec redamans amatur inquantum redamans nisi cognoscatur eius redamacio. Sed si hoc modo debet poni in divinis amor mutuus iocundior et propter hoc tali amore spirare spiritum sanctum pater et filius non inquantum redamantes se sed inquantum amantes scientes se redamari spirarent spiritum sanctum ita quod cognicio redamacionis videtur esse formaliter principium spirandi spiritum sanctum quam amor et ita formaliter et immediacius esset spiritus sanctus per intellectum quam per voluntatem. Preterea contra opinionem quia tenet spiritum sanctum distingui a filio si non procederet ab eo propter eius modum distinctum procedendi a patre. Si autem fecunditas voluntatis non est nisi ut voluntas est formaliter in duobus non posset spiritui sancto competere suus modus procedendi alius a modo procedendi filii nisi esset a filio igitur videtur sibi ipsi contradicere. Quantum ad istum articulum credo quod pater et filius spirant spiritum sanctum voluntate inquantum omnino una quia ad racionem principii producere ut principium est non requiritur nisi perfectio eius in se et quod habeatur in persona antequam intelligatur habere terminum adequatum. Voluntas autem omnino una est in patre et filio et prius origine quam intelligatur habere terminum adequatum quia ambo sunt inspirativi tanquam voluntas ut in eis eadem principium productivum respectu spiritus sancti. Sed propter verba Ricardi distinguo quod intelligitur

potest intelligi voluntas concordans aut concordans in aliquo actu secundo elicito puta donando idem et tunc erit vel spiritus sanctus vel amando se et redamando puta quod pater eo diligat filium et econverso vel potest intelligi concors quasi virtualiter inquantum actus primus unus est habere quasi actum secundum in duobus primis modis non videtur quod pater et filius spirent spiritum sanctum voluntate concordi ut probatum est in prima racione per duas probaciones neque secundo modo concordie ut probatum est in prima probacione sed neque similiter ut tactum est in secunda probacione formaliter spirat igitur oportet ut intelligatur tercio modo voluntate concordi id est inquantum est actus primus in qua nati sunt concordare in actu suo concordi producendo amorem tali inquantum voluntate spirant et magis una quam concordi quia ut intelligitur ut actus primus intelligitur una voluntas in eis et non habere concordiam nisi sic modo loquendi quia iste persone intelliguntur posse concordare in actu quasi secundo concordiam spirando tunc salvando verba Ricardi. Aliqualiter dico quod quando in aliquo eodem sunt activa principia duo ordinata activa illud non est in potencia proxima ad agendum secundo principio nisi prius intelligatur in actu primi principii exemplum de intellectu et voluntate in anima igitur producto est secundum potencia propinqua ad spirandum quod est actus voluntatis ut principii quo nisi intelligitur in actu principii prioris quod est intellectus et per quem voluntas non est principium proximum nisi ut est in duobus hoc sequitur quod per illam productionem patris sive qua non est ista potencia propinqua voluntas est in duobus quod per actum fecunditatis prime convenit persone producte secunda fecunditas scilicet voluntatis respectu spiracionis spiritus sancti non tunc alia

fecunditas in duobus quia in uno
sz eadem in producente z producto
exm hui9 est aliqualit9 in nobis aia
no est fecunda de potentia pinqua
ad habendu actu volendi nisi sit
in actuali intellone licet illa in
tellone formalit9 no producat ac
tu amandi sz voluntate volente
ut est actus p'mus qui pexistit
in aia ante intellcom licet non
in potetia omnio pinqua ad agend
si tm aia produceus ad intellcoez
caret fecunditate volut. no eet
voluntas in potentia pinq ad pdu
cendu nisi p'us eet vbu pduc
tu z qncunq sibi voluntas fecunda
z ita nunqz voluntas eet fecunda
pxime nisi in duob9 no tn q illa
fecunditas de rone sua requirat
ee in duob9 quia ipa no posset
ee in uno p'mo ipa eade iam pex
istet in ipa mente sz pp' ordine
fecundita in producendo natis opter
2m fecunditate qu est in potetia
pxima ad producendu ee in duob9
pt igr concedi quia pr z filiq vo
luntate una que est in eis spirat
que est pfecte fecunda in duob9
supposit exns quia p'us intelli
gitur gen9 z ita eciam in duob9
q ea s.s. producit. Ex quo dilcoe
mutua spirat s.s. Ri. dilcoe
i. voluntate qua pr z filiq ut in
actu p'mo nati sut mutuo se dili
gere hat in qua voluntate ut exnte
in eis z nata ee talis qua dili
gunt se mutuo spirat s.s. no aute
aliquo actu 2o. qui actior f actuabs
impense z repense Ex si hec no
sufficit ad intentoz Rx exponat
eam qui pt quia no videtur eiq
determinatio bn posse stare cu dictis
aq qui attribuit pri z filio pfatz
roem unius principii respectu s.s. sed

unitati respectu creature si gnra
dicat productis. Qualit aut dicat
aq q pr z filiq diligunt se s.s. qr
sit ipa mutua dilco pris z filii sed
videtur loqui G. de m. c. 4. expone
d. 32. ubi magr tractat qonem illaz
utru pr z filius diligant se s.s.

uxta istaz qonem e dubiu dif
ficultatis q. qualit dicat utru
pr z filius possint dici unus
spirator ut duo spiratores ubi ut
tipli dicitur sz q unus e de signifi
to nominis no multum timoroz videt
enim q hui9 nomine vbale significat
tale principium agendi ut illud un
tu est denotare suppositum actiuu
sicut enim lectio signt actu qdica
tiue p modu habitus z quietis un
lector signt pnum huius actq actus
p modu habitus z quietis ut est de
notatiuum suppositi actiui spiratio
igitur signt unu spirandi z qcernit
suppositu quia una e vis in pre
z filio z unus unalis appositu abem
dentia li ponit significatiuo pud cum
illud io no videtur concludend devi
sionis q sint duo spiratores quia
vis spirativa videtur unari in eis
Et si obicias sequitur sut duo spi
rantes ergo duo spiratores q na pbat q sicut
singulare infert singulare ita plurale
plurale Rx dico q qua no valet
qr participium signt actu ut in fieri sig
ficat enim spiras sicut vbum z ita si
concedatur pr z filiq creant ita gre
detur q sint duo creantes no aut
concedit q sint duo creatores sed
unus est creator quia nome vba
le no signt actu p modu actq et
in fieri sz p modu habitus quietis
Ex io quando vnius adiectiuus tuo
substantiuus concedit posse apponi unus
unalis ponitur ista quia adiectiua

adiacent supposito et ideo potest variari
ad variationem suppositorum sed substantia non
sic significat formam ut adiacentem ad
supposita sed significat quasi aliquo modo abs-
tractive a supposito ideo non potest sic
variari quod sic significaretur ubi unitatem
forme et ideo non conceditur duo dii sicut
duo habentes deitatem Sed ista ratio
non videtur sufficere quia terminus univer-
salis ponit significatum suum circa signi-
ficatum determinabilis significatum autem adiectivi
et substantivi est idem differunt autem
solum in modo significandi Ergo videtur
quod terminus universalis primo ponit signi-
ficatum suum circa idem et tamen non signi-
ficatur variatio forme determinabilis
ex una parte et ex alia vel propter illam
adiacentiam ad suppositum que queri-
tur et non alia ideo ratione significationis sed
ratione modi significandi potest esse
causa variationis in una et similiter in alia
assigno aliam rationem talem omne
dependens dependet ad aliquid
omnino et simpliciter independens in qua
eius dependentia aliquo sufficienter terminatur
nisi ad aliquid omnino independens
et ideo quando duo dependent neutrum na-
tum est terminare alterum sed utrumque de-
pendet ad aliquid tertium independens
adiectivum est dependens ad sub-
stantivum quando igitur adiectivo additur sub-
stantivum invenit saltem independens
ad quod eius dependentia terminatur
quando autem duo adiectiva adduntur sibi
invicem neutrum dependet ad alterum
quia neutrum terminatur ad alterum sed
ambo dependent ad tertium quod suf-
ficienter determinat dependentiam am-
borum igitur quando terminus universalis additur
substantivo sicut dicendo duo spira-
tores statim terminus universalis habet sub-
stantivum terminans et quia adiectivum
determinat illud quod determinat eius

dependentiam ideo denotatur significatum
suum substantivum variari quando autem
additur adiectivo dicendo duo spirantes
utrorumque est dependens et ideo neutrum
determinat alterum sicut neutrum determi-
nat dependentiam alterius sed ambo
dependent ad tertium quod terminat
eorum dependentiam et determinatur per
ipsum et sic est in proposito aliqui vel
pater quasi dicat tres aliqui vel tres pro-
creantes quodlibet usitate masculinum
non sic substantivum sed tamen neutrum eodem
dicimus quod adiectivum masculinum ponitur
per se tunc intelligitur ibi esse substantivum
vel quis vel persona ut cum dicitur pater
et filius non sunt unus sicut dicunt
auctores licet sint unus deus quia
unus absolute positum significatur adiective
et intelligitur hic suum substantivum scilicet quis
unde intelligitur quod pater et filius non
sunt unus quis vel unus aliquis
vel una persona. Tunc ad illa quando
sunt duo spirantes igitur duo spira-
tores nego eam et cum probas eam
quod singulare sicut infert singulare
ita plurale plurale dico quod non oportet
quod si ad aliquod antecedens sequatur
aliquod quod ad distinctionem antecedentis
sequatur distinctio consequentis nisi quando
quod illud distinguitur in antecedentibus sicut
genus distinguitur in speciebus In proposito
autem supposita spirativa distinguuntur
et ad suppositum spirans sequitur spi-
rator sed ipsum quod non distinguitur
nec variatur in antecedente ideo arguendo
spirans ergo spirator duo spirantes
igitur duo spiratores est fallacia consequentis
arguendo a destructione antecedentis et si ali-
cubi inveniatur ab auctoribus quod pater
et filius sunt duo spiratores debet
exponi eorum auctoritas et sane intel-
ligi multe enim auctoritates sunt que

non sunt vie de virtute sermonis aliquid
sunt exponende 2m magistrum d. 12
Ad argumenta ad primum de necon
dico quod pater et filius nectuntur in spiritu sancto
in quantum producto quamvis in se dis-
tincti sint alioquin non nectuntur cum
non habeat quod producatur inquantum disti
sed inquantum unum unde productum unum
est ab eis inquantum sunt unum produ-
cens et ita illa auctoritas est in proposito
Ad 2m dico quod actio est singularium
per se existentis sicut dictum est supra
d. 2. quod est hec vera deus creat
vel deus est pater et filius et spiritus sanctus
ita ponitur quod est aliquis hic spira-
tor cui primo convenit et adequate
spirare qui per intelligitur aliquo modo
in patre et filio quibus convenit actus
spirandi quia uterque est hic spirator
et unum dicitur quod illius per se existit
quod est quasi quoddam in re
ad patrem et filium est una actio licet
illud non sit unum suppositum i. incommuni-
cabile sicut nec trinitas est una
suppositum una tamen creatione creat
Istud non videtur hic probabile sicut
ibi deus creat non videtur hic aliquis
per se existens licet non communicabiliter
realiter referretur ad spiritum sanctum et esset aliquis
realiter relatum ad intra personis aliquo
modo quin intelligatur esse persona
quia non omnis relatio realis ad
intra esset nisi persone quod non videtur
probabile Aliter potest dici quod actio non
denominat ultima denominatione nisi sup-
positum vel habentem modum suppositi
dico modum suppositi per actum separata
et per actionibus separatis per immaculatum
que denominantur ab actione ultima
denominatione quia per se existunt
licet non incommunicabiliter quia nata
sunt communicari esse suppositis dictum tamen
nichil communicatur nichil denominatur
ab actione eorum nisi ultima denomi-
natione sed omnis forma existens talis
ut forma sicut dat illi esse ita
dat illi aliquo modo denominari a sua
actione et licet forma in supposito
denominetur a sua actione non tamen
ultima denominatione sed ultimus de-
nominaretur suppositum ab eadem actione
Si tamen aliqua forma per se existens
nata esset habere aliquam propriam actionem
si ipsa daret idem esse pluribus
ex quo supposita non denominantur
actione forme nisi quia habent esse
per formam denominarentur ab eadem
actione sicut haberent idem esse illius
forme active exemplum si una albe-
do esset in duobus suppositis una immu-
tatione immutaret ita quod est bo…
secunda sunt unum principium spiran-
di quodque denominatur ab ista actione
per hoc quod habet esse illa forma deno-
minatur eadem actione quod igitur dicitur
actio est suppositi ergo pluralitas suppositorum
plures actiones nego quoniam
nisi quando plurificatur in eis illud
quod est ratio agendi per quod dicuntur
esse ista dicuntur denominative agere
Et si obicias ab una anima hominis
sunt multe operationes distincte ut
intelligere et velle et etiam multe
operationes potentiarum sensitivarum ut audire
et videre et talia multa et si potentie ille
essent supposita essent plures
actiones dicuntur agentes Dico quod non
semper unica una res est unica ratio
agendi immo una res potest in se in-
cludere plures rationes agendi sicut
diceretur de anima respectu suarum poten-
tiarum si de hoc fiat questio dictum est
in illa questione iam habita de una ratione

simpliciter agendi qualis una non est
in patre et filio respectu productionis
spiritus sancti. Ad tertium dico quod pater et filius
spirant spiritum sanctum omnino unum non inquantum
unum in esse nec inquantum unum in essentia
sed inquantum sunt unum in vir-
tute spirativa et cum infers igitur pater
et filius sunt duo principia productiva nego
quia ad hoc quod plura
principia que dicuntur plura producentia
requiritur unus suppositorum non enim
dicuntur aliquis plures scientes licet habeant
plures scientias sed oportet esse plura
supposita ad hoc quod sequitur de
hoc alias in tertio libro utrum queritur
utrum si plures nature assumerentur
a verbo esset unus homo vel plures homines
Secundo queritur utrum pater et fi-
lius spirent spiritum sanctum uniformiter
et arguitur quod non Augustinus in 15 de trinitate c. 26
spiritus sanctus procedit principaliter a patre igitur
non principaliter a filio igitur non omnino
uniformiter est ab eis. Preterea Ieronimus epistula
spiritus sanctus procedit proprie a patre
igitur non proprie a filio. Preterea Hylarius 12 de
trinitate spiritus sanctus qui a te per unigenitum
est procreatur igitur est a patre per filium
igitur non uniformiter ab utroque. Preterea
Richardus 6 de trinitate spiritus sanctus procedit a patre mediate
et immediate a filio autem tantum mediate igitur
Preterea omnis causa prima plus agit
quam 2a ex prima propositione de causis et patet
ex dicto philosophi primo posteriorum et 2o metaphysice
unitiorum principia esse verissima sed
que sunt aliis causa veritatis igitur
omne prius producens plus producit quam
2m pater videtur prius producere quam dat
filio producere igitur. Contra unum principium
inquantum omnino unum spirant spiritum sanctum ex
questione precedente igitur omnino uniformiter
Secundum actus pater comparatur ad spirationem ut in se
ut inquantum est unum vel inquantum
comparatur ad supposita agentia primus
duobus modis est omnino uniformitas
vel potius unitas quia verissime unus
actus et unus deus producitur 3o modo
loquendo sicut ipsa virtus spirativa
communicatur filio a patre ita etiam quod fi-
lius spiret habet a patre et ita pater
spirat a se filius non a se. Confirmatur igitur
pater prius spirat spiritum sanctum quam filius quia
in primo signo originis in quo pater
habet esse a se habet etiam spirare a se et
tunc filius non spiraret quia si spiritus sanctus
preintelligitur habere esse a patre prius quam
a filio tunc filius non produceret spiritum sanctum in
existentem. Confirmatur quia prius
productum in supposito priori intelligitur
habere terminum adequatum non potest esse
principium producendi in supposito pos-
teriori sicut autem est in proposito igitur. Ex quo
de istis originibus sive de istis ordinibus
prioritatis et posterioritatis alias
dicetur. Sed quantum ad propositum dicendum
est quod non est aliquis ordo inter pa-
trem spirantem et filium spirantem
quia nec inter patrem generantem et patrem
spirantem unde non est intelligendum
quod pater spiret antequam filius spiret sed
prius origine generat quam spiret propter
ordinem principiorum quia tunc filius
non spiraret ut argumentum deducit
quemadmodum nec spiritus sanctus non potest generare
filium iam preintellectum generari sed est
ille ordo quod in patre est primo utraque
fecunditas a se 2o in patre est actus
prime fecunditatis et tunc in filio est
2a fecunditas 3o est actus 2e fecunditatis
a patre simul et filio habentibus tunc illam
fecunditatem ad hunc non cum aliquo ordine
quod ille actus est prius a se filii autem
non a se sed a patre sicut nec in tertio signo
est illa fecunditas filii a se sed a patre
non est igitur ordo inter spirationem patris

et filii secundum originem quia pater spiret
in aliquo signo originis in quo
non spiret filius sed in eodem signo
simul spirant est tamen ibi ordo spi-
rantium in spirando quia pater in illo
eodem signo originis spirat a se fi-
lius non a se. Ad confirmationem dicendum quod
maior non est vera quia illud principium
non habet terminum adequatum nisi post
productionem alterius suppositi cui communicatur
illud principium secundum totam fecunditatem
eius sicut autem est in proposito quia communicatur
eadem virtus spirativa filio a patre
antequam habeat terminum adequatum
scilicet spiritum sanctum. Ad omnes auctoritates adductas
patet per hoc quia propter hoc dicitur augustinus
patrem principaliter spirare exponit eundem
se dicens ideo principaliter dixi quia
quod filius spirat hoc habet a patre.
Dicit tamen quidam doctor quod pater
spirat primo et principaliter filius autem
autem tamen principaliter sed non principaliter quia
respectu spiritus sancti habet filius auctoritatem sed pater
habet auctoritatem et respectu filii et respectu
spiritus sancti in quantum spirat. Alius autem
doctor contradicit sibi quod non est ibi
aliqua comparatio proprie dicta in aliqua
una forma sed tantum est ibi comparatio
in voce sicut michael dicitur senior
demone ubi est tantum comparatio secundum vocem
et non secundum aliquam formam que in
utroque extremo sed forma illa est
tantum in uno extremo et non in alio
ita principalitas est in patre ut idem
sit patrem principaliter spirare et primo
spirare. Ad illud quod dicit dico quod
proprie terminus dicitur tamen ille qui in habendo
rem non dependet ab alio. Principium
eum qui in tenendo rem dependet ab
alio non est proprie principium propter quod igitur
quia virtutem spirativam habet a se ideo proprie
dicitur spirare filius non sic proprie a se
spirat licet proprie et non improprie ut

imperfecto spiret. Per idem patet ad
hugonem tamen dicat quod spiritus sanctus est a patre per fi-
lium distinguitur tamen quod aliquid de-
terminatum per hanc propositionem per
sic causali comparatur ad ablativum dis-
tinctum ut intrinsecum sed ad extrinsecum tamen
negatur in causa huius propositionis sub
auctoritas ut cum dicitur pater creat per filium.
Si ablativus ut intrinsecus tamen negatur in
causa huius propositionis auctoritas et hoc
ut efficiens sicut homo vivit per deum
ut cause formalis sicut homo est
sapiens per sapientiam. Et per idem patet
ad Ricardum pater eandem fecunditatem
spirat spiritum sanctum in mente sed in quantum dat fi-
lio illam virtutem spirandi qua filius
spirat potest dici pater in mente spirare ut
est hic difformitas aliqua perfectionis
sive imperfectionis sive aliquid quod po-
nat diversitatem in actu sed tantum alius
modus habendi eandem virtutem quo pater
a se filius non a se sed a patre. Ad ultimum
dico quod illa propositio vera est de causis ca-
satis propter hoc quod in causis ordinatis
est alia et alia virtus causandi et prin-
cipalior in priore non autem in principiis
quod non est causa quia ibi non est alia
virtus prioris ita est in proposito et ideo non
plus principat primum principiatis quam
secundum sicut nec causa superior plus causat
sed tantum eadem virtute causativa causatur
tamen causa secunda quod causet secunda causa.

Postea hic consideranda etc. Circa
istam scilicet distinctionem in qua
magister agit de processione spiritus sancti ut
distinguitur contra generationem filii quaeritur
utrum vere spiritus sancti productio sit generatio
ut distinguatur ab ea et arguitur primo
quod sit generatio et probatur quod spiritus sanctus sit genitus
quia generatio in creaturis per hoc distinguitur
ab aliis mutationibus quia est ad substantiam
ut quia producitur aliquid in esse substantiae

spiratione producitur spiritus sanctus in esse divino sicut filiatione vel generatione filius igitur productio spiritus sancti est generatio. Confirmatur quia mutationes et motus distinguuntur per terminos formales eorum 2° physicorum et 4 physicorum. Sed formalis terminus spirationis spiritus sancti est idem cum formali termino generationis quia essentia communicatur utrique igitur generatio est spiratio. Praeterea quaecumque uni et eidem sunt eadem inter se sunt eadem et quaecumque eidem sunt diversa inter se sunt diversa generatio et spiratio sunt productiones diversae comparando ad ipsum patrem ut ad principium quia datum est supra d. 1. quod utraque productio est diversa in se igitur iste due productiones erunt diverse inter se et ita diversae rationis. Praeterea differentia realis non dependet a differentia rationis quia est prior. Sed differentia principiorum istarum productionum scilicet naturae et voluntatis est tantum differentia rationis quia differentia realis absolutorum non videtur posse stare cum simplicitate divina igitur distinctio istarum productionum que praeexigit istam est tantum rationis. Probatur minor arguendo primo quia alias inter intellectum et intelligere in deo est relatio realis et ita distinctio realis quia prima probatur quia ubicumque intellectus ex natura rei distinguitur ab intelligere intellectus recipit intellectionem vel est ratio recipiendi ipsam et ita est ibi relatio recipientis ad receptum. Confirmatur quia si intellectus in deo non sit ratio recipiendi intelligere non magis proprie diceretur deus intelligere intellectu quam voluntate eodem modo per argumentum de ratione prioris quia principium est prius illo respectu cuius est principium. 2° probatur minor quia intellectus absolute est principium quo respectu

intellectionis et in eliciendo et in recipiendo igitur eodem addito uno huiusmodi intellectus infinitus erit prius sicut respectu intelligere infiniti et ita erit ibi relatio realis. Confirmatur a quo de tri. c. 14. spiritus sanctus procedit a patre et filio non quomodo natus sed quomodo datus. Hic sunt multe vie ponendi et multi modi quibus distinguuntur iste productiones uno modo ponitur ipsas distingui per terminos formales qui sunt persone producte et confirmatur ista opinio per illud 4 physicorum ubi motus distinguitur per terminos ut videtur quod alius est terminus alterius et alterius motus et licet productiones iste non sint motus nec mutationes sunt tamen quasi vie quedam ad personas igitur per ipsas distinguuntur. Contra non videtur esse per terminos igitur nec distinguitur. antecedens patet quia sed terminus habet esse ex se formaliter quam per hoc quia ab eodem habet res esse et distingui. Praeterea illud de 4 physicorum est ad oppositum non enim motus distinguuntur per eius terminos nisi quia forme fluentes sunt eiusdem rationis cum formis terminantibus Sed hic non est fluxus eiusdem rationis cum terminis formalibus nec etiam via que est quasi fluxus est eiusdem rationis omnino cum terminis formalibus quia terminus formalis est essentia via sive productio que est quasi via est relatio. Alio modo ponitur eas distingui per hoc quod una est ab una persona et alia a duabus personis. Contra hoc quia si idem sit principium formale producendi aliquid propter esse eius in hoc supposito vel in illo non erit prius productionis alterius rationis albedo enim in lapide et in equo est principium terminationis visus eiusdem rationis ita etiam si eadem albedo esset in duobus

sicut in uno esse principium imita-
tionis eiusdem rationis iste autem pro-
ductiones ita distinguuntur quod non
sunt eiusdem rationis igitur oportet as-
signare aliam rationem istius distinctionis
quam unitatem uel dualitatem suppo-
sitorum agentium. Contra 2m istorum uiam
possent poni infinite persone in
diuinis possent enim poni quia persona
esse a pluribus et non ad quam non oportet esse
aliqua ratione similitudinis in personis diui-
nis sed non esset distinctio per unita-
tem suppositi agentis uel pluralitatem
et non esset distinctio per rationes produ-
cendi. Preterea omnis distinctio reducitur
ad aliqua primo diuersa que essent
distincta si per impossibile essent ab
omnibus aliis separata igitur ista
distinctio est per aliqua talia que
essent distincta omnibus aliis per
impossibile. Premissis que tamen se
ipsis sunt primo diuersa talia non
sunt unitas uel pluralitas suppo-
sitorum agentium si non sit aliqua
alia distinctio in principiis agendi
quia ex suppositio cum omni alio ab
unitate uel dualitate suppositorum
non uidetur quod ista unitas uel plura-
litas sit ratio distinguendi productiones.
Alii ponunt istas productiones distingui
quia una est cum alia et cum opposito
eius ita quod ratio differentie relationis
est distinctio relationum oppositarum
quatenus scilicet una relatio disparata com-
patitur secum duas alias relationes
oppositas sicut spiratio actiua uel
[illegible] spiratiua stat cum generatione actiua
et passiua et ideo distinguitur ab utra-
libet illarum. Contra hoc potest ar-
gui sicut contra opinionem precedentem
non enim assignat positio ista quare

non possunt esse infinite persone quia
semper relatio posterior posset stare
cum prioribus relationibus oppositis. Preterea
non esset primo diuersitas inter has
productiones et illam per hoc quod ista pro-
ductio est cum una et stat cum sua
opposita et ita ista non esset prima ratio
differentie quia prima ratio differentie est aliqua ratio
distinctionis. Preterea contra istam uiam
et precedentem arguo primo sic quero
quare spiratio actiua possit stare
cum generatione passiua et actiua et
generatio actiua non potest stare cum generatione
passiua nulla est ratio nisi propter dis-
tinctionem spirationis actiue a generatione
actiua. ratio enim aliquid est incompossibile
uel compossibile alicui quia ipsum est
tale in se et non econuerso quia unitas
negatiue fundatur et fundatur super
unitatem affirmatiue ratio enim homo
non est asinus quia homo est homo sed
[illegible] [illegible] prius igitur est
aliqua distinctio spirationis actiue
et generationis actiue propter quam incom-
possibilis est generationi passiue generatio
actiua et non spiratio actiua quare
sit ista compossibilitas igitur ista com-
possibilitas uel incompossibilitas non est
prima ratio differentie productionum. Preterea iste pro-
ductiones distinguuntur quia altera est
per modum nature et altera est per mo-
dum uoluntatis hec autem differentia productionis
non est per se a supposito producente
nec quia una stat cum alia et alia
non sed sumitur ex differentia principiorum pro-
ductiuorum que habent oppositos modos
principiandi igitur uerum [?] sit oppositum
quod productio est ibi per modum nature
et uoluntatis non quod una persona producit
naturaliter et alia non sed quod una productio

est filius productioni naturali et alia est
filius productioni voluntarie naturale enim
agens producit non presupponens aliquam
productionem et hoc loquendo in quantum huiusmodi
per actum unum agens naturale presuppo-
nat aliud producens prius ipso ista
enim productio filii est per modum nature
quia non presupponit aliam productionem
productio voluntatis presupponit aliam
productionem illam scilicet que est per modum
nature et intellectus et ita productio
spiritus sancti est per modum voluntatis quia spiritus sanctus
producitur simili modo illi productioni que
proprie dicitur productio voluntatis scilicet sup-
ponendo aliam productionem. Ista ex-
positio non videtur. 2a expositionem
scotus attribuendo istas productiones
proprie intellectui et voluntati quia si deberent
distingui solum per hoc quod una presup-
ponit aliam et alia nullam non videtur
ratio ex productionibus quare filius sit
magis filius quam verbum ex vi produc-
tionis sue quam spiritus sanctus vel quod spiritus sanctus ex
vi productionis sue sit magis amor
quam filius quod videtur absurdum. Preterea
multe alie productiones possunt poni pre-
supponentes vel non presupponentes aliam pro-
ductionem sicut productio per modum
artis videtur aliam presupponere scilicet
productionem verbi interioris in mente arti-
ficis igitur spiritus sanctus posset sibi produci per modum
artis quod est falsum. Et preter hoc
sicut arguitum est distinctione 2a et 10a ex quo
in deo est proprie intellectus et voluntas
et utrumque est sufficiens principium produc-
tivum ideo prius sibi non producitur persona
per actum intellectus ut principii produc-
tivi et alia persona per actum voluntatis
ut principii productivi et non tantum
metaphorice proprie talem ex eorum
similitudinem scilicet producere alia presupposita

vel non presupposita. Aliter dicitur quod iste
emanationes distinguuntur per relationes
oppositas scilicet prioris et posterioris quia
una persona est prior alia. Contra
ista distinctione non est prima apter enim dare
aliquam causam quare scilicet una est naturaliter
prior alia vel est alia ratio nisi quia
vel ista productio est talis productio
et ista talis vel ex parte principiorum
productivorum vel ex parte suppositorum
agentium. Preterea relatio non distinguitur
primo et per se a relatione per relationem quia
relatio refertur primo. Igitur cum iste ema-
nationes sint relationes non distinguuntur
ab invicem per alias relationes puta
prioris et posterioris. Et patet quod iste sunt alie a
relationibus originis quia sunt inter alia
extrema nam relatio originis est inter
producens et productum relatio prioris et
posterioris est inter originantem et originatum.
Aliter dicitur quod emanationes distinguuntur
penes principia formalia elicitiva
que ponuntur esse rationes agendi per-
sonarum agentium puta vis spirativa
et generativa secundum hoc est improbatum distinctione
x. sive intelligatur de principio eli-
citivo sive de principio terminativo et
preterea hoc quomodo distinguuntur iste ra-
tiones ut per eas distinguantur relationes
opposite. Iste enim videntur minus distincte
quam relationes opposite quia iste possunt
convenire in eadem persona puta in patre
ille non possunt quia nulla eadem persona
duobus modis producitur. Igitur manifes-
tius est istas emanationes distingui
quam oppositas rationes ex parte produc-
tivi. Igitur assignando distinctionem per illas
est assignare distinctionem magis manifes-
tam per distinctionem minus manifestam et
non per intrinseca quia relativa non sunt
intrinseca suis correlativis. Aliquis
ponitur quod distinguantur penes princi-

distincta secundum rationes puta penes
naturam et voluntatem que sunt princi-
pales distinctivas emanationes et tamen
ipsa in essentia non distinguuntur nisi
sola ratione sicut probatum est ergo et cetera de at-
tributis. Contra: sed distinctio realis non unio
requirit distinctionem principiorum distinctivorum
ergo ista si est realis non est per istam
que est tantum rationis. Maior istius
rationis ab aliquibus negatur et ponitur
instantia de ydeis que tantum differunt
ratione et creature differunt realiter et tamen
distinctio realis creaturarum unio presuppo-
nit distinctionem rationis ydearum. Contra hoc
arguitur et primo probatur maior et secundo
excluditur instantia. Maior probatur sic
secundum istum intellectum quod distinctio rationis
in causa non sit propria ratio distinctionis realis
in effectu quod posset sic: sit a. diverse
rationes sub quibus causat sic b. et c.
causata sint d. et e. tunc sic si b. et c.
sint proprie rationes ipsius a. inquantum
causat d. et e. igitur a. inquantum est sub b.
est propria causa ipsius e. nam si non non
magis est ista distinctio rationis causandi dis-
tincta quam si ipsa dicta non esset quia
neutra ratio est propria ratio comparans causam
ad effectum. Sunt qui igitur concedit quod
causa inquantum sub b. et c. causat d. et e.
sic concedo quod utraque ratio sit propria ratio
cause respectu sui effectus sed istud
quod est falsum quod si a. inquantum est sub b.
est propria causa ipsius d. quia eius
inquantum est sub b. est propria causa
ipsius d. quod eius inquantum est sub b.
quod est tamen eius rationis sunt tamen esse in
intellectu quod eius rationis non causatur
ab obiecto nisi inquantum cognitum et ut sic
non habet esse nisi in intellectu quod est eius
diminutum ex se. Intellectus nichil autem secundum
quod eius diminutum est propria ratio entis
veri et propria causa entis perfecti et ista

probatur quia omne causans eius verum
oportet quod habeat aliquod esse existentie
inquantum est causa eius. Aut diminutum
non habet esse realis existentie. Igitur nec
inquantum tale potest esse causa alicuius
realis entis. Et si dicas quod licet non
habeat esse existentie intellectus in quo
est quod esse intellectus preparat
inquantum habet esse in ipso intellectu. Contra
ex hoc sequitur quod nulla causatio compe-
tit enti cognito inquantum tale nisi
virtute actualis existentie ipsius intellectus
in quo habet esse actualis existentie secundum
quid et tunc ulterius voluntas non erit primo
spirativa nisi inquantum preparat ipsum
intellectus et tunc intellectus divinus ma-
gis erit ratio spirandi quam voluntas
et ita sequeretur ultra quod intellectus
respectu generationis ubi erit duplex prin-
cipium [illegible] inquantum est principium productivum
et mediatum inquantum ipsum est principium
operativum [illegible] operationem ipsum habet
esse inquantum productum sed cognitum in-
quantum cognitum habet esse preparatum
ipsius cognoscentis quod si non attribuas
talem actionem realem intellectus exem-
plariter [illegible] esse diminutum in intellectu
quia actio realis erit eius quod
nichil minus est tale sicut illud omnino
non esset non enim repugnat alicui
quod sit eius cognitum licet nullo modo
esse et reale in se habet. Si dicatur hic
quod intellectus divinus nichil cognoscit
hic nisi intuitive et ita illud quod
habet esse cognitum in hoc intellectu inquantum
tale habet esse essentie non autem habet esse
tale quod est cognitum intellectione abs-
tractiva qualis est intellectio mea de
rosa modo non existente que non est intui-
tiva. Contra ista ratio que ponitur in
principio sed de eo inquantum principiatur [illegible]
tari in alio cognito per actum intellectus
intellectus divinus nichil [illegible]

in essentia divina vere extrinsecus est sed
concedunt illi de opposito. Contra quia nulla
est ibi diversitas rationum in essentia ut
extrinsecus sed tantum ut est, consequentia patet et probatur
per se quia quidquid est in essentia ut
extrinsecus est esset in ea si per impossibile
non esset et intellectus negocians circa
ipsam. Praeterea secundo essentia divina ut in
filio et spiritu sancto habet prioritatem aliquam
naturaliter ad intellectionem simplicem illius
essentiae sicut eadem ipsa ut in patre
nata est movere intellectum patris
ad simplicem intellectionem sui ita essentia
ut in filio est nata movere quemcumque
intellectum ad sui simplicem intellectionem
quia secundum Augustinum 15 de trinitate c. omnia vi-
det pater in filio sicut et in se ipso ergo
essentia ut in filio habet talem prioritatem
circa talem intellectionem sui simplicem
ergo ipsa ut in filio praecedit naturaliter
omnem rationem quam intellectus negoci-
ans potest fabricare circa ergo nulla
ratio fabricabilis circa ipsam praecedit
eam naturaliter ut in filio aliquin esset
circulus in prioritate naturali quia et ista
ratio causata per intellectum naturaliter prae-
cederet esse eius in filio et econverso. Si
dicas quod essentia in patre praecedit naturaliter
omnem rationem producibilem circa
ipsam sed ut in filio sequitur aliquam
rationem iam productam in ea per actum
intellectus patris et tunc non est circulus
eiusdem ad idem secundum eandem extrinsecam
sive secundum extrinsecas in eodem quia essentia
secundum extrinsecam in uno supposito praecedit
et in alio sequitur. Contra ista circulus (?)
arguo sic quare. Praeterea unius causae in uno
ordine causandi est una per se ratio
causandi ergo multo magis in divinis
ubi est prioritas principiandi oportet ponere
per se unam rationem principiandi ergo ratio
principiandi ubi generationem est aliqua
determinatio realis per se res aut est

ratio non faciunt per se unum quia vere
aliqua passio consequens rem ex natura
rei potest facere unum per se cum subiecto cuius
est effectus ergo multo magis vere
ratio quae non consequitur rem ex natura
rei sed tantum consequitur eandem per actum
intellectus ergo alterum istorum est prin-
cipium principium quo ipsi patri producenti
non ratio sola quia ipsa non est formaliter
infinita. Praeterea quia vere relatio realis
est perfectio formaliter infinita quia tunc
aliqua persona in divinis non haberet
omnem perfectionem formaliter infinitam ergo
multo magis vere eius rationis potest
esse formaliter infinitum et per quas non est
principium producendi quo suppositum
infinitum ergo sola res cui attribuitur
ista non est principium producendi sup-
positum infinitum. Praeterea in quocumque est
principium productionis ei est principium pro-
ducendi sive illud suppositum concurrit tali
productioni concursus autem suppositi
in divinis ad producendum personam est
quod non habet veram productionem ista ut
aliqua productione prior ista talis
est pater ergo sola res est sibi principium
quo producit et nullo modo ratio illa.
Praeterea quarto in divinis illud quod non est
formaliter idem alicui non est vere idem
sibi nisi vel utrumque sit formaliter infi-
nitum vel alterum vel saltem utrumque sit
vere idem alicui formaliter infinito
sed istae rationes quae ponuntur quasi comparates (?)
principium productivum duarum personarum
non sunt formaliter eaedem quia tunc
non essent distinctae rationes nec sunt
vere eaedem alicui formaliter infinito
quia tunc essent in illo formaliter infinito
ex natura rei nec altera illarum est
formaliter infinita sicut probatum est
praecedenti ratione ergo nulla illarum est
eadem alteri aliquo modo ergo eo modo quo

ambe sunt ibi ita sicut vere distincte quod videtur obviare summe simplicitati qualiscumque ponatur earum entitas quia nichil potest poni ibi secundum quamcumque entitatem quod non sit simpliciter idem alteri propter simplicitatem illius essentie. Secundo excludendo predictam instanciam primo quia videtur esse ad oppositum sicut enim distinctio rationum presupponit necessario distinctionem ydearum ac per hoc deus sub ratione unius ydee esset causa unius et causa alterius ydeali. Hoc ideo esset quia esse diminutum dei secundum esse cognitum est simpliciter perfectius et prius naturaliter esse perfecto ydearum quia ydeata respectu dei sicut artificiata et esse cognitum artificialis id est exemplar in magistro artificiato sicut esse est simpliciter perfectius ipso esse existentie ipsius ydeati sed ista ratio omnino deficit in personis divinis quia esse cognitum essentie non potest esse prius naturaliter perfecto esse ipsius essentie in se et ideo licet illa forma maior esset falsa ad minus probatum potest sicut generationes magistri artificialis non tamen esset falsa in productione naturali ubi esset quantum ad eiusdem nature sicut est in proposito quia ibi non videtur quod aliquod esse cognitum possit naturaliter precedere naturale esse ipsius nature. Preterea instantia illa sumpta de ydeis quia illa distinctio rationum in deo non necessario presupponitur ipsis ydearum distinctioni vel deus sub rationibus ydearum est causa diversarum ydearum sicut patebit inferius distinctione 35 de ydeis et q. 4 de volitione. Alia est opinio ad questionem quam ponunt quod essentia sub ratione una omnino indistincta est principium illarum productionum quia sicut duo lumina possunt esse principia duorum actuum ita idem elicitivum continens in se virtualiter illa plura potest

esse principium plurium eorumdem actuum et sub nulla ratione distincta in eo sed ex sola illimitatione sui ipsius ut est distinctum sicut patet de sole respectu multorum generabilium in istis inferioribus. Et confirmatur ista positio quia oportet ponere essentiam divinam unitatem sue simplicitatis et bonitatis et esse quandam naturam radicem et principium istarum perfectionum attributalium et sine omni distinctione in ipsa essentia alioquin procederetur in infinitum igitur illa videtur posse poni tamquam principium duarum productionum personalium. Contra hoc quod actio volendi in nobis non est formaliter libera sed ipsa voluntas quia actio ista est quedam qualitas et quedam forma naturalis in se et non est aliquid intellectuale habens inclinationem ad oppositum ideo non est libera. Ita igitur in divinis ipsa productio spiritus sancti ut iam ponitur esse non videtur formaliter esse libera sed principium libertas videtur esse in principio huius productionis inquantum est huius. Sed si nulla distinctio precedat productionem filii et spiritus sancti forma dei que est huius productionis et illius etc. ut sic ponitur esse ab illo principio igitur non est in divinis una productio per modum intellectus sive nature et alia per modum libertatis quia nullum principium precedit quod ex se aliter se habeat ad productionem hanc quam ad illam et iste productiones in suis primo est distinctio sicut omnino uniformes in se in qualitate ut iam positum sicut in esse descriptum de nobilitate licet intentus huius probandi posset patere non potest per hoc quia quamdiu generat ipsa volitio naturaliter generat unde sicut appetitus vitiate actuum appetitum generat ita naturaliter generatur ex eis sicut habitus intellectivi ex intellectionibus. Patet ergo

2º ex alio quia tunc formaliter posset
aliquis gaudere et tristari inquantum s.
gaudium et tristicia sunt passiones qui-
bus velle et nolle quia ista que sunt
immediate cause istarum passionum pone-
rentur formaliter libere quibus tamen
de passionibus satis videtur manife-
stum in se eius quia non videtur in po-
testate voluntatis se gaudere nisi quia
in potestate eius est velle illud ad
quod sequitur gaudium. similiter nec tristari
nisi quia in potestate eius est nolle illud
ad quod sequitur tristari et ideo tristiciam de
eventu alicuius rei nocive sine dis-
convenientis si volt amovere tristiciam
oportet quod desinat nolle illud quod
noluit non autem expedit. ad hoc
deliberare ut stante volitione et
eventu noliti non sequitur tristicia
Preterea 2º si essentia ut omnino indis-
tincta esset principium duplicis produc-
tionis igitur nec intellectus sub ratione
infiniti sunt sufficiens principium pro-
ducendi verbum infinitum et voluntas
sub ratione infiniti sunt sufficiens principium
productivum amoris infiniti et antequam
intelligatur intellectus infinitus et
voluntas infinita formaliter distincta
preintelligitur essentia ut essentia ergo
per ipsam ut preintelligitur est duplex produc-
tio intrinseca et quando postmodum intelli-
guntur ibi intellectus formaliter infinitus
et voluntas formaliter infinita erunt
due persone infinite producte virtute
istorum duorum principiorum igitur erunt
quatuor persone producte. Et si di-
catur nunquam ibi esse intellectum infi-
nitum et voluntatem infinitam ex natura
rei sed tamen esse ibi illam unam naturam
omnino indistinctam ex natura rei
et ex ratione eius est esse tres personas
intellectum autem et voluntatem esse ibi

preciso per consideratorem intellectus et ita
non esse ibi principia productiva realium
personarum ex natura rei distincta. Contra
si aliqua sunt ibi distincta per actum
intellectus sint illa a. et b. tunc quero
aut ista sunt distincta ex natura rei
et si sic contradicitur sibi ipsi aut si non
sed per intellectum igitur intellectus sub ratione
intellectus et non sub ratione nature dis-
tinguitur. aut igitur ante distinctionem istorum
est ibi intellectus sub ratione intellec-
tus et habetur propositum s. quod est ibi
ex natura rei aut non sed ipse intellectus
sub ratione intellectus est ibi productus
per actum voluntatis intellectus nego-
ciantis et distinguentis et tunc erit querere
de illo intellectu quo actu producatur
aut ex natura rei aut ex intel-
lectu ut intellectus et procedetur in
infinitum vel ubicumque stabitur ibi erit
intellectus inquantum intellectus ex
natura rei ut prius dictum est que ponetur ibi
erit ibi ex natura rei contra oppositum
ponentis. Preterea deus ex natura rei est
formaliter beatus et non formaliter in re-
lationibus Sed beatitudo eius est
formaliter in intellectione et volitione
igitur intellectus et voluntas que sunt
principia istorum sunt ibi ex natura rei
Confirmatur illa ratio per philosophum 12 metaphysice
qui probat quod si deus non sit actu
intelligens nichil honorabile inerit
ei habebit enim se ut dormiens igitur cum
ipsum non est formaliter perfectus in natura
rei nisi sit ibi intellectus formaliter
in natura rei et per consequens est ibi intellectus
distinctus ex natura rei quia non potest
intelligi actualis intellectio formaliter
ex natura rei et per consequens est ibi intellectus
sine intellectu formaliter. Preterea si intel-
lectus non est ibi formaliter ex natura
rei sed fundamentum intellectus

formaliter non est perfectio simplici-
quia non est melius ipsum habere for-
maliter quam non ipsum ymmo pre in
essencia illa que optima est non
haberet formaliter sed eius opposito modo
haberi igitur non potest concludi esse ibi in-
tellectum quia perfectio simpliciter sed magis
videtur sequi oppositum. Quod igitur
dicit augustinus 11 quod quidquid est
in deo melius est ipsum quam non ipsum
sicut est de sapientia. Et ad de ci. c. 2
in divinorum librorum voluminibus auctoritas
verissimo deum esse predicat sed et omnis
que nos intuetur natura proclamat
se habere optimum prestantissimum scilicet condi-
torem qui nobis mentem dedit qua
viventia non viventibus sensu predita
non sensibilibus intelligentia non intelli-
gibilibus incorruptibilia corruptibilibus
preferimus etc. Ac per hoc creatis rebus
creatorem sine dubitatione preferimus
oportet eum et summe vivere et
cuncta intelligere iustissimum optimum
et beatissimum etc. Hec ibi. Ad quem autem
quia esset ista si verum esse meliore
in specie dicit id naturalis igitur deus est
verus si quod ipsum est in creatura me-
lius suo opposito hoc est propter eius
realitatem et in deo ex natura rei
non est aliquo modo realitas ista sed
tantum fundamentum est opposito modo
formaliter huius. Et autem intellectus
iste qui probatur ibi esse ex natura
rei sit infinitus probo intellectus
eius ut intellectus formaliter comprehen-
dit essentiam divinam ut obiectum nichil autem
comprehendit ut obiectum infinitum nisi ipsum
comprehendens sit formaliter infinitum.
Preterea intellectus divinus ut intellectus
intelligit sunt infinita intelligibilia
2° ad de ci. c. 18 ita ne modos propter

infinitatem eorum nesciat deus quis sci-
encia de incertissimus dixit et subdit
infinitas et numerum omnis infinitorum
non sit numerus non tamen est incomprehensibi-
lis illi intellectum cuius non est numerus. Et
si dicas intellectus non est formaliter
infinitus inquantum intellectus sed inquantum
est idem essencie divine infinite et
ideo non habet inquantum intellectus quod sit
principium productivum alicuius persone
infinite et tamen non erunt tres perso-
ne contra quia hoc modo possem dicere
quod paternitas est formaliter infinita quia
est idem essencie divine infinite et
tunc non esset magis inconveniens filium
esse simpliciter intelligentem et non esse
quam ipsum non esse formaliter patrem
quod est manifeste absurdum. Preterea
ex alio quia illa que non sunt formaliter
infinita in divinis si accipiantur in
abstracto non predicantur de se invicem
nec etiam per ydemptitatem sicut inter
formaliter unde hoc non conceditur pater-
nitas est inaspirabilitas cuius ideo dicit
est d. 8 q. de articulis quia ista abstrac-
cio tollit illud quod fuit causa veritatis
per ydemptitatem extremorum quia ut
precise sumuntur neutrum est formaliter
infinitum et ideo neutrum ut precise ab-
stractive sumptum includit quod sit idem
alteri. Sed ista est vera intellectus est
paternitas et intellectus est filiacio licet
non sit predicatio formalis quia intellectus
habet infinitatem formalem qualem non
habet filiacio vel paternitas vel inaspirabi-
litas. Et si queritur est hec intellectus
omnino infinitus formaliter ex se s. con-
tra potest dici quod sit distinguendo res
ab invicem alia res est infinita a
se et intrinsece sicut pater et persona prima
in divinis alia res est infinita intrinsece

sed non a se sicut filius et spiritus sanctus alia res est ex se et in se finita sicut creatura in comparando aliqua que non sunt formaliter eadem potest aliquid accipi tamquam infinitum in se et omnino a se sicut essentia divina que est radix et fundamentum que infinitate sua a nullo habet. Unde 2° dam. c. 9. essentia est sicut pellagus infinitum substantie dei infinite aliquid autem est infinitum per se et in se sed non omnino a se tamquam prima radix et fundamentum omnis infinitatis sicut attributa divina que 2° eiusdem dam. c. 8. dicit quod circa essentiam et circa talia dicit formaliter infinita et in se et per se sed radicaliter in essentia sicut in fundamento cui subsunt eadem. Ulterius aliquid est quod nec in se formaliter est infinitum nec idem formaliter infinito sicut proprietates personales. Sed que est ratio quare ista non habent formalem infinitatem ab essentia sicut intellectus habet. Ad argumenta pro opinione ista ultimo inplicatum est dicitur infinitum in se omnino indistinctum potest esse principium distinctionis verum est ubi ista non requiritur ex ratione sui prioris differentie in principiis talem autem requirit productio libera et naturalis quia ad ista non potest esse prima distinctio sed prerequiritur aliqua differentia in principiis que aliquo modo habent principiare naturaliter et libere personas divinas. Ex hoc patet ad confirmationem illam quod essentia habet sapientiam et bonitatem et omnes perfectiones attributales ante omnem considerationem intellectus et hoc absque omni distinctione presupposita in essentia verum est quia huiusmodi perfectiones attributales non requirunt oppositum modum principiandi nec distinctionem in principiis ita enim naturaliter est essentia intellectus sicut voluntas similiter ista attributa non sunt proprie principia ab essentia divina licet essentia concedatur aliquo modo habere rationem perfectionis radicalis et fundamentalis respectu eorum. Dico igitur ad quartum quod productiones distinguuntur se ipsis formaliter quia eo ipso quod ipsa formaliter est quod et spiratio se ipsa formaliter est spiratio et ex rationibus formalibus earum impossibile est generationem esse spirationem circumscripto per impossibile quocumque alio ita quod non oportet querere quibus distinguantur quia tota ratio formalis unius est non eadem rationi formali alterius.

Hoc patet per aug. 14 de tri. c. 2a ubi dicit quod si quis inveniet quo vel quid distet nativitas ubi a processione doni et paulo plus voluntate de cognitione procedit non tamen cognitionis ymagine est et ideo in hac re quanta difficultas inter processionis et nativitatis intelligere distinctionem quod non est cognitione comprehendere quod apperet vel etiam per filium voluntatem dicitur distinctionem quam potest ubi ex distinctione processionis vel velle concludere distinctionem personarum predictarum. Silu. 4 de tri. c. 19. nisi non sit filius et spiritus sanctus et ipse a patre exeat ideo non dicitur filius quia neque natus exiit sed a patre non quomodo natus sed quomodo datus. Vide igitur ibi conveniens de distinctione personarum per distinctas emanationes earum. Et si obiciatur quod emanationes non sunt a se igitur non distinguuntur a se quod probatur quia quod a quo aliquid habet entitatem ab illo habet et unitatem 2° metaphysice quod dicitur ad

quietenaz onis & vinum. Ru° dr spe[cie]
no sunt a se effective & tamen sunt
se ipsis formaliter distincte primo modo a beo
tamen sunt distincte effective a quo
sunt effective distingui autem formaliter
primo no est distinguitur per aliquid in-
clusum in aliquo quiore sz se toto
formaliter distingui etiam si per impossibile
omne aliud a ratione sua circumscriberetur
ita dico q si dr ultime opponere es-
sent se totis distinguerentur & se tota
essent distincte formaliter ita dico contrario
q si iste persone distincte possent
per impossibile ee no principiate se
totis eent formaliter distincte ita q
nichil formaliter inclusum in una eet
formaliter inclusum in altera & tu
si principiate sunt ita principiative
sunt originaliter distinguuntur a suis
principiis s. intellectu & voluntate
que no distinguuntur tamen ratione sunt
arguendum est q penultimam ex[em]p[lum]. quod
intellectus formaliter no e voluntas
ex natura rei & tu infinitas add-
ita alicui no destruat formalem
rationem eius intellectus infinitus
no est formaliter voluntas infinita
& ita licet no eet inter istam dis-
tinctionem formalem reducere ad aliam
inquantum e formalis tu quod e formale
in principiatis reducatur ad istam dis-
tinctionem principiorum. Si dicatur q lz
duo distinguantur a se no tu
duo infinita a se invicem dis-
tinguuntur.
Ad
argumentum principalia ad primum videtur con-
cludere q eos qui ponunt essentiam
divinam quasi subiectum generationis nam
cum intretur generatio sit naturalis
ex inclinatione principii passivi
& no ex ratione principii activi q
si voluntas in ea generaret gene-
de materia illa generatio passiva eet
naturalis propter inclinationem potentie pas-
sive ad formam licet principium ac-
tivum eet liberum ita videtur si es-
sentia divina eet q subiectum in divinis
respectu spirationis personalium tu
eque naturaliter inclinetur essentia divina
ad spirationem s. s. sicut & filii productio
filii s. s. passiva eet eque naturalis
sicut productio filii licet ab alio principio
activo eet ista productio & illa. Sed
contra me no concludit q nego ibi
generationem sub ratione mutationis & omnis
contrarium passivum respectu acta sunt
pz dr ex. sz pose pono ibi generationem
sub ratione productionis cuius sunt
productio & productum proprie igitur dicitur
ibi generatio naturalis quia ista similitudo
inter producens & productum e naturalis
& naturalitas istius similitudinis est ex
parte naturalitatis producentis quod producat
principio naturaliter inclinato ad agen-
dum & hoc modo no spirat. Aliter
dicitur q generatio sumitur uno modo pro
generatione subiecti alio modo specialiter pro
productione vivi ex vivo & hoc modo
dr generatio animalis & no ignis et ibi
convenit generatio ex parte agentis incli-
natio naturalis sive forma naturalis q
est principium generandi & hoc ultimo modo
videtur ee generatio in divinis prima ipso
est forte melior. Ad 2m dico q
quando duo comparantur ad tertium alterum 2m
aliquod tertium no sequitur ex identitate
eorum in tertio unius eorum inter se exemplum
si ego sum idem deo & ipse idem deo
sit ratione no sequitur q sum simul
idem ipsi quia deus e alterius 2m
primam que est prius totis omnibus

Vltr non sequitur ego sum ab eter-
nitate et abraham fuit ab eternitate
igitur simul sum cum abraham quia deus
et eternitas eius sunt idem ita dicendum
in proposito quod pater in se habet duplicem
fecunditatem perfecte unam autem pro-
ductio correspondet per ipse unum secundum
et ideo pater respectu duarum productionum
comparatur illi [illegible] et quia indeterminatum
comparatum ad determinata et ideo non sequitur
quod si utraque productio sit unius tali-
tio quod ille productiones sunt unius rationis inter
se. Contra hoc arguitur sic si productiones
non sunt unius rationis sed sunt alterius rationis
igitur et terminum productionum erunt al-
terius rationis ex 4 phisicorum igitur cum in
terminis productis requirantur tale dis-
tinctionem formalem terminus non erunt
unius alicui 3o igitur ex opposito si
termini sunt unius alicui ratio et produc-
tiones sunt unius rationis inter se. Preterea in-
tellectus et voluntas quia sunt sunt opera-
tiue potentie requirunt distinctionem
formalem in obiectis et sic respectu obiectorum
erunt productiue producunt talem
distinctionem in aliis igitur cum terminum
producti requirunt tale distinctionem
formalem terminum non erunt unius.
Preterea productum per intellectum ex vi pro-
ductionis sue est notitia genita pro-
ductum autem per voluntatem est amor
producens sed notitia ut notitia
amor ut amor videtur alterius rationis
Respondeo. Ad primum dico quod illa propositio
demonibus et terminis que adducuntur
ad propositum non est vera nisi quando
sunt alie sit vel scilicet quod forma fluens
2m qua est motus est eiusdem rationis
cum forma terminante et motum est
eiusdem rationis cum forma fluente ap-
plicando autem ad propositum non est
fluxus aliquis nec forma fluens
nec productio ista est eiusdem rationis
cum forma que est terminus formalis
productionis quia terminus formalis produc-
tionis est aliquid essentiale productio
autem formaliter est relatio et ideo non oportet
ex distinctione productionum concludere dis-
tinctionem formalem obiectorum vel terminorum
exemplum eius quod dictum est de moti-
bus patet ex 4 phisicorum quia idem ubi
potest acquiri per motum rectum et circulare
qui sunt omnino alterius speciei sicut
patet ex 7 phisicorum quia non comparabiles
sed hic forma 2m qua est fluxus
in motu non est eiusdem rationis cum circulo
non ex hoc est distinctiua rationis
motuum ista responsio facta est supra d. 2
de productionibus per actum [illegible]. Et si
obiciatur saltem primi termini sunt
formales erunt non unius ex quo pro-
ductiones non sunt univoce ita et
persone que sunt primi termini erunt non
unius inter se et ita nec erunt unius
in ratio. Respondeo productio non includit
formaliter essentiam divinam persona autem
includit eam formaliter quia persona
non est tantum proprietas sive relatio sed est
ypostasis subsistens in natura divina
Preterea secundo non tantum includit proprietatem in-
dividualem sed etiam naturam humanam licet
igitur primi termini sunt eiusdem rationis cum
productionibus quantum ad hoc quod primi ter-
mini includunt relationes et productiones
sunt relationes non tamen sunt eiusdem
rationis quia adequate quia primi termini
non tantum includunt relationes sed etiam
absolutum et tunc non oportet eos tantum dis-
tingui sicut productiones distinguuntur
quia que includunt aliqua distinctiua

no oportet tm distingui quantum illa sicut dictum est supra distinctione 8 in qua illa vera deus sit in genere quia deus sit primo diverse non tm primo includentia eas sit primo diversa. Ad aliud de potentiis dico quod ut sunt operative potentie non requiritur distinctio obiecti formale primo illud idem quod est primum obiectum formale intellectus divini est etiam obiectum primum et formale voluntatis divine ita quod utraque potentia vivificatur in eodem obiecto primo et per eandem rationem formalem obiecti primi nulla enim perfectio que radicata in essentia divina est primo vivificativa intellectus et voluntatis divine sed ipsa essentia omnia sibi omnimoda per rationem ut sic est fundamentum omnis perfectionis in divinis ita quod argumentum est ad oppositum quia sic non requiritur distinctio formalis in obiectis ut sunt potentie operative ita nec in potentiis ut sunt productive. Ad tertium dico quod non est ad propositum quia tenentes generationem in divinis esse equivocam in se dicunt ipsam esse equivocam propter equivocationem termini producti a producente similiter dicunt spirationem in se esse equivocam propter dictam spirationis a spirato non igitur sufficeret eis ad istam conclusionem quod genitum et spiratum essent equivoca. Actum autem in se si quid probat non probat nisi quod genitum et spiratum ut formaliter termini generationis et spirationis et ita non propositum. Sed etiam non tm notitia ut notitia et amor ut amor sit alterius rationis sed etiam notitia ut notitia actualis est alterius rationis a memoria et amor ut amor est alterius rationis a voluntate ut est actus primus et ideo si conceditur quod formaliter in terminis productionum scilicet notitie et amoris et quod isti termini notitia et amor producuntur virtute memorie et voluntatis oportet concedere distinctionem formalem principii productivi a termino formali producto et in equivocatione in una productione Tertio potest dici quod illud assumptum scilicet quod id genitum ex vi productionis sue scilicet generationis sue sit notitia actualis potest distingui de pluralitate originis et pluralitate adequationis Si intelligatur de pluralitate originis potest negari quia tunc non concluditur propter hoc uniformiter deus pluralitas enim in patre intelligitur esse in eo quod principium cuiuslibet perfectionis et fundamentum et tunc si in filio principaliter notitia ante essentiam filius tunc non haberet essentiam ante quodcumque aliud in se sicut notitiam et ita non esset uniformiter deus ut pater quantum igitur ad pluralitatem istam sed non sic originis concedatur tamen pluralitati originis plurium perfectionum in una creatura et potest dici quod primum in quacumque persona est essentia quia quod aliquid continet in se multas perfectiones compatibiles continens illud unum continet omnes perfectiones in eo illo ordine quo sunt in ipso uno ut nate sunt esse ex natura rei in distinctione vero qua non vere primum quod de eo ex parte rei si ignis generaret ignem producendo scilicet non magis quam formam plus ignem generaret magis quam formam eo ordine quo ita sunt in qualitate

Exemplum 2um ignis est substantia et corporea
et inanimata et elementum sicut ista sunt per
ordinem in igne generante ita generantur
in simili ordine in igne genito et tamen
terminus formalis productionis adequationis
est ignis ut ignis quia hoc est
quod principaliter intenditur ignis
generans et in quo perfecte assimilatur sibi
ignis genitus scilicet ignis ut ignis
ita potest dici in proposito quod licet eterna
divina sint omnino primo in qualibet persona
et quasi fundamentum cuiuslibet perfectionis
essentialis tamen prima persona habet
assimilare notitiam et virtute eius ut
principii productivi producit primo pro-
ductione adequate 2am personam et secunda
persona quasi adequate principio produc-
tivo producitur ut notitia actualis
et spiritus sanctus quasi adequatam suo principio produc-
tivo producitur ut amor actualis
Contra hoc videtur stare argumentum
quia equivocatio vel univocatio ma-
gis videtur concludi ex primitate ade-
quationis quam ex primitate origi-
nis licet enim sol sit substantia et vermis
sit substantia non tamen propter hoc dicitur generatio
vermis vermis a sole equivoca quia non assimilat
sibi vermem in forma specifica igitur ita hic videtur
equivocatio ex quo primus terminus ade-
quatus productus non est omnino eiusdem
rationis cum principio productivo
Respondeo dico quod non est producto equivoca
si principium productivum non est eiusdem
rationis cum termino formali producto lo-
quendo de primo principio productivo
et de primo termino formali producto sed
requiritur quod illud quod est principium produc-
tivum non queratur secundum eandem rationem
genito ut quod illud quod est termini for-
malis in producto sit eiusdem rationis
in producente opposita autem istorum sunt
in proposito quia et memoria est formaliter
in notitia actuali genita et notitia
actualis est formaliter in persona generante
licet neutrum istorum sit prima ratio produ-
cendi et prima ratio terminandi productionem
exemplum humanitas est in asino generante asinum
licet forma specifica non sit principium
primum producti asinum (?) non propter hoc
est generatio equivoca vel univoca quia
illud quod est per se terminus formalis
generationis est eiusdem rationis in genito
et generante licet non sit prima ratio gene-
randi quod autem aliquid eiusdem
rationis primo sit in eo ut producente
et primo in illo ut termino producto non
requiritur ad generationem ita potest poni
exemplum de carne animata generante carnem
animatam naturaliter virtute caloris naturalis
non tamen anima ipsa vel quecumque alia
forma dicitur esse ratio prima principium
producendi in producente et prima termini
formalis in producto ideo hoc non requi-
ritur ad univocationem in generatione Ad
2um dico quod generatio activa et spiratio ac-
tiva non sunt idem formaliter nec primi
termini formales ipsarum scilicet notitia actualis
et amor actualis sunt idem formaliter
tamen primi termini producti istis productionibus
et sunt univoci inter se et productiones (?) quia
persone producte habent eandem
perfectionem absolutam inter se et eandem cum
producente Ad 3um principale dico quod omnis
ordo principiorum secundum (?) rationem est simul
Ad primam probationem eius dicitur quod
oppositum non possit stare cum simplicitate
divina Contrarium est primus (?) sepe dist. 2 et
8 ubi inventio (?) sua (?) est de non repug-
nantia formali absque distinctione reali
Respondeo intellectus est potentia operativa
et potentia productiva nos autem inquirimus
de principio operativo nec intellectus

nec suppositum eius est actio habet
relationem realem ad operationem rea-
lem que nata est esse in ipso sed hoc
accidit in nobis quia in nobis est diversitas
realis inter ipsum et operationem ad quod
est. ut autem est principium produc-
tivum licet ipsum non habeat relationem
realem ad productum quia idem est
producto nec ad productionem quia est idem
productioni non producens ipsum habet re-
lationem realem ad productum et hoc sufficit
ad hoc quod productio sit realis Sed ta-
lis relatio non requiritur inter operans
et operatum ad hoc quod operatio sit
realis nec hoc quod intellectus primus
dicatur principium intelligendi negat
relationem realem ipsius intellectus
ad intellectionem que non est primum secundum hoc
principium quia hoc magis videtur
de contingentia quam de intellectione
quia contingentia maiorem distinctionem
requirit nec tamen non dicatur intellectus
est primum principium dicendi notatur
relatio realis intellectus ad dictum
et tamen arguitur quod tunc non magis intelli-
geret intellectus quam voluntas quia
non valet non enim dicitur principium intelligendi
intellectum quia sit relatio realis intel-
lectus vel prius secundum intellectum ad ipsum
intelligere sed tamen quia ipse sit aliqua
perfectio operativa secundum quam nata est
patri competere talis operatio nec
sequitur quod non magis intelligat pater
intellectu quam voluntate quia hec
operatio que est intelligere nata est
primo competere intellectui non autem
nata est competere voluntati nec est
alia ratio nisi quia intellectus est intel-
lectus et voluntas est voluntas utrumque
tamen principio operativo ex hoc quod
tale sive sit res per se sive limitate
contineatur in alio nata est competere
propria operatio non sequitur quod intellectus

in patre est principium intelligendi
esse principium importat aliquam relationem
et si ex natura rei est primum est ibi
aliqua relatio ex natura rei et si
secundum rationem secundum rationem quidem enim con-
petit alicui realiter si esset res hoc
sibi competit secundum rationem ubi est ratio
Ad illam rationem de equalibus et eodem
addito Ricardus sicut dicitur in quibus si
unum tenet eodem addito ad hunc te-
nebit hoc est verum addito non destru-
ente rationem quia ita dico in proposito in-
aut inequalitas intellectionis et
intellectus est propter limitationem extremorum
propter quam vel sine qua non unum ex-
cedit aliud addendo ex utroque ex-
tremo Sed infinitum additum utrique
extremo tollit utriusque extremi limi-
tationem et ideo inequalitatem ideo non sequitur
quod sint tunc inequalia ymo eque
perfectum est intelligere infinitum sicut
intellectus infinitus Et si obicitur
quod infinitas non tollit omnem inequa-
litatem quia infinita albedo ex-
cederet imperfectione infinitam nigredinem
Dico quod infinitas addita alicui
limitato ex se est infinitas secundum quid
qualis sibi competere potest ratione talis limitati in-
finitas autem addita alicui perfectioni
simpliciter cui ex se non repugnet infi-
nitas simpliciter est simpliciter infinitas
in ratione illius et ideo est simpliciter infinitas
intellectus autem et intelligere sunt ex
se perfectiones simpliciter non concludunt ex
se limitationem et ideo infinitas utrisque dat
infinitatem simpliciter et non tamen in perfec-
tionibus sed etiam in entitate veritate
et bonitate realiter in omni perfectione
simpliciter quia omnis perfectio simpliciter [illegible]
se [illegible] infinite includitur [illegible] intel-
ligere infinitum simpliciter adequatur intel-
lectui infinito et equatur
Circa diligentius notandum [illegible]

Circa istam distinctionem xv et duas
sequentes ubi magister agit de proces-
sione temporali spiritus sancti queritur utrum generaliter
conveniat ad omnes personas utrum scilicet quelibet
persona divina mittatur et mittat. Et
videtur quod sic quia quidquid est essen-
tiale in divinis convenit in tribus
missio tam activa quam passiva est
essentialis quia dicit respectum ad
creaturam quod probatur quia dicitur
de deo ex tempore mittere autem dicitur
de deo ex tempore missio quod dicit re-
spectum ad creaturam respectus autem
ad creaturam est communis tribus ergo.
Praeterea Johannis xv dicit salvator de patre et
de seipso ad eum veniemus et igitur
pater venit temporaliter ad aliquem sed
venire dicit aliquem effectum temporalem
ergo videtur quod pater possit mitti ab aliis
personis sicut filius et spiritus sanctus. Praeterea secundum augustinum
ad dardanum quelibet persona dat et datur
igitur pater eodem modo mittit et mittitur. Con-
tra est decretum c. i a et ultimo pater est ex
tempore a quoquam proprie non dicitur missus
non enim de quo sit habet aut a quo
procedat. Ad hoc etiam adducit magister
in littera augustinum. In ista questione videtur esse
opinio magistri quod mitti non conveniat tribus
personis sed tantum duabus personis proce-
dentibus quia secundum eum nulla persona
mittitur nisi que habet aliam de qua
sit et secundum hoc mitti dicit respectum
ad creaturam connotando tamen respectum
processionis eterne. Sed mittere est quod
tribus secundum magistrum quod probatur per augustinum
2 de tri. c. 8 ubi dicit de filio quod
mitti a patre sine spiritu sancto fieri non potuit
quod probat quia pater intelligitur missus
se eum secundum quod fecit eum ex femina quod
non fecit pater sine spiritu sancto igitur spiritus sanctus
mittit filium et consequens quod spiritus sanctus
mittit se sicut habetur ab augustino ibidem
igitur mittere convenit tribus personis.

Hoc etiam probat magister per rationem quia
aliter aliquid efficeret una persona trini-
tatis quod non alia cum mittere sit ef-
fectum aliquem extra causare. Contra
istam opinionem potest argui sic mitti im-
portat aliquo modo duplicem respectum
scilicet eternum et temporalem cum non dicat re-
spectum nisi vel ad eum cui mittitur
vel ad mittentem. Pater quod primus est
communis tribus quia est respectus rationis
ad extra. Secundus autem est aut realis
aut rationis. Si rationis igitur pater potest
mitti in patre respectu sui sicut pater potest
dari et dare nam non repugnat patri
mitti propter respectum rationis tamen. Si
mitti dicat respectum realem ad mit-
tentem puta processionem ad mittentem
igitur mittere non est essentiale quia tunc
spiritus sanctus non mitteret filium cum non produceret
eum. Praeterea mittere et mitti videntur idem
significare licet diversimode quemadmodum
modos grammaticales igitur si unum con-
notet aliquem respectum ad intra et
reliquum connotabit igitur si mitti conno-
tat produci mittere connotabit producere
et tamen non erit essentiale. Vel si unum
non connotet respectum ad intra nec
reliquum sed tantum respectum ad extra
tunc in utroque erit commune tribus et hoc
potest breviter argui sic mitti includit
produci igitur mittere includit producere
ut correlativum includit correlativum igitur
spiritus sanctus non mittit filium quia non producit
eum. Praeterea mittere et mitti videntur dicere
relationes oppositas igitur si mittere non
includit producere correlativum non includit
correlativum quod probatur quemadmodum accipere
duabus conclusionibus sicut primum se
habet ad 3m ita 2m ad 4m et econverso sed
mittere et mitti dicunt correlative sibi
producere et produci igitur si persona que
mittitur producitur igitur que mittit producit.
Videtur quod aliter posse dici ad quod

manifestum est. Quantum ad 2m incidentem ad
q. de vi. c. ia. quod pater non dicitur missus
igitur. Dicendum quod mitti cum hoc quod dicat re-
spectum ad extra quoniam expressius
ad intra et sic rationale videtur. Quare
dicendum de mitti quod licet dicat respec-
tum actionis ad extra principaliter quoniam
tamen respectu productionis active
ad intra et per consequens est magis con-
trarie. Si mitti dicat tantum producte et
mittere tantum persone producentis et ita sunt tantum
due persone mittentes scilicet pater et filius
et due tantum misse scilicet filius et spiritus sanctus. Nec
aliqua persona seipsam mittit nec
producta producentem. Huius simile patet
hic in alio, nam pater dicitur creare
per verbum et ita potest concedi filium creare
per spiritum sanctum, non potest autem econverso nisi creare
per filium non dicat absolute actionem ad extra
sed actionem cum auctoritate et in hoc quoniam
productionem activam in operante respectu
illius persone per quam quasi subauctoritate
operatur. Ita potest dici quod mittere personam
est operari per eam et ita operari effec-
tum et non illa persona per modum auctoris
dantis illi persone actionem quod tamen
convenit persone producenti vel persone
producte. Et mitti dicit idem quod sub
auctoritate operari alterius persone mit-
tentis quod non est nisi quia persona ope-
rans accipit ab alia virtutem agendi.
Tunc ad illud quod insertum adducunt pro
se de Aug. quod spiritus sanctus mittit filium et quod fi-
lius mittat se, potest exponi primum
de filio incarnato non de filio in-
carnando quod Augustinus in 3 li. de Trin.
c. 2 dicit quod spiritus sanctus misit filium per illud Ysa-
ie 61. Spiritus domini super me eo quod
misit me. Ubi Augustinus sic dicit spiritus
domini misit ad predicandum quia quod
filius hominis missus est et unctus ra-
tione divinitatis non super ipsum est spiritus
sed in Christo. Igitur auctoritas illa ysa que

dicit Christum missum a spiritu sancto intel-
ligitur de homine Christo non autem de mis-
sione verbi etiam incarnandi sed potest
exponi auctoritas illa que dicit quod
filius misit se. Ad argumentum
in contrarium posset dici quod quia non valet
quod mittatur qualiter aliquid non con-
sequitur. Filius operatur per filium sicut
pater per filium operatur. Igitur aliquid operatur
pater quod non filius, sed sequitur igitur
aliquo modo operatur pater quo non operatur
filius quod auctoritative, et hoc verum est. Ita
etiam si pater mittat filium et non fi-
lius seipsum, infertur quod auctoritas agendi
effectum in creatura est in patre et
non in filio, hoc verum est. Licet autem
hec via videatur probabilis tamen quod
auctoritates magis videantur ponere non
tantum de Christo homine misso sed de verbo
misso quod incarnando sicut ipse dicit
intelligitur missio ipsa incarnatio.
Ideo potest teneri opinio in contrarium. Quantum ad 2m
aq. q. de vi. c. ia. tamen ex parte contingatur
processus proprie mitti dicitur. Et probatur
c. 18. Mitti est filio cognosci quod a
patre sit, ita spiritus sanctus mitti est cognosci quod
ab illo procedat. Mitti igitur est persona
procedere manifestum. Manifestum autem
est personarum procedere quoniam persona p-
rocedit vel convenit omnibus personis quod
non omnes procedunt et mitti est man-
festatio personarum procedentium quod convenit omnibus.
Exemplum de memoria quod signum 2m Aug.
manifestat intelligentia voluntas
et memoria in quo tamen signo manifes-
tatur memoria. Unde hoc quod est mani-
festare est in re quoniam quia tamen scientis ma-
nifestat personarum procedentium procedere sed
manifestum personarum procedentium procedere
quoniam personarum procedentium et sic
sunt significata vocabulorum istorum quod
significata sunt accipienda expresse

auctorum sequitur quod mitti sit nec
essariale (?) nec connotat respectum
realem eternum in mittente Sed
mitti connotat respectum in persona
missa quatenus manifestatur eius
processio eterna et possibile quod aliud
ubi imponi quod sufficit manifestare
personam producentem et passivum eius suf-
ficienter manifestum personam procedentem et
illud activum esset quod hiis passivum
competeret cum duabus personis que procedunt
Secundum hoc videndum est ad argumenta
que sunt contra opinionem meam Ad primum
dico quod mitti dicit respectum rationis
ad mittentem formaliter sed connotat respec-
tum eternum non quidem ad mittentem quia
mittens sed ad aliquem indistincte
unde hec propositio est neganda quia mit-
ti nullum respectum dicit nisi ad eum
cui mittitur vel mittentem Si intel-
ligatur inquantum mittens et hoc cum
de principali sufficiente quod denotato
dat eum quomodo respectum procedentis
et hoc ad producens non inquantum
mittens quia potest esse aliqua persona
mittens et non producens licet semper
producens sit mittens // Ad 2m con-
cedo quod activum et passivum idem sequitur
sub aliquo modo generali sed aliquid idem
potest esse connotatum in utroque quod non dis-
tinguitur penes istos modos Mani-
festare autem et manifestum que princi-
paliter importantur distinguuntur penes
illos modos licet non ita sit quod est
personam producere illud enim est quod
connotatur uniformiter tam per activum
quam per passivum exemplum huius in aliis
sicut igne calefaciendo et fieri igne ca-
lefacere licet hec sit variatio gramma-
ticalis ad facere et fieri non tamen ad
illud quod connotatur esse termini (?) sic quia
illud uniformiter se habet utrobique
et supponetur unum activum ad sig-

nificandum hoc totum sicut ignem calefacere
sicut passivum non videtur fieri igne ca-
lefieri sed cum ipsum fieri per modum pas-
sivi et aliquid connotatum per modum ac-
tivi per hoc patet ad confirmationem istam
mitte et mitti sunt correlativa ad
formalia sufficientia et utrumque dicit ex
se respectum rationis tamen unum illorum
potest includere ut connotatum aliquod ex-
tremum relationis et reliquum non inclu-
dere connotatum illius sicut patet in exem-
plo quia illud ubi potest positum inclu-
dere calefacere et tamen ubi passivum non
includet hoc quod est calefieri // Ad
argumenta principalia Ad primum dico quod
non omne dictum de deo ex tempore est
quod hiis quia illud non tamen importat
respectum ad creaturam sed cum hoc
connotat respectum intrinsecum sicut
est de mitti // Ad 2m concedo quod spiritus sanctus pro-
cedit invisibiliter sed tamen non dicitur mitti
quia non sit de quo sit non eius ma-
nifestatur procedere vel non procedat mani-
festum cum unde potest abscondite licet non pro-
cedat sed sit manifestum non notitia princi-
pii // Ad 3m concedo quod quelibet persona dat
qualiter quod dare est liberaliter communicare
quelibet autem persona communicat se ipsam
liberaliter voluntate ut sui est vel sua
ex hoc quod quelibet mittat quia unus patet
quod dare non includit talem respectum
intrinsecum qualem includit mitti

Circa autem accedamus ad Circa
istam 16 distinctionem in qua magister
agit de missione invisibili
spiritus sancti queruntur tria Primum est utrum
necesse sit ponere caritatem inherentem for-
maliter in anima 2m et 3m de aug-
mento caritatis Et primum istorum duorum
est in supposito quod caritas possit augeri
utrum caritas per corruptionem tota (?)
Tertium est utrum illud positum caritatis
per exonis (?) quod manet in augmento

sit tota essentia caritatis

Jtem primum arguitur quod non
Augustinus 8 de trinitate c. xi qui diligit
proximum consequens est ut ipsam dilectionem
diligat. dilectio autem deus est igitur con-
sequens est ut diligat deum. Concedo
quod accipit dilectionem in maiori si forma-
liter pro obiecto si effective tunc conclusio
quamvis secundum quod maior non est vera
diligendi qui eet illius habitus
supernaturalis eet etiam supernaturalis et
im creatur^z imediate supernaturalia cum
no pducunt^z in eo de aliquo p
mutacionez aliqua s tm p creacionem
Si autem creat^z actus ergo nichil p
supponit sine pductioni. Pz habitum
quecunq nisi cum hitus nolunt 3° de
aia quantum s nullus experitur se
posse in habitu illo cu nolunt nec
cum cu volunt pt facilius eliciet et
delectabiliter actus feruentes amandi
deum sicut pz de contemplativis qui
quecz ex aliquo conatu experitur
se maxima devocionez hre quez cum
cu equali conatu minorez et aliqu

nullam. 3a via accipitur ex hoc quod sufficit ad movendum principium ubi arguitur primo causa prima potest per se id quod potest cum causa 2a que 2a est non causa agens sed habitus si inest non habet causalitatem nisi tantum respectu actus vel saltem non nisi consequenter patet quod non formalis nec realis de qua loquitur causalitas est eius exclusiva igitur quidquid potest incipiente esse non habitu respectu actus hoc potest sine habitu pluralitas sine necessitate non videtur ponenda quia superfluit. Preterea voluntati habenti habitum ad hoc ut agat 2m illud oportet sic cooperari alioquin non esset causa prima in omni actione creature non autem cooperatur voluntati quia voluntas habet illum habitum quod nec spiritus sanctus non esset causa prima sed quasi causa 2a respectu voluntatis habentis illum quod determinaret per habitum voluntatem ad coagendum voluntati igitur equivoce quia cooperatur voluntati in illo primo et non voluntati non habenti caritatem sicut habenti 3o. Preterea filius dei sic est unitus nature humane quod operabatur opera illius nature ita quod illi actus vere dicebantur esse filii dei ut suppositi agentis et tamen per hoc nichil derogatur nature assumpte quin ipsa esset principium suarum operationum igitur a simili sic potest uniri aliquo modo voluntati ita ut ipse agat opera voluntatis nec per hoc derogetur nature voluntatis in aliquo in ratione principii operationi quin ipsa possit esse principium suarum operationum. Preterea intellectus est magis passivus quam voluntas et minus activus igitur magis indiget aliquo activo ad hoc quod possit in actum suum sed intellectus ponitur posse in visionem beatam absque omni forma informante ex hoc solo quod essentia dei est

obiectum eius quasi per modum forme igitur multo magis voluntas potest in omnem actum suum sine forma informante ex hoc quod sic sit sibi quasi forma ad diligendum. Contra istam conclusionem sive sit 2m intentionem magistri sive non arguitur duabus viis prima accipitur ex iustificatione peccatoris sive ex acceptatione divina et hoc absque actu elicito. 2a ex ratione actus meritorii. Ex prima arguitur primo sic peccator ante penitentiam est iniustus post suam iustus sicut supra tacta quando vocatur peccatorem iniustum sic sic iniusticia cum sit formaliter privatio non potest auferri ab aliquo nisi detur ei habitus oppositus quod privare privationem est habitum ponere quia ita aptum natum sit tunc oppositum et non tunc aliud est apta nata recipere iustitiam igitur iste factus de iniusto iustus recepit habitum oppositum illi privationi. Si enim nichil aliquid inesset formaliter sibi nunc quam prius non magis careret nunc privatione quam prius. Preterea peccator ante penitentiam est indignus vita eterna post penitentiam non est dignus ea si non est dignus nisi per aliquid inherens sicut per regulas divine iustitie iudicatur vita eterna reddenda et nichil tale prius habuit igitur aliquod positivum est formaliter in iustificato per quod est dignus vita eterna. Preterea deus non acceptat peccatorem ad vitam eternam iniustificatum acceptat. Queso tunc quid sit acceptatio ad vitam eternam hoc autem non est velle voluntate beneplaciti beatificare per hoc quod nunc statim beatificaret igitur hoc est velle illum 2m dispositionem quam nunc habet esse dignum tali premio quali non voluit prius esse dignum. Ista autem diversitas non potest poni ut videtur in

voluntate divina nisi propter diversitatem
a parte creature nam isto omni eodem
modo se habente voluntas divina cum sit
immutabilis eodem modo vult circa se
habere. Confirmatur quia volitio divina
cum sit unus actus in se non habet rationem
oppositorum actuum vel distinctorum ut
velle et nolle absque omni distinctione
obiectorum. Hoc enim velle divinum non est
velle quorundam voluntate beneplaci-
citi et nolle similiter nisi obiecta ista dis-
tinguantur aliquando contradictoria erunt
vera absque omni distinctione circa
istam veritatem igitur cum deus velit
hunc iustificatum ad aliquid ad quod
non vult peccatorem propter quam diversi-
tatem dicitur diligere iustos et odire
peccatores in scriptura sequitur quod ista
distinctio secundum rationem ex parte voluntatis
divine necessario requirat distinctionem
actualem ex parte obiecti. igitur aliter se
habet iste in se cum dicatur dilectus a deo
vel acceptus ad vitam eternam et aliter
quam odivit. P. si nichil aliter se vel
aliud est in anima istius post penitentiam
quam prius non videtur quod aliquo modo
se habeat ad deum nec deus ad ipsum
quia ista actus non videtur propter muta-
tionem aliquam ex parte dei quod si con-
cedatur sicut videtur necessario conceden-
dum quod alio modo se habeat ad deum hoc
erit propter mutationem istius et ita aliquid
inficit sibi formaliter de novo non
autem infunditur in eo de novo fides
et spes que manserunt in peccatore igitur
caritas. Possunt etiam argui contra
istam viam quod deus offensus pec-
catori prius et postea penitenti re-
mittit offensam hoc autem non est
propter aliquam mutationem voluntatis divine
sicut patet esse in me qui remitto of-
fensam aliter se habenti in me. Et ista

argumenta non concludunt sicut patebit
in q° d. A. ubi dicitur quod prius non remit-
tit deus offensam peccatori quam det
ei gratiam. Unde argumenta contra istam
viam si qua valent acceptatio sive
ex acceptatione passiva vel sive
dignitate eius vel ordine ad vitam
eternam que conveniunt iustificato et
non peccatori sicut argutum est prius non
autem ex sola premissione offense quod
contra se unius est quam iusti etc. Ex
2a via arguitur sic nichil dicitur formaliter
agere aliquam actionem nisi principium illius
actionis sit forma agentis. Hoc ac-
cipitur ex 2° de anima ubi ex hoc
quod anima est quo vivimus et sen-
timus et hic concluditur quod sit actus
et forma sit agentis igitur cum operatio
meritoria sit voluntatis vel hominis
per voluntatem sequitur operantis sequitur
quod illud quod meritorie agit non
potest esse pura natura quia tunc ex solis na-
turalibus posset meritorie agere quod
videtur error pelagii igitur requiritur
aliquid supernaturale non fides vel spes quod
quia manet in peccatore igitur caritas.
P. nulla actio est in voluntate agentis
nisi ipsum habeat formam per quam pos-
sit agere. Si enim tantum per aliquid extrin-
secum coassistens sibi quod non est
in potestate eius posset agere talis actio
non est in potestate eius sed vel coassis-
tentis ex tantum illius est in potestate eius
sed si coassistens voluntati non est in
potestate voluntatis sicut nec ultima actio
cause superioris est in potestate cause
inferioris igitur si ex sola tali coexistentia
posset agere et non habeat in se formam
qua sufficienter posset exire in actum
meritorium sequitur quod actus meritorius
non est in potestate eius quod videtur inconveniens
P. sed si moveat specialiter volun-
tatem in actione meritoria sequitur

quia illa motio est mutatio alicuius in ipsa voluntate et respectu illius voluntas non habebit aliquam qualitatem sed tantum receptionem passivam illud autem vel est actus intelligendi et tunc sequitur quod actus diligendi nullo modo sit a voluntate vel illud quod ad aliquod naturaliter precedens actum diligendi et illud voco habitum quia precedit per actum in habituali potentia videtur habitus. Preterea maior est receptibilitas prius ad filium quam possit esse quecumque dono spiritus sancti ad voluntatem concreatam sed propter istam receptibilitatem non dicitur posse operari aliquid in filio sicut patet per augustinum de trinitate capitulo primo quod pater non sapit sapientia genita igitur multo magis nec voluntas dicetur aliquid operari propter donum spiritus sancti operantis ad operari. Ad solutionem huius questionis tria videnda. Primo utrum debeat poni aliquis habitus supernaturalis gratificans necessario beatificabilem 2o an sit simpliciter necessarium tale habitum poni ad hoc quod talis natura beatificetur 3o quid ita hoc magis sensere nt propter ultra que imponuntur sibi. Quantum ad primum potest dici quod ex nullo actu quem experimur nec ex substantia actus nec ex intensione actus nec ex delectabilitate vel facilitate in operando neque ex bonitate sive rectitudine morali actus possumus concludere aliquem talem habitum supernaturalem in esse quia quocumque istorum dato possit aliquis huius imitare ... dinatus qui posset esse in caritate ex hoc scilicet quod experiretur actum illum sibi in esse vel actu sic intensum sive vel facilius et delectabilius elicere illum vel ipsum esse conformem recte rationi autem quam non potest concludi

di talis habitus in esse ex actu vel alia conditione actus est quia vel actus potest ex sola potentia habere omnia predicta concurrente recta ratione sicut tenendo opinionem viam positam in precedenti solutione vel potest generari aliquis habitus per aliqua predictarum conditionum possit esse aliquis habitus acquisitus possit enim amicitia acquisita tantam intensionem dare actui sicut causa 2a vel potentia ut causa prima et similiter facilitatem et delectationem possit etiam esse habitus ita conformis recte quod actus elicitus nullam conditionem evidenter appareret habere ex qua necessario concluderetur ipsum elici a habitu supernaturali. Quod si dicas subito mutatur voluntas ut intense faciliter et delectabiliter operetur et hoc modo conformis recte rationi supernaturali hoc est dictamini fidei non potest autem ita subito acquirere habitum amicitie ordinate conformem fidei igitur habet aliquem habitum non acquisitum quo ad subito agendum inclinatur. Respondeo voluntas potest satis subito moveri quantum ad actus naturales qui subsunt totaliter potestati eius quia sicut dicit augustinus 1 retractationum capitulo 22 nichil est tam in potestate voluntatis quam ipsa voluntas igitur ex tali subitatione non potest concludi propositum. Dico igitur quod ultra omnes conditiones predictas scilicet intensione facilitate delectabilitate magnitudine sive rectitudine et conformitate recte rationis sive recte 2m dictamine prudentie sive recte 2m dictamine fidei ultimo ... omnia credere esse una conditio in actu scilicet quod est acceptabilis deo non quidem sola quod acceptatione qua deus acceptat omnem creaturam quo etiam non vult actum substractum pro

aliquin non esset ab ipso sed acceptatio
specialis que est in voluntate divina
ordinantis huius actus ad vitam eter-
nam tamquam meriti condigni ad pre-
mium. hoc etiam modo credimus nunc
baptizatum infantem esse habitualiter accep-
tum hoc est quod quamvis non actualiter
operatur ad hoc tamen voluntas divina
ordinat eam ad vitam eternam tamquam
dignam tanto bono secundum dispositionem
bonam quam habitualiter in se habet et propter
habitualem acceptationem habitualiter vel virtu-
aliter etiam quamvis non operetur et propter
acceptationem actualem actus eliciti
a tali natura oportet ponere huiusmodi
habitum supernaturalem quo habens for-
maliter acceptetur a deo et quo actus
eius eliciti formaliter acceptentur tamquam
meritorii sed tamen non videtur accep-
tari naturalis actus sine aliquo habitu
informante quia sicut argutum est
deus non videtur habere volitionem aliam
secundum rationem de omnibus nullo modo diversificato
nec etiam actus ut acceptabilis
deo videtur esse in potestate agentis nisi
illud quo formaliter agens sit esset
forma eius. sed dubium est qualiter
habitus ille sit ratio acceptandi naturam et actum
ratio quidem acceptandi videtur esse sicut
quedam decor vel complacens voluntati
divine ita quod sive ponatur habitus iste
activus sive non activus ex hoc tamen
solo quod est talis forma deco-
rans et ornans animam potest esse ratio
acceptandi naturam sed ad acceptationem actus
plus requiritur quam quod agens habeat
huiusmodi decorem specialem aliquin cum habens
talem habitum non possit habere aliquem
actum indifferentem nec peccatum veniale
quod est inconveniens quod probatur quia veniale
istorum tolleret illum decorem apparentis
et ita utrumque esset acceptum sed actus
acceptaretur a solo decore apparentis
oportet igitur dicere quod iste habitus preter
hoc quod est decor specialis est etiam
inclinans ad determinatos actus et hoc
sive non active secundum secundam viam positam
in solutione precedenti sive quod
magis videtur active secundum tertiam viam
quod probatur primo quia aliter videtur quod
sine illo possit haberi actus intensissimus
diligendi deum tam in via quam in
patria et ita beatitudo non in illo sed non
in quo elicitur actus a principio activo
si sola voluntas esset ibi principium activum
ipsa esset principium in quantum activum
eque perfectum sine habitu sicut cum
habitu et ipsa potentia possit equali
conatum agere perfecte sine habitu
sicut cum habitu ut patet igitur perfec-
tissimus actus diligendi deum possit
haberi sine habitu caritatis. 2o probatur
idem quia aliquin non videtur esse
verum quod dicit Augustinus de li. ar. quod gratia
se habet ad li. ar. sicut sessor ad equum
quia sessor active regit et movet
equum aliqualiter vel etiam illud quod
dicit Anselmus ad sextum? de voluntate nisi
concordet non permitte pedissequa non
domina non esset autem voluntas pe-
dissequa gratie si gratia nullam causalitatem
haberet. Sed nunc est ultimum dubium de
isto habitu comparativo ad potentiam ope-
rantem quod eorum dici debeat causa prior
et quod 2a videtur enim ex dictis quod gratia
sit causa prima. Sed oppositum arguitur
primo quia potentia utitur habitu et non
econverso 2o quia actio non esset libera
si gratia esset prima causa quia tunc voluntas
naturaliter moveretur quia gratia naturaliter
movet et sicut voluntas non libere
moveretur ita nec libere ageret cum non
ageret nisi quia mota. 3o quia tunc

voluntas semel habens gratiam non videtur
umquam posse peccare quia causa
2a semper sequitur motum cause prime
nec potest moveri ad oppositum illius ad
quod movet et inclinat causa
prima. Similiter quarto voluntas est illi ratione(?)
ad actum quia habitus illicitatio(?) autem
plures effectus videtur competere cause
superiori. Hic potest dici quod in actu meri-
torio de quo est sermo considerentur duo
scilicet illud quod precedit rationem meritorii
et in hoc gradu includitur substantia
actus et intensio et rectitudo actus
moralis. Ultra hoc consideratur ipsam rationem
meritorii quod est acceptabile a divina
voluntate in ordine ad premium vel esse
acceptabile sive dignum acceptari.
Hoc 2m membrum verius esset si ac-
tus esset complete meritorius per aliquid
quod est in merente acceptive. Cum non
est in ipso sed est actio divina. Actio
autem divina non videtur per se requiri
ad meritum quod probatur quia ratio
huius acceptari videtur meritum esse
nam aliquis actus est dignus accep-
tari et aliquis non. Igitur antequam intel-
ligatur acceptus aliquis eius actu quare
debeat acceptari et sit dignus ac-
ceptari. Igitur ratio est in ipso ratio meriti
respectu acceptationis. Contra ratio
meriti non habetur complete nisi habeatur ratio
digni vel digne ordinabilis ad
premium quod est beatitudo et hec digne
2m iustitiam commutativam sive retri-
butivam sed quicumque actus ex solis
intrinsece agentibus non habent ordinem
huiusmodi cum deus non posset ei
si operatus est non retribuere beatitudinem
nisi iniuste eam sibi subtraheret. Hoc
est falsum. Igitur talis ordo 2m iustitiam
est ex sola voluntate divina contra-
hente ordinate(?) et ita ratio meriti com-
plete erit ex voluntate divina

ordinatione actum illum ad premium. Et
quod adducitur pro 2o membro quod actio
divina non est de ratione meriti. Respondeo ratio
in actu merentis quod actionem divinam est
de ratione meriti que ratio non est sine
actione divina. Si dicas quod tunc
non esset in potestate merentis mereri
sicut nec illa actio. Similiter cum mereri
est principalius dei quam mei quia
principalius in merito est ex actione
divina. Ad primum actus qui est meritum
est in potestate mea supposita generali in-
fluentia sicut habeo usum liberi arbitrii et gratiam.
Sed completio in ratione meriti non est
in potestate mea nisi dispositive. Tamen sic
dispositive quod ex ordinatione divina
semper sequitur illud complementum ad agere
meum sicut semper sequitur animatio
ad organisationem factam a causa naturali.
Per idem ad 2m quia licet principa-
lius et ultimum complementum in merito sit
a deo non tamen sequitur ergo deus meretur
quia meritum est actus potentie libere
et 2m inclinationem que est elicitiva accep-
tus deo ut premiabilis beatitudine et ita
mereri est sic agere deus autem non
sic agit. Contra sola principalius
in merito est a deo. Respondeo si principalius
dicatur ultimum complementum conceditur. Si di-
catur prima realitas vel perfectior
negatur quia actus est absolutus et prius
natura quam illa acceptatio passiva
et magis ens ea. Ad illud quod 2o
adducebatur pro 1o membro quod actus
meretur acceptari. Respondeo in hoc est ratio
meriti 2m quid quod non est ordinatio
actus ad beatitudinem ut premium iuste
reddendum pro tali actu et conceditur quod
acceptatio illa passiva divina non
includitur in ratione meriti 2m quid
sed non requiritur in ratione meriti de
congruo quod convictus(?) meretur iustifi-
cari et quod dictum est intelligendum est.

de acceptatione eterna qua deus ab eterno previdens hunc actum ex talibus principiis elicitum voluit ipsum esse ordinatum ad premium et actu sue volitionis ordinando ipsum ad premium voluit ipsum fore meritum quin tamen secundum se despectis absque tali acceptatione divina non fuisset secundum strictam iustitiam dignus tali premio ex intrinseca bonitate quam habet ex suis principiis quod patet quia semper premium est maius bonum merito et iustitia stricta non reddit maius bonum pro minori bono ideo bene dicitur quod deus semper premiat ultra condignum ubi quidem ultra dignitatem actus qui est meritum quia quod illud sit condignum meritum hoc est ultra naturam et bonitatem eius ex contractu (?) acceptatione divina et forte ad hoc ultra illud ad quod de lege communi esset actus acceptandus premiat quemque deus ex mera liberalitate ulterius sicut in argumento toto sunt duo predicta scilicet substantia actus cum rectitudine et ideo meritum ita per habitus gratie est quedam qualitas et preter relationem illam quam habet ad rationem ... inquantum est habitus bonus ... habet rationem specialem ad voluntatem divinam acceptantem ipsam vel ... habens ipsum habitus iste secundum substantiam inclinat active ad actum secundum substantiam ut causa partialis concedendo ... ... in precedenti solutione et ita habitualitate habitus est causa secunda et posterior causa prima sicut dictum est in precedenti solutione de habitu ... qui et potentia ponendo habitum activum et ... probat rationes ... adducte. Sed accipiendo actum secundum rationem meritorii potest dici quod illa conditio principaliter competit alicui ab habitu et minus principaliter

a voluntate magis cum acceptatur actus ut dignus premio quod est ... a voluntate quam quia est liberalitas ad voluntatem quamvis ... requiratur ex ... potest poni de divisione alicuius corporis ... intellectu nam ipsa divisio magis est a potentia motiva quam ab intellectu et ideo potentia motiva fortior velocius dividit sed tamen inquantum divisio corporis ad nisum sibi ... acceptabilis ut cui placet magis attribuitur intellectui quia levitas ponderis ... que placet visui magis est ex arte instrumenti quam ex efficacia virtutis dividentis. Exemplum similiter est magis ex percussione cordarum ... nantur quam ex ordine percussionis et tamen ut acceptabilis auditui magis est ex ordine percussionis quam ex efficacia potentie percutientis quia posset esse efficacior virtus percutientis et omnino non acceptaretur ab auditu quia non esset sonus armonicus. Aliud exemplum pater est causa principalis respectu filii et mater minus principalis causa ipsa potest esse principalis causa filii inquantum dilectus a libens alicui hoc est quod filius magis diligatur quia est natus ut contingeret quam quia est patris ut generantis ita posset deus ordinasse aliquem actum tamquam dignum premio vel acceptabilem sive acceptandum esse quod ad illum actum inclinat aliquis habitus ut eius principale activum principale et quasi principaliter ... acceptaretur ut sit acceptabilis quam quia est a reliqua causa principali. Possit poni exemplum illud ad tactus (?) est sicut sessor ad equum et illud volumus sit pedissequa vel gratie et non domina hoc quidem est verum respectu actus inquantum est meritorius sed non inquantum est iste

actus in specie et esset peccatum ex obiecto omnino simpliciter si equus esset liber et sessor dirigens equum ad contrarium terminum per modum nature et possit cursus equi magis placere alicui ordinate voluntati ex hoc quod est contra naturalem inclinationem proprius sessoris ad contrarium terminum quam ex hoc quod equus vi sua motiva velocius curreret. Sed etiam posset equus ex sua libertate sessorem dirigere preter eius directionem in terminum ad quem se moveret in primo quidem motu fieret equus omnino non acceptabilis quia non haberet sessorem per quem acceptaretur a tali voluntate. In secundo licet talis equus esset acceptabilis cursus tamen eius non acceptaretur quia non esset contra directionem sessoris. Hoc modo in proposito voluntas est quasi equus liber et gratia quasi sessor per modum nature inclinans ad obiectum determinatum contra huius inclinationem tamen si voluntas contra huius inclinationem placeret alius non placeret sicut quod est peccatum veniale vel actus indifferens quod tamen sessor abicitur quia fit per peccatum mortale voluntas sit omnino displicens. Hoc etiam modo voluntas est pedissequa quia ex se non ita inclinatur determinate ad terminum sicut quod inclinationem actus acceptetur sicut gratia inclinat et voluntas sequitur illud prius a gratia quia competit gratie magis conveniat quam voluntati et in hoc voluntas est causa secunda non quod in causando aliquid imprimeret actui sicut voluntas causa secunda. Sed in causando illud proprie quod actus acceptetur quod dicitur respectu eius ad extrinsecum. Sed quippe possibile est proprie causam principalem principalis effectus competere illi effectus effectus aliquam relationem ad extrinsecum non principaliter quia proprie causa eius

minus principale sicut patet in exemplis supra positis. Sic autem habitus iste sicut et quicumque alius habitus moralis inclinat determinate ad obiectum sive ad finem ex natura sua quia aliquo modo precipitat. Nam sicut habitus intellectualis habet in se aliquo modo obiectum tamquam prius sub ratione obiecti intelligibilis ita habitus moralis habet in se quodammodo obiectum sub ratione boni diligibilis et ita sicut ille habet virtute sua quodammodo agere ad proprietatem suam ita iste virtute obiecti suo modo contenti habet inclinare immediate in obiectum. Ex hoc etiam apparet quod habitus magis determinate inclinat ad obiectum quam potentia quia determinatio includit obiectum. Contra hoc possit dici quod illa causalitas partialis que attribuitur habitui convenit sibi ex ea parte qua obiectum est activum respectu actus et non ex ea parte qua potentia dicitur activa quia habitus magis habet virtutem ex obiecto quod determinate includit quam ex ipsa potentia. Et sic si arguas sic arguendum fuit in prima solutione quod habitus determinat et inclinat rationem igitur est causa partialis. Responsio quaestionis. De 2o articulo dico quod deus de potentia absoluta bene posset acceptare naturam beatificabilem acceptione predicta specialis existentem in puris naturalibus et similiter actum eius ad quem esset inclinatio in natura posset acceptare ut meritorium. Sed non creditur ita disposuisse quod naturam puram vel actum eius sic acceptet. Quia actum ex puris naturalibus esse meritorium appropinquat errori pellagii ideo verisimile est quod acceptet naturam et actum eius numquam meritorium sine habitu supernaturali. Sed hic est duplex dubitatio una quomodo aliquid possit esse in natura creata quare acceptetur a voluntate divina vel absolute vel tali modo tamen nichil

in creaturam sit eo actus diuini
nec in se nec ut reddit supernale
obiectum. Alia quia circumscripto omni do-
no supernaturali est distinguere inter
amicum et inimicum ut inimicum dicatur
in quo est peccatum non deletum et in
quo manet offensa non inimicum
dicitur in quo non est offensa sed ante
collationem omnis doni supernaturalis
posset alicui prius inimico dimitti
offensa sicut dicetur in questione dicta.
Ad ista respondeo non inimicum non est amicum
quia aliquis condonans alteri offen-
sam propter hoc quod non querit amplius
vindictam pro offensa non est amplius
inimicus eius sed non propter hoc sequitur
quod statim recolligat eum ut ami-
cum nec quod respuat eum ut inimicum
contrarie sed mere negative scilicet quod nec velit
sibi malum ut inimico nec bonum ut
amico. Quantum igitur ad istum articulum
non est necesse ponere habitum supernaturalem
gratificantem loquendo de necessitate
respiciendo potentiam dei absolutam
propter quam posset dare beatitudinem sine
omni merito precedente licet sit necessarium
loquendo de necessitate que respicit
potentiam dei ordinatam que ordinem
colligimus ex scriptura et ex dictis
sanctorum ubi habemus quod peccator est indignus
vita eterna et iustus dignus. Quantum
ad 3m articulum posset dici quod magister
non negat omnem habitum supernaturalem
ipse quippe dicit 3a parte primi libri c. 1 illud
quoque mirabile addunt contra addu-
cendo dicentes quod ad templum dei
pertinet pueri sacrificati qui non valet
cogitare deum. Igitur deus inhabitat
paruulum qui eum non potest scire et tamen
eleuatum etiam deum. Ista inhabitatio
competit paruulo regenerato et non alii
non potest esse sine habitu supernaturali in ipso
paruulo non enim potest poni propter actum
quia talem actum non habet nec propter
naturam solam quia non habitat alium
paruulum non regeneratum eum tamen in eo
sit eadem natura secundum illud dicitur 26. 2 libri collo-
nationis videtur ponere gratiam creatam
in anima. Itaque potest dici quod magister pone-
ret habitum bonum quo informante animam
spiritus sanctus inhabitat et ut inhabitans quasi perfi-
ceret potentias habitibus supernaturalibus duas quidem
scilicet intellectum voluntatem fide et spe ad credendum
et sperandum. Sed voluntatem nullo
alio habitu ad amandum quam illo per
quem dicitur inhabitare quia actus ille
amandi est ita perfectus quod potest
actibus conuenientibus illi habitui quo formaliter
inhabitante spiritus sanctus inhabitat tamquam perfectio
habitui non sit pura actus credendi
et sperandi actibus conuenientibus illi habitui
per quem spiritus sanctus inhabitat propter imperfectionem
istorum actuum et perfectionem illius habitus
quo spiritus sanctus inhabitare mentem ille enim
dicitur esse ita perfectus quod nec in patria
euacuetur quando anima erit templum dei
tunc autem non manebunt credere et spe-
rare et illo modo auctores contrarium per
magistro non quod nullus sit habitus supernaturalis
gratificans animam formaliter. Sed quod
non alius ab illo per quem spiritus sanctus inhabitat animam
eo modo quo habitus credendi et speran-
di est alius ab habitu quo spiritus sanctus inhabitat
animam et hoc non patebit soluendo rationes
que adducuntur pro prima parte questionis 27 hic
quod magister non videtur discordare ab aliis
nisi ponat vel contrarium esse aliud habitum
a caritate vel saltem dicatur ipsum habitum
qui nec est formaliter esse tamen in vo-
luntate et non in ceteris animabus quia tunc non
conueniret spiritus sanctus per habitum bonum quod nullum
bonum respectu fidei et spei ut plurimum
infirmum sed inhereret per habitum formaliter
informantem voluntatem quod quidem ordine

naturaliter prior fide et spe Sed
concedo eundem habitum realiter esse
caritatem et gratiam qui utramque infor-
mat creaturam etc. et sic cum spiritus sanctus
inspirante caritate fluat virtutes
informatas potencias ut sic for-
maliter in voluntate iam presuppositis
fide et spe in potenciis de hoc in 2°
d. 26. Similiter caritas non videtur alius
habitus realiter ab illo per quem spiritus sanctus in-
habitat animam et ita spiritus sanctus non sit per ha-
bitum medium supple aliud ab illo quo
inhabitat movet ad diligendum sicut
movet ad credendum et sperandum. Ad
argumenta ad principale Ad primum in dicto
quod argumentum autem sic tenet omnis di-
ligens proximum diligit dilectionem suam
fortius si quaerit se super illam omnis
autem diligens dilectionem suam for-
maliter diligit spiritum sanctum qui est dilectio
per essentiam igitur omnis diligens fratrem
diligit spiritum sanctum. Secunda propositio in ordine que
tamen est maior dupliciter ... probatur
sic omnis ordinate diligens minus
bonum magis debet diligere aliud magis
bonum principaliter quod in minori bono non
est vel diligentis nisi a maiori bono
dilectio autem media formaliter est minus
bonum quam dilectio per essentiam que
est spiritus sanctus et principaliter ab ista dilectione habet
illa rationem diligibilitatis. Hoc igitur
argumentum autem probat deum esse dilige-
ndum et tamen nec quia sit dilectio
mea formaliter vel quia non sit nisi mea
alia dilectio formaliter debent ergo
intelligi duo ... in argumento autem quorum
primus est iste diligens fratrem diligit
dilectionem qua formaliter diligit illa
autem est dilectio participata ergo di-
ligit dilectionem participatam ultra autem
... diligens dilectionem participatam
diligit dilectionem per essentiam deus est

dilectio per essentiam ergo etc. Ad 2m autem
argumentum eius de dono excellentissimo
dicitur sic quod argumentum sic tenet
nullum donum carum est excellencius
caritate creata igitur est perfectio simpliciter
et ex ratione sui non includit limitationem
quia ista propositio est omni dono quod non
est perfectio simpliciter formaliter convenit
spiritus sanctus ex hoc quod ipsum est donum excel-
lentissimum simpliciter ac per hoc deus est
deus potest se ipsum dare et igitur excel-
lentissimum eius donum est deus igitur
spiritus sanctus ex hoc quod est donum excellentissimum
simpliciter est omnis perfectio simpliciter
Sed cum hoc stat quod ista perfectio simpliciter
simpliciter sit in nobis participata et alia
essentialiter ab illa persona divina que
est perfecta hac perfectione simplici-
ter igitur argumenta autem presupponunt
verum quod deus sit formaliter dilectio
et formaliter caritas et non tamen effective
sed est effective spes mea et pacientia mea
quia efficit pacientiam tamquam non per-
fectionem simpliciter et ideo non convenientem
sibi formaliter sed caritatem efficit in anima
et dilectionem tamquam perfectionem simpliciter
et ideo sibi formaliter convenientem sicut
alio modo facit humanitatem in homine
et alio modo bonitatem ex hoc quippe
quod facit humanitatem non sequitur quod
sit formaliter homo sed tamen causa
effectiva hominis Sed ex hoc quod efficit
bonitatem sequitur quod sit formaliter
bonitas et ratio est quia omnis perfectio
simpliciter que est in creato reducitur ad
causam formaliter habentem perfectionem
illam non sic de perfectione limitata Sed
quid faciunt ad propositum nigri auctores
sic intellecte. Respondeo quia ille habitus
quo anima inclinatur ad diligendum me-
ritorie est perfectio simpliciter in tantum quod illa
perfectio simpliciter conveniat formaliter spiritui sancto.

sequitur quod ille habitus posset esse
in eternum habitus respectu dilectionis que
est perfectio simpliciter et per hoc s.s. ut
inhabitans per illum habitum immediate
causat illum actum qua creditur ut
sperare. 1º quorum non potest esse aliqua
causa proxima que sit perfectio sim-
pliciter. Sed contra istam responsionem arguo
primo quod proposito cum iniungitur sup-
ra s. quod omni perfectione non simpliciter
in creaturis sit perfectior vel eminen-
tior aliqua perfectio simpliciter et tamen
nullo modo videtur esse nobilior in
re creata. Preterea inventio adhuc videtur
male adduci ad intentionem magistri
quia ex prima ratione habetur quod s.s. est
formaliter dilectio per essentiam. ex 2ª
habetur si quid valet quod s.s. est formaliter
caritas per essentiam quod negatur. ex hoc
infertur quod non est in nobis aliqua
dilectio habitualis sive caritas alia ab
illo habitu per quem s.s. dicitur inhabi-
tare. ille quippe habitus quo s. in-
habitat vel non est perfectio simpliciter sed
aliqualiter limitata perfectio vel si est
non sequitur quin habitus adhuc ab illo
posset poni perfectissimum elicitive
actum meritorium diligendi meritorie nam
iste actus est limitatus et perfectio limitata.
Aliter potest dici de ratione adhuc ad pro-
positum magistri. Ad aliud quod caritas
est bona per participationem patet
ex d. 8. q. ubi expositum est quomodo
formaliter simpliciter participat causa
sua. Ad argumenta pro opinione que
imponitur magistro que s. negat ha-
bitum supernaturalem gratificantem. Ad
primum dico quod habitus iste simpliciter
dat acceptabiliter operari et etiam
dat aliquam activitatem respectu actus
sicut causa 2ª sed non dat delectabiliter

et faciliter quia quemcumque habitum acqui-
situm non distinguitur ab infuso per
hoc quod acquiritur ex frequenter agere.
Ad 2m cum aliqui dicant voluntatem
in puris naturalibus nullum actum
posse habere circa obiectum supernaturale visio-
nem hoc est improbatum d. 1. Concedo
igitur quod possit habere actum circa tale
obiectum confusum vel nudum vel proprium
fidei sed actus ille circa obiectum confusum
a fide non esset meritorius quia non esset
secundum inclinationem habitus illius secundum quem
solus deus dispositus acceptare actum
necessaria in patria esset beatitudo quia
non esset ita perfectus sicut posset
haberi a tali potentia si esset perfecta
proportionabiliter habitu supernaturali. Et
si obicias quod iste actus circa divinam
essentiam visam potest esse ita perfectus
quod totaliter quietaret voluntatem
quia eliceret secundum toto conatu suo
et per quem esset beatificus quod etiam
videtur quia talis voluntas haberet
quidquid vellet et nichil male vellet
hoc autem est esse beatum secundum Aug. 13
de tri. c. 4. Respondeo quod non solum ista vo-
luntas non esset beata quia non haberet
quidquid vellet eo modo quo deberet
velle debet enim velle acceptabiliter
diligere et hoc non haberet sed etiam non esset
beata quia non haberet actum ita perfectum
sicut sibi competeret in gradu summe
nulla enim potentia habitualis potest habere
actum ita perfectum sine habitu sicut
cum habitu immo quanto potentia perfectior
tanto magis potest habere actum perfectiorem
sine perfectioni si careret omni habitu quia
ex quo est plus proportio geometrica duarum
potentiarum inequalium ad habitus
proportio [illegible] perfectionis igitur erit aliqua
proportio arithmetica et ita simpliciter magis

defineret potentia perfectior si non ha-
beret quam potentia imperfectior. Ad
addit. quod licet quidquid vult deus non
tanta volitione quanta potest ordinate
appetere illud obiectum potest enim ordinate
appetere licet illud tanto actu quantus
competeret sibi ex natura potentie et
habitus perfectionaliter sibi et non tamen ita
perfectio actu sicut competit sibi ex pu-
ris naturalibus non autem habet primo
modo sed tamen 2o. Contra hoc videtur quod
tunc nulla voluntas esset beata que
non haberet maiorem caritatem cuius est
capax. Respondeo sicut arguitur de in po-
litione procedente ex ratione qua
potentia est perfecta summo gradu po-
tentie potest in supremum actum ita quod
nichil deficit sibi ex defectu ha-
bitus igitur voluntati in quocumque gra-
du nichil deficit in illo gradu
propter defectum habitus. Ad primum non
potest ordinate velle hoc obiectum bo-
num maiori actu quam correspondente
inest pro statu non est maiorem cuius
est capax semper tamen maior est illo
que posset habere ex puris naturali-
bus. Ad 2m dico quod voluntas infinita
generet in se eumdem per ydemptitatem
totam perfectionem habitus et ideo nullam
perfectionem nouam dat actui quod non
intelligitur informari habitu sed potentia
infinita non intendit per ydemptitatem
habitum perfectionaliter sibi et ideo potest deficere
a perfectione sibi conveniente magnitudo
si non perficiatur habitu. Ad 3m per illa
opinione que imponitur magistro dico quod
actus iste non causatur loquendo per se
de causatione. Tum quod respectu eius con-
currit aliqua causa activa secunda
causato autem est solius agentis primi
sine causa 2a. Tum quia licet presupponit
aliquod receptivum ipsius actus prima
voluntas in ratione autem nichil

susceptivum presupponitur quod quia dicitur
quod omne supernaturale causatur et si conce-
datur de omni actu supernaturali primo non
tamen oportet concedere de actu superna-
turali 2o quia ad ipsum concurrit po-
tentia et in ratione activi aliquo modo
et in ratione receptivi ut potest dici
supernaturalis ratione forme sue habitus
concurrentis ad eius productionem licet
non tamen totaliter. Aliter potest dici quod
actus non est per se supernaturalis sicut
habitus quia et si habitum presupponit
sicut a causa supernaturali tamen possit
tamen in esse est causa naturalis respectu
sui actus et ideo actus qui producitur
per talem habitum non est per se superna-
lis ita enim naturaliter potest se habere ad ac-
tum suum forma que supernaturaliter producitur
sicut forma que est mere naturalis ad
suum ita quod deus in productione formarum
non causat nec concludit distinctionem
(c)apax in comparatione ad suos actus. Ad
4m dico quod in parte voluntatis non
impeditur est uti habitu isto et quod cum
equali conatu operatur voluntas habitus
equaliter cooperatur sibi quia habitus
ex se agit per modum nature ut ...
semper est equalis delectatio conceptis
actum elicitum delectatio quippe est
ab obiecto quod attingitur per actum et
non tamen ab ipsa potentia agente ita
obiectum unum autem quod obiectum non est ipsius
in se sed in contingente potest ab eodem libere dim-
plicari nunc plus nunc minus licet
actus ita ipsum sit eque intensus
et ex equali conatu elicitur. Quod
ergo dicitur de gressu latinus verum est
de volitione id est de delectatione quam actu
non autem de ipso actu amandi eli-
cito cum quandoque est intensior et magis
meritorius licet ipsum sequatur minor
delectatio ut quasi nulla et quandoque minore
actum in se et inacceptatione divina gravem

maior delectatio ad eliciendum
pueros ut audiendo sequatur illud
cuius dulcedine pregustavit. Ad
primum de 2a via credo quod spiritus sanctus immediate
possit causare actum in voluntate
et posset illum actum tamquam a se causatum
acceptare tamquam dignum vita eter-
na sed tunc nec ille actus esset vo-
luntatis nec imputaretur eius ut credo
ipsum talem actum acceptare qui
dispositive actum licet actus quid imputa-
re eius acceptare. Ad 2m dico quod
spiritus sanctus cooperari igni ad calefaciendum non
est miraculum sed cooperari aque ad ca-
lefaciendum si tamen sine qualitate
posset sibi competere aliqua calitas
respectu calefactionis hoc esset mi-
raculum ita dico in proposito quod spiritus sanctus co-
operari voluntati habenti ad actum eli-
ciendum 2m illud habitum hoc est de
communi lege qua deus assistit cause
2e ad suum actum. Sed ipsum cooperari
voluntati non habenti esset miraculum
Si tamen voluntas ipsa posset operari
dico igitur quod spiritus sanctus cooperatur voluntati ha-
benti caritatem non quidem quia habet
caritatem ita quod caritas est prius mo-
vens spiritum sanctum ad cooperandum sed
quia spiritus sanctus tale 2e generaliter cooperatur ad
illum actum ad quem 2m formam suam
ordinatur quod est de dilectione in vo-
luntate habentem non ergo dicas quod prius
cooperari quam voluntas habeat caritatem
Illud est nisi intelligatur de prioritate
eminentie sicut causa superior prius
quippe cooperatur spiritus sanctus voluntati habenti caritatem
et ipsa voluntas operatur aut si conce-
datur quod prius cooperetur spiritus sanctus voluntati
quam voluntas habeat caritatem non
tamen sequitur ergo eque posset cooperari
voluntati non habenti caritatem primo habenti
quia non ita cooperatur non habenti formam

ad agendum sicut habenti. Ad 3m dico
quod et spiritus sanctus per communicationem ydiomatum ope-
rationes humane verbi dicuntur de verbo
non actus proprii ubi in natura divina
non cadit in parte illius hominis in
ille inquantum homo meriti posset
actibus illis non enim propter nos in quo
nobis meruit sed filius dei qui caro
in carne erat et animas sunt ad propositum
et spiritus sanctus et ita in proposito voluntas mea
non meretur. spiritus sanctus quamquam sibi quan-
tus causet in ea actum diligendi
Ad ultimum dico quod licet illud faciat
difficultatem tenentibus speciem esse actum
primum respectu intellectus per quem in-
tellectus sit in actu 2m sicut lignum
calidum calefaceret aliud quia si hoc
esset verum difficile esset salvare quod
intellectus non informatus aliqua
specie possit in operationem suam 2m illam
viam quam dixi d. 3 quod quia primum quod
obiectum sive in se sive in specie est
presens causa cum intellectu ad cau-
sandum intellectionem non facit aliqua
difficultatem quia obiectum in se prius
quam est in specie sufficit absque omni
informatione ad eliciendum disponere
ex se solo cum intellectu. Et si arguitur
spiritus sanctus sine habitu informante sit esse vi-
so perfecto ergo et fruito perfectissima
Respondeo quod nullus negat in gloria ha-
bitum luminis glorie in intellectu et illo ex
parte intellectus sic poni correspondente
caritatem ex parte voluntatis

Iuxta hoc quero utrum ha-
bens caritatem creatam per ipsam sit for-
sit acceptus tamquam dignus
vita eterna. Quod non quia nichil aliud
est personam esse acceptam deo quam
ipsam acceptam a deo ut deus accep-
tet ipsam sed nichil ex parte creature
sit esse in formalis actus divi-
ne quia nichil in creatura sive ...

extrinsecus pt ee vo formalis alicuius
intrinseci in deo s; actus acceptandi
est actus intrinsecus deo g°. P° pus
acceptatur psona qua detur sibi cari-
tas quod pz quia duobus existentibus
paribus deus hunc acceptat ad
gloriam et illud non s; posterius non pt
ee causa prioris g°. P° caritas non
est forma actus quia prior actu s;
actus debet ee acceptus p aliq
sibi intrinsecum igitur non p caritatem. P°
si ee acceptus et non ab intrinseco for-
mali s; ab extrinseco tunc non possz
hnus illud extrinsecum hre actum
non meritorium q e [illegible] misericordia
illa retributiua acceptat actum ut
dignum vita eterna et tunc actus in-
differens vel peccatum veniale acceptan-
tur ut dignum vita eterna, oportet
igitur aliquid aliud dare prter quod
actus sit acceptus intrinsecum sibi
preter caritatem. Contra p hoc psona
est formaliter talis p quod distinguitur
ab aliis non talibus Sz caritas di-
uidit et distinguit inter filios dei
et filios perditionis 2m Aug xv. de tri. c.
18. igitur p caritatem est huiusmodi ac-
ceptus deo. P° eodem modo arguitur
de actu quia illo actu e vnusquisque
formaliter talis quo posito est talis
omnibus aliis non positis et quo ammo-
to non e talis omnibus aliis positis
Sz posita caritate actus e dignus
vita eterna et ammota caritate quibus-
cumque aliis positis non sicut patet
in statu innocentie nisi fuisset actus
[illegible] et [illegible] et tunc non digni vita
eterna sine caritate. Ad hoc sunt auc-
toritates aug quas allegat magister
d. 26. et 28. 2° libri. In primo p-
mitto q voluntas hz obiectum quem-
admodum intellectus s; hoc obiectum respectu

voluntatis diuine non pt ee nisi
essentia sua quod pz ex hoc quia
omnis potentia cooperativa coexigit
obiectum suum primum naturaliter nullum autem
creatum vel extrinsecum sine infinito
exigitur naturaliter ad actus voluntatis
diuine vel intellectus igitur sola essentia
diuina existens obiectum primum. Hanc non
melius tractatum quam infra in qone
illa vtrum deus sciat aliquod aliud
obiectum a se. Bonitas igitur sua est
non non omnia alia obiecta secundaria et
tunc sequitur q primum obiectum est naturaliter
non diuina et nichil aliud. P° naturalis po-
tentia illa non pt ee in actu quandoque
et quandoque non s; oportet q semper sit in
actu recto et p quos naturaliter semper
wlt suum primum obiectum aliter possz
ee non vna. Item ex hoc sequitur q
obiectum primum est obiectum ex natura rei
alia autem non natura alia hunc q sunt
obiecta p actum intellectus diuini. Tunc
ad propositum acceptatio voluntatis pt
intelligi simpliciter complacentia et hec
est naturalis cum bz possibilis sicut et
simplex intellectio. Alia e accep-
tatio efficax et hec est qua wlt ee
rem in effectu et wlt media ad id
naturaliter hoc ipsum patet in nobis
quia aliquis volumus aliquod bonum
non tamen laboramus ad illud ut consequimur
medio naturaliter ad hoc q illud conse-
quatur illud bonum et tunc e volun-
tas simpliciter complacentie s; quando
volumus et querimus media naturaliter
ad illud bonum consequendum ab illo
tunc e voluntas efficax et isto ul-
timo modo wlt deus creaturam ee
in effectu et demones puniri et ee
actum substratum peccato. E autem alia
quedam specialis acceptatio que est
ordinatio volitio ad bonum ut ab

consequatur maius bonum quia vult
ipsum non solum esse sed ordinat ipsum
ad maius bonum ut ad complecionem
huius boni et illo modo acceptat modo
creaturam volens. Dico igitur ad quo-
nem quod caritas creata non est
ratio elicitiva ex parte acceptantis quia
illa est intrinseca deo. Est igitur aliquo
modo ratio obiectiva non formalis sicut
probatum est nec est ratio ut intellecta
solum in effectu quam sunt non sequitur
acceptatio sed est ratio ut volitus sibi
ad acceptacionem ex hac non volita
non sequitur quod acceptetur ex iusticia
dupliciter. Igitur possumus considerare voluntatem
divinam. Uno modo ut offeruntur sibi
principia pura non victoria ex termi-
nis ut est illud iustus finaliter bea-
tificabitur. Ante igitur quod voluntas ac-
ceptet est volitus non sed postquam vo-
luntas acceptat tunc ipso facto est victoria
et est principium nec deus potest facere
contrarium de potentia ordinata. Secundo
distinguitur de iusticia et iudicium quia
iusticia est secundum legem in universali sed iudicium
secundum execucionem in particulari. Antequam
voluntas acceptet non est iusticia
sed postquam acceptat est iusticia. Hoc
probo racione et duobus exemplis. Racio
est sicut duobus habitus intelligibilis
includit quodammodo obiectum in racione
intelligibilis ita habitus appetitivus quo-
dammodo includit obiectum in racione diligibilis.
Exemplum est hoc quod facit centrum
in gravibus hoc facit deus in
spiritibus. Deus enim est centrum et finis
spirituum. Si enim centrum gravium ama-
ret se amaret quod hoc inquantum in
centrum tendet et quod omne ponderosum
se tendit in centrum omnia ponderosa
amaret et non solum ponderosa sed etiam
ipsum motum ad centrum. Sic in proposito deus
diligit se ipsum et se igitur diligit quod hic
inquantum tendit in ipsum. Similiter caritas
est pondus quo tenditur in deum. Dili-
git igitur deus dilectionem ad se et pon-
dus quo fit talis motus dilectionis.
Secundum exemplum secundum Augustinum de m. t. iusticia
magis est pulchritudo et accipit iusticiam
pro caritate quia in se ponit omnia illa
accipiuntur pro eodem iusticia sapiencia
[illegible] et gracia. Sed pulchritudo est racio
diligentis in corporibus et iusticia est pul-
chritudo assilans deo racio per esse
racio diligentis in corporibus et iusticia est
pulchritudo assilans deo racio per esse
racio diligibilitatis in mente quam deus di-
ligit. Similiter patet quod centrum est ratio
acceptandi ponderosum et magis est ratio
acceptandi motum quo tendit ad
centrum. Sic in proposito de caritate si-
cut caritas est ratio acceptandi perso-
nam magis est ratio acceptandi actum
et sic de actu valet exemplum primum
non secundum de pulchritudine quia propter
pulchritudinem multi actus placent
ad quos nullo modo ordinatur pulchri-
tudo sicut aliquid aliquis pulcher
petit et exauditur propter pulchritudinem
et tamen ad illud nullo modo ordinatur pul-
chritudo. Non sic autem est de actu respectu
caritatis quia caritas non est ratio acceptandi
aliquem actum nisi solum illum ad quem
inclinat inquantum caritas. Ad primum
argumentum cum dicitur nichil ad est ab eterno
non ab alio sed ut comparatur ad actum ex-
tra cum dicitur quod nichil tamen est ratio
alicuius intrinseci deo dico quod verum
est nec ut primum obiectum nec ut racio
sed ut in essentia apprehensa quo
deus acceptat aptitudinaliter ante ac-
ceptacionem voluntatis illius principium
non novi ex terminis sed post accep-
tacionem acceptet ex iusticia. Ad secundum

duplex est acceptatio secundum 2m quod quaedam
est prima et prima ad acceptationem
simpliciter alia post simpliciter prima est voluntas
alicuius domini putagre 2a est voluntas
quae primam bene procedit sed 2a
sequitur ut deo mittatur. Ad 3m dico
quod caritas est ita formalis non intrinse-
ce sed inclinans et propter hoc non omnis
actus est meritorius sed ille solus
ad quem inclinat caritas ut caritas
est et sic patet quod eadem forma
est principium acceptandi actum et personam.
Circa 2m scilicet augmentum sup-
ponendo scilicet quod caritas possit
augeri 2m illud Augustini epistola ad Bonif.
et ponitur libro 2 distinctione 26 capitulo 3 caritas me-
retur augeri ut aucta mereatur perfici
et Boethius de trinitate capitulo a in rebus incorpore-
is idem est melius esse quod maius esse
aliqua autem caritas est melior alia
est. Aliud dicitur quod maior est vera de re-
lacione creaturali que advenit extre-
mis iam distinctis talis nõ est ista
sed est consimiles suppositum formaliter
distinctum per ipsam. Contra relacioni
ut relacio est convenit quod sit ad aliud
quia si nõ est ad aliud nõ est relacio
alioquin posset dici quod paternitas pos-
set esse relacio realis absque filio si
nõ oportet aliquo modo extrema re-
lacionis esse distincta sicut nec
ydemptitas aut igitur paternitas est
ad aliud distinctum sola filiacione aut
d. pori quadilla que esset a filio
Si 2o modo habetur propositum Si primo modo
igitur arguitur sic paternitas nõ est aliquid
distinctum igitur nõ est realis est
arguitur sic huic relacioni nõ est rela-
cio realis opposita igitur nõ est realis
sed ista videtur esse manifesta petitio
principii quia ante nõ videtur mani-
festius quam conclusio igitur argumentum ha-
betur in multis relacionibus ad concludendum
eas nõ esse reales per hoc quod non
sunt in suo extrema realiter distincta

sed esset quidem peticio principii. 3o
sic omnis relacio terminatur primo ad
absolutum Primus autem terminus relacionis in
persona est alia persona nõ aut essencia
quia sicut nõ refertur ita nõ termi-
nat relacionem ita distinguitur terminus
relacionis sicut relatum igitur persona
inquantum est distincta ab alia et
terminans relacionem eius ad se est
absoluta maior declaratur d. 3o q. de
relacione dei ad creaturam. Ex
2a via arguitur primo ex ordine
quem necessario requirit originacio
qui videtur duplex na principium
originans videtur prius originato
videtur eciam prius origine. Ex prio-
ritate arguitur sic originans est
prius originato relatum nullo modo est
prius correlativo quia sunt simul natura igitur
Confirmatur ideo quod ex opposito con-
clusionis sic si persone nõ sint
absolute sed primo relate
Prima relacio nõ potest originari nisi
aliquo absoluto prius originato et hoc
aut in relacione aut in termino sicut
nec motus potest esse in ad aliquid
nisi tamen per accidens quia est per se ad
aliquid absolutum in subiecto vel in termino
relacionis ut patet 5. phisicorum igitur persona
divina que primo originatur nõ potest
esse tamen relacio subsistens Ergo op-
ponitur aliquid absolutum quod primo origi-
netur. Et confirmatur ista ratio maxime
si negetur essenciam esse formalem
terminum huius productionis tunc enim
nec originatum erit ad se nec for-
malis terminus originacionis quod videtur
inconveniens. Item tunc nõ erit aliud
prius originans filium quam pater
hic filium correlativum sed pater ex se
eo quod prius hic filium correlativum quia in nullo ...

nec naturae nec originis potest in-
telligi pater sine filio ut iam intel-
ligatur habere filium igitur pater ex se
sine originatione habet filium hoc igitur
non originat cum si nihil ori-
ginatur nisi correlativum // Idem mani-
festius arguitur sic illud non ori-
ginatur quod potest intelligi communicabile et con-
sideratum cum actione habet totum suum
esse tale est correlativum communicabilis quia
ex sola natura relationis ut est
actus primus consideratum cum actione
sine actu secundo correlativum communicabilis
est ex natura communicabili igitur // Praeterea omne
correlativum eque naturaliter respicit suum
correlativum igitur eque naturaliter spirans
respicit spiratum sicut generans ge-
neratum igitur si utraque productione
producitur relativum tunc utrumque eque
naturaliter producitur et ita non est in divi-
nis duplex productio scilicet per modum
naturae et voluntatis nec etiam eque
libere potest dici quod spiritus sanctus producitur per modum
naturae sicut filius quod est contra omnes
// Praeterea 4o tunc nulla productio in divinis
est generatio quia generatio est ad primum
perfectum ut ad terminum productum habet
antepositum relatio ut relativum primum
productum igitur est productio in genere
relationis et non generatio // Praeterea ex 2a
prioritate arguitur sic suppositum
aliquo modo prius intelligitur actioni quia
prius intelligitur unumquodque per se esse
quam per se agat in illo priori sic est
suppositum ad se habet proprietatem sic non
sed ad aliud ut ad filium igitur simul
intelligitur filius et ita filius prius in-
telligitur generationem et ita filius non est
terminus generationis // Confirmatur quia
quaecumque sunt correlative unum correlativum prius
intelligitur alterum eadem prioritate
reliquum correlativum prius intelligitur eidem

proprio similitate relativorum // Iuxta haec
posset argui ex 3a conditione scilicet re-
lationis ad personam quae probatur per Philosophum
5 metaphysicae capitulo 2 forma cuius est prior
composito 2 physicorum ibi igitur privitas
est prior prima persona et per quam re-
latio opposita privitati est prior
prima persona igitur ipsa non habebit
a 2a persona per actionem sine processione
quam de relatione opposita probatur
per similitatem relativorum // Quantum ad
3am viam arguo primo sic quidquid
constituitur in aliquo esse primo et in uni-
tate correspondente tali essentiae se
toto repugnat dicto opposite illi uni-
tati exemplum si rationale primo constitu-
at hominem in entitate et unitate
speciei se toto primo repugnat differentiae speciei
ita quod contradicendo per impossibile
vel possibile quodcumque aliud a rationali
quod non est de intellectu eius stante
solo intellectu rationalis repugnabit
sibi diviso in diversas naturas speciei
et probatur ista propositio quia si toti constituto
repugnat talis differentia igitur per aliquid
sibi repugnat sit illud a si ipsi
a se toto repugnat habetur propositum
si non sed repugnet per a b erit processus
in infinitum vel ubicumque stabitur idem
erit ultimum constituens in tali unitate
et illi se toto repugnabit differentia opposita
tali unitati igitur si privitas consti-
tuat suppositum in essentia possi-
bilis ratione incommunicabilis oportet quod privitas
primo ex ratione sua repugnet commu-
nicabilitas sed hoc videtur falsum primo quia
secundum istos qui tenent istam opinionem
nulla quidditas est de se incommunicabilis
igitur nec privitas // 2o quia privitas
non est de se haec consideratio omnino
quod non est de ratione formali privitatis

incompossibilia cum deitate que non est
de ratione formali paternitatis secundum eum
in de trinitate c. 2 et 9o. ubi dicit quod non
eo patre quo deus paternitas non est
de se formaliter infinita et per consequens
non est de se haecceitas. hec quia quod
continet aliquid per ydemptitatem quod
est extra rationem eius formalem et quo-
dammodo illimitatum igitur continens formali-
ter est simpliciter infinito continentia
cum formalis requirit maiorem perfectio-
nem continentis. ex hoc ultra si paternitas
non est de se haecceitas nec multo magis
erit de se incommunicabilis quia incommunicabili-
tas praesupponit singularitatem. Item 3o
quia quelibet relatio originis divina
est eque eadem essentie divine igitur
si ex illa contraheret aliquam incommunicabilitatem
quelibet equaliter contraheret sed hoc est
falsum quia spiratio activa licet sit haec
non tamen est incommunicabilis quia est in duobus
scilicet patre et filio. Ex hoc probatur 9o quia
tamen opposita relativa videantur uni-
formiter se habere ad incommunicabilitatem et spi-
ratio activa non sit de se sit incommunicabilis
igitur nec spiratio passiva sibi opposita
et per consequens non constituet spiritum sanctum in esse perso-
nali quod est falsum si ponatur relationibus
constitui. Item quia si poneretur quecumque
[illegible] ponens possibiles vel impossibiles sta-
re intellectu rationalis repugnet sibi
dividi in plures naturas specie
puta si poneretur quod rationale esset
quidam color et quod ille color posset [illegible]
[illegible] de nichilo vel quecumque talia
posita autem hac positione possibili quod
[illegible] esset productio voluntatis quamdiu in-
tellectus salvata ratione generationis et
spirationis spiratio activa esset in
uno supposito et generatio activa esset
tamen in duobus quia tamen in filio et illo [illegible]

in quo spiratur generaretur vis genera-
tiva igitur tunc generatio activa
non repugnat in se formaliter communicabilitas
Ad argumentum primum de primo incommunicabili
videtur dupliciter uno modo quod paternitas
licet non sit incommunicabilis unde paternitas
tamen paternitas unde divina est in-
communicabilis. Aliter dicitur quod paternitas sub-
sistens qualis est ista que est
in deo est incommunicabilis sed non paternitas
inherens qualis est in creatura. Contra
primam responsionem licet concludat tres
ultime probationes tamen arguo aliter
dupliciter primo sic quando duo per se consti-
tuunt aliquid tertium neutrum illorum
habet ab alio illam conditionem que est
propria sibi in quantum constituit sed utrumque
habet talem ex seipso primo exemplum materia
et forma per se constituunt compositum
et materia non habet a forma possibilitatem que
est eius conditio in tantum compositum
nec forma habet a materia actualitatem
que est eius conditio in constituendo
compositum licet similiter in diffinitione generis
non habet a differentia determinabilitatem contrahentis
nec differentia habet a genere actum specificandi in
divisibilem in plura secundum speciem igitur
si persona constituatur ex essentia et proprietate
incommunicabili neutrum habebit ab altero quod
est sibi proprium ut sic sicut essentia
non habet a proprietate communicabilitatem sed ex se est
communicabilis circumscribendo per intellectum proprie-
tate a proprietas non habebit ab essentia
incommunicabilitatem sed erit ex se primo incommunicabilis
circumscripta per impossibile essentia. Praeterea
essentia non dat incommunicabilitatem pater-
nitati ut est in essentia quia ipsa est
communicabilis igitur ut ipsa intelligitur for-
maliter habere paternitatem in se et tamen esse
ut formaliter in essentia erit ratio in-
communicabilitatis sui prius ut formaliter

tale quod est ingenitum tum quia de illo
ut est virtualiter in eo quero aut
est communicabile aut incommunicabile si communicabile
non est vero incommunicabiliter primitati ut
forma ipsius Si incommunicabilis et ab essentia
2am illam rationem iterum arguitur quando
ab essentia ut in se est essentia sicut
prius et sic in infinitum aut communicabile
aut incommunicabile Tum quia nulla unitas
... ul intensa convenit alicui
ut est unum nisi virtualiter quando ut
est unum formaliter et hic loquendo
de unitate propria illi et hoc patet primo
de entitate propria Tum quia quod est
in alio est in eo per modum eius igitur
quod est virtualiter in essentia ut ipsa est
in ea non est ibi ut incommunicabile Contra
2am rationem de relatione subsistente
quod ipsa est incommunicabilis quero an
prius oporteat intelligere aliquid esse
hic quia subsistens quero per quid
primitas sit hic non de se quod non sit
formaliter infinita igitur multo magis
non est de se subsistens igitur nec
de se incommunicabilis Praeterea 2o principaliter
contra ad istam viam 3am arguitur sic
ab ultimis distinctivis et constitutivis
aliquorum non potest abstrahi aliquod
quod dicitur in quid de eis patet quia si
est aliquid quod eis illo quo non
distinguuntur primo sed aliquo contra-
hente distinguuntur et ita non sunt
prima distinctiva si quo sunt prima
distinctiva ut est eis quod dicitur
in quid de eis a primitate autem et
filiatione abstrahitur hic quod est
relatio quae videtur quod eis et similiter
potest enim intellectus certus esse de rela-
tione et dubius de hac relatione
et illa igitur ista a quibus abstrahitur
non sunt primo distinctiva videtur

negando minorem dicendo quod relatio-
nes divine sunt primo diverse Contra
hoc argutum est frequenter et potest
unum modum iterari quia non sunt
una origine in divinis et intrinsece
diverse illa originatio est quando
ul ... nullum conceptum habet
nisi de voce vana igitur vana cum
illa problemata que sunt de generatione
sive productione in genere et solvuntur
per propria media antequam conveniunt
de productionibus in speciali Praeterea 3o principaliter
constitutivum suppositi in aliqua natura
videtur facere per se unum cum illa natura
quia non videtur quod per actus possit
esse unum simpliciter in aliquo genere
2am partem 2o patet ... unum autem de quo
natura dicitur per se est eius proprium suppositum
igitur etc. sed sicut in creaturis relatio
est alterius generis ab absoluto et ideo
non facit unum per se cum eo ita in di-
vinis non videtur esse unum per se con-
ceptus relationis et absoluti igitur suppositum
divinum essentialiter includeret duas s...
essentiam et relationem non videtur esse
per se unum suppositum et primum talis
naturae sed quod suppositum per actus et
ita videtur quod possit dici aliquid
prius constitutivum per se suppositum in illa
natura Confirmatur ratio quia prima proprietas
... videtur esse prime naturae ad
proprium suppositum igitur illa proprietas
non est per actus nec quod per actus sed
... per se igitur suppositum non includit
aliquid quod alterius generis a natura
Confirmatur 2o quia aliter magis per se
proprietas esset sibi certe ad suppositum
sicut qua naturae divine ad suum quod
videtur inconveniens Confirmatur tertio quia
2a probatio dicit totum quid primo esse
igitur in prima probatio non constituit alia

quiditatis distincta a quiditate substantie
2° igitur nec quiditas relationis que
est distincta a quiditate essentie pertinet
ad rationem persone substantie. Si enim
persona substantia includeret per se quiditatem
distinctam a quiditate substantie igitur non
magis est suppositum per se substantie quam
illius quiditatis alterius et ita neutrius
vel utriusque. Nec valet ista
responsio quia hec quiditas est illa per
ydemptitatem et ideo per se idem unum
potest esse suppositum per se utriusque quiditatis.
Hoc enim non salvat per se unitatem
suppositi quia suppositum ponitur per se
suppositum quiditatis actualiter. 2° sic formaliter
rationem non aufert propter ydemptitatem
realem et non formalem ipsius ad aliam
nec enim per se suppositum cuius essentie
per se suppositum huius propter veram ydemptitatem
huius ad eius itaque suppositum
per se huius est tamen suppositum quiditatis
per se huius formaliter et per quod nullius
formaliter distincte ab illa et per quod
unius distincta formaliter includeret per se
primo modo quod non est ideo quando non
esset per se suppositum quiditatis illius distincte
si illam per se primo modo includeret.
Si instetur hic de attributis
non est simile quia nullum attributum constituit
per se suppositum de ipsis sed est
passio secundum dam. c. 8. et 9. et non est
ingrediens quia passionem tamen quia substantie esse
idem quia per accidens et etiam tamen suppositum
sibi licet sit ingrediens proprium suppositum
primi sibi esse in se eius per accidens.
Ad istam responsionem etiam de per se unitate
suppositi divine nature videtur quod
relatio constituit ut subsistit in essentia
et non ut est actus alterius generis nec
proprie hoc sequitur quod constitutum sit abstractum
quia relatio formaliter quod est sibi proprium
bene tamen conceditur quod illud quod derelinquitur
per relationem non sit abstractum quia
illud relatum est esse. Contra responsionem
istam quero aut relatio constituit ut
est idem essentie formaliter sive quiditative
et sic sic sequuntur duo absurda
unum quod relatio non est relatio
quia 2° alia. de tri. si ad alterum
iam non est substantia et per rationem si est
formaliter substantia iam non est ad aliud.
Aliud quidquid constituitur aliquo
inquantum formaliter abstractum est abstractum
formaliter et ita suppositum constitutum
esset formaliter abstractum. Aut relatio constituit
inquantum non subsistit sive inquantum
est idem essentie et non formaliter sed
realiter et tamen hoc sunt quod relatio
constituat per se ut relatio est quia relatio
nullo modo potest considerari in divinis
quin sit realiter eadem essentie. Si ergo
2° aliquem modum considerata constituit
et suppositum per accidens dato quod sic
constitueret tamen tamen 2° omnem modum
considerata sit realiter idem essentie
licet non formaliter sequitur quod ex
hoc quod illa ut eadem essentie realiter
constituit non per hoc debet constitutum esse
eius per accidens non aufert potest considerare
ut magis idem essentie quam realiter
nisi ut formaliter idem. Preterea quod dicitur
relationem derelinquere esse abstractum hoc
videtur repugnare sibi ipsi quia
forma non derelinquit aliud esse a se
sicut albedo non derelinquit in albo
aliud quam albedinem igitur proprietas
constituens si constituat hoc quod est
sibi proprium derelinquit hoc quod est sibi
proprium et nichil aliud quod igitur esse
abstractum potest derelinqui a proprietate relativa
si precedat eam in persona. Preterea
2° istam viam etiam arguitur 2° si persona
substantia est maxime substantia 2° philosophum predicamentis

et hic non est imperfectionis videtur quod
hoc non possit poni prima substantia in
divinis scilicet persona cui maxime compe-
tat subsistere, id est per se esse vero autem
non videtur posse formaliter constitui
ad subsistens nec per consequens primam
substantiam. Confirmatur quia ad 2a
substantia non includatur aliquid quod non
aliquid quod non sit formaliter substantia igitur
nec prima substantia que est maxime
substantia includet quia substantia non est ex
natura sua. Confirmatur 2o quia propter
oportet in hiis que sunt ad aliquid
in divinis non tantum importare quan-
ditatem puta non tantum primitatem sed
etiam habet primitatem et ulterius habet
sub ratione incommunicabilis et hoc omnia
competere sibi inquantum est ad aliud
et ut non est formaliter illud quod est
ad se quare non potest ita in ea quod est
ad se non per illud formaliter quod est
ad aliud habet hoc quod est incommunicabile.
Confirmatur hoc tertio quia in substantia
creata licet sit imperfectionis relatio ad
unam subsistentiam prime ad unum esse
perfectissimum quod nullo modo est determinabile
vel communicabile nec potest esse aliquid actuum
tamen quod natura ipsa prime alio alterius
communis posset habere ultimum esse quod
non est natum communicari aliquo alio hic
non est imperfectionis quia hic convenit
substantiis et negatur ab accidentibus propter
eorum imperfectionem igitur videtur quod natura
divina ut est ad se habebit ultimum esse
actuale et ultimam unitatem sed absolutam
similiter ad unam subsistentiam prime
ad esse unius subsistentie. Respondetur
ad hanc et alias rationes que procedunt
ex ratione prime substantie quod relatio
habet unum perfectum incommunicabilis prime
substantie et ideo habet hic unum constituendi
primam substantiam ut supponit 2e substantie

Quod confirmatur per hoc quia que sunt
separata in imperfectionibus sunt unita in su-
perioribus et ideo licet in creaturis conve-
niat alicui alio esse ad aliud et
alio subsistere deo tamen in personis
divinis sunt ista eadem competere. Contra
hoc arguitur sic quero quia unum
intelligis aut unum cause efficientis
aut formalis. Si efficientis igitur
tabit quod ibi quedam realitate absoluta
quo formaliter constituetur ibi prima
substantia et ita conceditur propositum quia
prima substantia constituitur aliqua realitate
absoluta. Et tunc hic adderetur unum aliud
impossibile quod relatio posset causare
aliam personam absolutam. Si 2o non sic
formaliter tamen nulla forma habeat
unum constituendi aliquid formaliter nisi tale
quale natum est esse tali forma sicut
albedo non habet unum constituendi aliud
nisi album et que includuntur in albo
sequitur quod relatio que essentialiter
est habitudo ad aliud non habet unum
constituendi aliquid ad se. Confirmatio
illa videtur nichil valere quia talis
unio sit in deo propter infinitatem essentie
divine que in se includit unitive
omnes perfectiones simpliciter et eadem omnes
realitate sibi compossibiles perfectas aut
non est formaliter infinita igitur
non oportet in esse unum omnem realitatem
et maxime illam que videtur sibi for-
maliter repugnare aut non posse
in ea includi quia maiorem perfectionem
diceret formaliter quam ista vel omnino
minorem. Ex quarta via arguitur
primo per augustinum v de trinitate omne relativum
est aliquid excepto relativo et sic
deduxit prima non videtur concedere
quod illud quod refertur est aliquid
ad se. Idem in eodem c. 8 omnis
res ad se subsistit quanto magis

dons ⁊ loquitur de subsistentie quod conuenit siue sicut greci accipiunt substantiam accipiunt cum ipsi substantiam secundum eum sicut ⁊ nos personam igitur subsistentie quod conuenit persone inquantum persona in diuinis sicut sancti dicuntur tres subsistentes .i. ad se secundum eum et uidetur dicere quia ingenitus est personam diuinam subsistentie ad aliud accipiendo hoc uno subsistentie. Pro tertio omnia que ponuntur in diffinitione persone siue a boe. de duabus naturis siue a Ri. 4. de tri. c. 22. sunt absoluta ita quod nullum illorum includit relationem concretiue ⁊ diffinitio debet exprimere quidditatem intrinsecam diffiniti quarto ⁊c. Ad auctores autem que sunt in 4a uia adductas Videtur quod loquitur de formali significato huius nominis persona non de materiali nomine autem persone formaliter significatur aliquid indistinctum in se ⁊ distinctum ab alio in natura intellectuali accidit autem huic significato formali per quid sit talis distinctio vero in aliqua natura si creata ratione est illud distinctum ab alio in aliqua autem ut in natura diuina ratione est illud et relationem. Contra hanc relationem autem quod intendit in illo formali significato persone indistinctum in se ⁊ distinctum ab alio secundum eum ⁊ tunc non magis licet credere quod sint tres persone quam tres essentie siue tria distincta secundum eum quod uidetur manifeste contra intentionem suam ubi dicit quod nos aliter utimur nomine substantie quam greci igitur ipsi utuntur pro prima substantia ⁊ credunt tres substantias eo modo quo nos tres personas secundum eum nos autem credimus tres personas autem intendit indistinctum in se secundum substantiam

incommunicabile ⁊ sit distinctum ab alio et tunc sit illud secundum eum forte significatum est ad se hic autem propositum. 3a opinio est concordans rationibus ⁊ auctoritatibus adductis contra 2am opinionem ⁊ ponit diuinas personas esse absolutas quod ne uideatur nomen adducitur dicit cuiusdam antiqui doctoris distinguentis aliquid dici dupliciter secundum substantiam dicit eum sic intelligendum est quod sicut dicit Ric. de sancto victore dici secundum substantiam est dupliciter aut indicando substantiam secundum naturam quidem ⁊ sic dicitur homo secundum substantiam aut indicando substantiam ut suppositum ut quidam homo primo modo dicere substantiam est dicere quid secundo modo dicere substantiam est dicere aliquid dico igitur quod nomine substantie uel essentie dicitur secundum substantiam quod indicat naturam quidem sed persona dicitur secundum substantiam quia indicat suppositum ⁊ distinctum uero autem quibus non multiplicatur nec refertur ⁊ ideo quod dicitur substantiam secundum naturam quidem ita dicitur ad se quod nullo modo potest dici secundum relationem ⁊ hoc quod modo diuiditur ex opposito suppositum autem siue ypostasis natum est plurificari ⁊ ad aliud comparari ⁊ quod sic dicitur secundum substantiam nichil impedit ratione relationis superaddite dici secundum relationem ⁊ hoc uult dicere Ric. secundum hoc igitur ponitur quod persone diuine distinguuntur per aliquas realitates absolutas incommunicabiles non tamen ista constituentia ⁊ distinguentia essent absoluta primo modo sed secundo modo quod ⁊ si non essent formaliter reales relationes essent tamen per ipsas essent referibilia. Et si obiciatur quomodo tunc saluabitur quod sancti suia sanctorum dicentium personas diuinas distingui per relationes ad hoc potest accipi quedam dou

eiusdem doc. in q° ne illa an proprie-
tates distinguant personas dicit
quod 2m quod sunt similitudines non disting-
unt personas sed 2m quod sunt origines
quod licet ipse non sit intelli-
gat potest exponi quod origines non
distinguunt personas formaliter sed quasi
effectiue sicut motus in creaturis
et maxime si esset in mouente non
in moto non distinguerent terminos mo-
tus formaliter sed effectiue eo quod
pertinet ad genus cause efficientis
quemadmodum etiam si natura humana
poneretur in vno homine et ipsa non
posset multiplicari nisi per generacionem
posset dici quod multiplicaretur genera-
tiones non quidem formaliter quasi
generaciones distinguerentur formaliter gene-
rationibus ut sunt generationes sed quasi
effectiue quia generacio reducitur
ad genus cause efficientis ita dici
posset in proposito quod natura diuina non
multiplicatur suppositis nisi per originem
et per quas persone in natura distinguuntur
relatione quasi effectiue reducendo
ad ipsam produccionem quod distinguunt non
formaliter sed correspondenter distinguenti
effectiue in creatura et nec posset
poni exemplum quod sicut si anima intellec-
tiua perficeret primo suum constituens
corpus in eodem supposito et 2° corpus anima-
tum posset producere manum in eodem
supposito non esset aliqua distinctio
in natura animata nisi per origines et
non formaliter essent aliqua abstracta
quorum producitur vnum per aliud in
ipsis non vel essent relationes produ-
centis et producti non enim vnius salua-
tur relationes ut videtur sed magis
si ponatur aliqua abstracta que possunt
referri quam si non ponatur aliqua

talia abstracta per ista duo dicta primo
de duplici abstracto 2m de originibus di-
stincte correspondenter principio effectiuo in
creaturis non formali sunt exponi-
bilia auctores que videntur contraria
¶ Contra opinionem istam videtur posse
obici quod ipsa non potest stare cum
fide primo quia saluator noster vbi
expressius totam veritatem que de tri-
nitate tenenda est nominauit tres
personas nominibus relatiuis in nomine
inquit patris et filii et spiritus sancti. Item cano-
nica prima Jo. c. 5. tres sunt qui
testimonium dant in celo pater verbum et spiritus sanctus
et generaliter vbicumque scriptura canonica
loquitur de personis exprimit eas no-
minibus relatiuis ponere igitur eas
esse abstractas contradicere videtur scripture et
ita fidei ¶ 2° quia ecclesia vel quicumque
exprimunt veritatem tenendam de trini-
tate exprimunt personas nominibus relatiuis
sicut patet in symbolo apostolorum athanasii
et niceni et in aliis quibuscumque auctenticis
declaracionibus fidei per ecclesiam vbi igitur
oppositum repugnat fidei ubi ipsa
est ab ecclesia declarata ¶ Tercio quia sancti
et quasi doctores loquentes de isto
articulo tenent ponunt et saluant tri-
nitatem personarum relatiuarum quorum
doctrinam saltem multorum vel eorum ecclesia
autenticauit sicut patet in can. d. 15.
sancta ro. ec. igitur dicere scriptorum istorum con-
trarium est contradicere ecclesie autenticanti
dicta eorum ¶ Sed dicitur ad istam
obiectionem quod non solum non repugnat
fidei dicta opinio sed quod magis est scrip-
ture concordans ¶ Primum ostenditur dupliciter
primo sic quidquid de trinitate scriptura
sacra tradidit vel ecclesia declarauit
vel doctor autenticus omnino manifeste

asseruit, hec opinio dicta concedit scilicet quod
tres persone communes exprimuntur nominibus
patris et filii et spiritus sancti quia concedit ibi vere
relationes originis concedit enim
datam originem unius persone ab alia
que est generatio et ita persona generans
est pater et persona genita est filius
et processione tertie persone a duabus
et persona procedens est spiritus sanctus id est spiran-
tis voluntate causata et sancta sed non
dicit scriptura nec ulla etiam alium
declarando quod persone solis hiis rela-
tionibus distinguantur sicut nec
dicit quod distinguantur proprietatibus
absolutis nunc autem licet tenendum sit
pro deo quidquid tradit auctoritas
non tamen est negandum esse verum quicquid
ipsa non tradit multa enim magister ille se-
cretarius christi Johannes opera fecit ihesus
que non sunt scripta in libro hoc Jo-
hannis evangelio nec alicubi quia addit
ex toto mundo non posse capere li-
bros. locus ergo loquendo patet quod locus
ab auctoritate non tenet negative. 2o
sed nichil est asserendum esse de veritate
fidei nisi quod traditur in scriptura
vel ab ulla etiam declaratur vel ex aliquo
istorum necessario infertur tale non videtur
esse personas nullis proprietatibus absolutis
distingui igitur. Prima pars minoris
videtur plana quia scriptura hoc
nunquam tradit quia licet asserat
relationes tamen proprietates absolutas
nunquam negat. Secunda pars quia
quecumque tenenda circa articulos de trinitate
inveniuntur etiam declarasse continentur
in symbolo apostolorum vel athanasii
vel nicen. extra de summa trinitate et fide ca-
tholica et damnamus que duo capitula
edita sunt in concilio generali sub innocen-
tio 3o celebrata vel extra de summa trinitate
et fide catholica fideli. Et est hodie in vi libro
quod c. editum fuit in concilio lugdunensi sub
gregorio x. non inveniuntur plura scripta
autentica declarationem continentia circa
articulos de trinitate. Consequentia vero in aliquo
istorum declaratur personas nullas proprie-
tates absolutas sed tantum relativas habere
patet intuenti. Tertia pars minoris
probatur quia rationes que sunt ad
inferendum proposita ex traditis per
scripturam vel declaratis per ecclesiam videntur
omnes solubiles sicut postea videbi-
tur ad eas. 2um scilicet quod hec opinio scripture
contradicat ostenditur nam proverbiorum 30 post
multas questiones motas de deo querit
salomon quod nomen eius et quod nomen
filii eius si nosti. Ex hoc arguitur
sic omnis quo aliquid certum supponit
et aliquid dubium querit ex vii metaphysice
c. ult. hic supponitur filium esse et queritur
eius nomen et patris nomen per naturam
relationis supponitur illum cuius est filius
esse patrem et queritur quod est eius nomen
igitur hoc existente certo scilicet hunc esse filium
et hunc patrem dubium est quod est
nomen huius et quod nomen illius sed si
iste persone constituantur primo in esse
personali per paternitatem et filiationem
primum nomen eius est pater et primum nomen
illius cuius est filius et ita esset certitudo
de filio et non dubitatio de nomine
eius igitur salomon videtur intendere
quod non primo constituitur filiatione sed
nec quod primum eius nomen sit filius
Sed sciendo quod sit filius ad hoc 2um ipsum
restat querere quod nomen est eius
hoc breviter sic arguitur ad impossibile
dato quod primum nomen persone que est
filius sit filius quod sequitur sed primo

constituitur filiatione igitur idem quantum
salom et supponit supponit enim
primum nomen persone et quantum quod
est nomen eius. Si sic videatur
ad obiectionem de fide ficta quod 3a
op. Arguitur tamen quod hac rupoz
primo sic quia voluit sal. personas
nominibus relativis exprimere si
persona earum constitutiva sint absoluta
si sic eam latuissent quod quantum videtur
baptismi dari notando personas divinas
primis nominibus imparem. 2o sic quia
articulus traditur a Christo quoniam
est illud accipe 2um illud intellectum
qui maxime habuit pater a Christo talis
est de personis primo relativis et
nullo modo de absolutis igitur. 3o sic quia
sanctorum et doctorum sunt suppositorum utrumque
secundum illis utendo vel scribendo concluditur
ex manifeste traditio quod persone
non sunt absolute sicut patet in multis de-
ductionibus ingeniorum. Ad primum for-
san diceret aliquis quod proprietates duo sal.
constitutive sic expressit personas primum
quia nos docuit sicut etiam im-
pares si sint proprietates absolute videtur
nos non posse concipere vel non similiter
sicut relationes quia nec per maz
talitatem et enim esse sint cognosci
a nobis cum non sint perfectiones simpliciter
nec per aliquid simile in creatura
sicut possumus forte cognoscere re-
lationes ex relationibus originis
in creaturis illis autem ingratis
absolutis si sint nulla sunt similia
in creatura primo nec alicui ing-
tabili creato est aliquid simile quia
quodlibet tale est primo diversum ab
omni alio et habent impossibilitatem vel
difficultatem cognoscendi illas proprie-
tates absolutas si sint posset aliquis

concipere expressissime quod salomonis ex-
timus patet in quantum modo loquendi ubi fre-
quentius exprimimus personas nominibus
relativis quam absolutis quia illa nomina
sunt notoria tamen constituunt personas
illas quas intendimus notare illis
nominibus esse in se absolutas quod quantum sic fecit
proprietas vel episcopus vel rex non ita sepe
dicimus petrus vel Iohannes officia enim
sunt notoria personis absolutis ita posset
dici hic quod per originationem persone
possumus concipere proprietates absolutas si
sint, quas non possumus vel non ita fa-
ciliter. 2o quia si sint proprietates absolute
et 2um hoc persone possint notari
nominibus absolutis sic notando eas non
exprimeret tamen de unitate fide quantum
ipsius pater et filius et spiritus sanctus quia ipsis non
tamen exprimitur distinctio personarum
secundum eorum originem que est in eis et ali-
quo modo ex consequenti unitas essentie
quia in tali origine est perfecta
communicatio essentie ista nomina absoluta non
sic exprimerent hec omnia. Ad 2um
forte diceret aliquis primo quod ille
intellectus quem Christus expressit
quod sint persone relative est absque
dubio tenendus sed de eo quod tacuit
an sint absolute non est magis contra
intellectum articuli una quam alia nisi
ostendatur repugnantie intellectum quod
expressit. 2o quia articulus fidei re-
stringere ad intellectum specialem qui
tamen traditur est in generali quod non
possit intellectus generalis esse verus
nisi ille specialis sit verus hoc videtur
reducere articulum ad multitudinem
infinitam enim videtur quod non potest sine
multo temeritatis saltem maior vel minor
videtur fieri articulo in ultimo ratio
si dicatur intellectum eius ultimo esse
unum quemcumque specialem posito vel non-

grato quod non est traditum ut tenendum qua quod non possit esse verus nisi aliquod declaratum speciale sit. Unde exemplum huius in aliis articulis creatorem celi et terre non oportet artare ad hoc quod si omnipotentia in deo aliquo modo distinguatur a voluntate non potentia creare et ita de opposita parte. Similiter ubi factum est homo non oportet artare ad multa specialia vel ad aliquod illorum circa quorum quodlibet et eius oppositum possunt stare et hoc unde exemplum apparet videtur si iudeis esset traditum ut crederent deum esse unum et de trinitate nichil esset explicitum tunc eciam non solum minor reverentia sed irreverentia esset et fatuitas asserere hunc articulum non posse verum esse nisi esset unus personaliter sicut est essentialiter et tunc hoc videtur tunc magis proprium illius articuli eis traditi quam oppositum. Sicut igitur illi tunc neutram partem debebant asserere esse necessario tenendam sed neutro esse tenendum etc. quod in generali sunt eis traditum ita videtur quod ad articulos in universali traditos non debemus asserere sine declaratione ecclesie necessario esse tenendum hoc speciale vel illud circa quorum quodlibet possunt stare articuli ut traditi sunt non enim deus qui scit veritatem in speciali tradidit sine causa quedam esse tenenda secundum intellectum universalem et non ad hunc modum specialem vel illum tamquam ex fide tenendum. Articulus 3o non videtur in proposito propter reverentiam istarum personarum esse dicendum quod tres relationes sunt in essentia nisi expressius traderetur et hoc propter modicam evidentiam relationis respectu eius ab illo. Ad 3m diceret forte aliquis quod persone propter rationem

solubile a quocumque fiat non est tenendum aliquid esse de substantia fidei vel forte propter conclusionem cuius rationis quatenus est persone per istam rationem conclusa sit arguens se morti exponeret vel aliquis 2m rationem veram se debet exponere oportet igitur habere maiorem auctoritatem ad hoc ut ad teneatur esse de fide quam quod aliquis sciens sit arguit sepe enim aliquis arguit quod non omnino asserit et licet illud quod sanctus auctoritas ab ecclesia quantum ad doctrinam asserit esse tenendum sit sanctis etiam tamen ille due auctoritates possunt exponi et multo magis aliorum unius auctoritatorum sufficientium primo modo diceret aliquis nichil invenitur quod sit oppositum predictam. Ad illa autem que 2o modo videntur contra eam vel pro 2a opinione tam auctoritates quam rationes que superius sunt videntur te respondeo per ordinem discurrendo. Ad primum de ecclesia videtur iam supra visum. Ad autem ad 4 de tri. videtur per distinctionem positam in 3a opinione quod ad loquitur de hiis que sunt ad se vel quod vel sunt relata vel referibilia sed opposita relationi etc. patet per exemplum. Ita videtur enim ipse vel ubi dicit quod aliquid sit ad se licet sit referibile ad aliud sicut expresse vult a. de tri. c. 8 ubi tractatur quo greci dicunt tres esse substantias dicat quod subsistere 2m quod competit substancie illo modo proprie est ad se subdit enim si aliud est deo esse et aliud subsistere sicut aliud est deo esse et aliud personam esse relative igitur subsistit sicut relative generatur et ex hoc infertur itaque substantia ideo non est substantia quod relativum et infra

absurdum est ut substantia relative dicatur.
omnis enim substantia ad se subsistit quanto
magis deus. quod expressius quam substantia
2m quod greci accipiunt eam pro
persona scilicet substantia prima non 2a sit ad
se et ad se subsistat illud subsistere
quod competit substantie sit dicte. Et si
obiciatur quod illa verba aug. de substantia
et prima substantia non debent magis ac-
cipi de personali quam de essentiali
quia dicit quod eodem dicatur deus et persona.
Respondeo eodem i. aliquo dicto ad se
distinguendo illud quod est ad se
contra illud quod est ad aliud quia pater
non est persona filii quemadmodum servus
non est alicuius servus sicut nec est
homo alicuius intelligendo ut rex
relativum sed non oportet quod eodem sit deus
et persona ita quod persona omnino ad
se dicatur sicut deus dicitur ad se ut
deitas quia tunc sicut non sunt tres
deitates et per hoc nec tres magni-
tudines quia magnitudo dicitur omnino
ad se 2m enim sicut deitas ita nec
erunt tres persone quod ipse negat
que igitur omnino sunt ad se non in-
veniuntur que ad alterum omnino non
sunt quia tribus que ad se sed non
omnino ad se sed referibilia quia non re-
pugnat eis referri sicut sunt ea
sed inveniuntur aut sunt dici ipsa a qui-
bus sit abstrahi aliquid quod
inveniuntur. Ad aug. 7 de tri. credo
quod est quoddam hic exceptio re-
lativo quod hic et non est ipsum
hic quod correlativum sicut pater filius
et ideo credo quod persona prima est quoddam
hic ad quod non refertur. non est autem
2a persona quam hic ut correlativum licet
illa relatione non primo constituetur.

Ad hoc 4m quod dicit quod relatio multi-
plicat trinitatem et dico quod doctor ille
accipit relationem pro origine intellectus
sicut accipitur multiplicativum non pro forma
distinguente sed quod primum terminum producit
effectivo et hoc quidem non est extra
que verba multiplicans enim est ultra
facere sicut Christus verbi gratia multiplicavit
panes evangelicos et tamen ipse non fuit
forma illa qua formaliter multiplicati
sunt illi panes et deus creans
multiplicat animas et tamen est ipsa for-
ma qua formaliter distinguuntur. Ad
5am dico quod bona eius auctoritas solvit
aliam quia c. 8 ponit in quidem
et c. 14 ponit personale proprietatem ipse
autem duas proprietates sunt distincte
2m aug. 4 de trin. c. 6 igitur excluden-
do omnia alia in patre in c. 8 patrem
ingenitum intelligit per ingenitatem
esse personale patris et ita ubicumque
excludit ab aliqua proprietate alicuius
suppositi omne aliud preter illam proprie-
tatem inclusum includit omne ad
personale et ita includetur ibi illa
realitas absoluta si qua esset et maior
includeretur ut videtur quia innascibilitas
inclusio active non excludit filium
et ita inclusa relatione in persona
divina non excluditur illud quod refertur
ea sicut dicendo sola paternitas est
non per hoc excluderetur pater qui
paternitate est pater. Ad Ricardum dico quod
modus existendi alius est et hic primum
ad originem sed ex hoc non sequitur
quod originatum non sit aliquis sub-
sistens ad se distinctus aliqua realitate
personali absolute ab origine. Ad aug.
dico similiter quod omnia sunt unum ubi
non obviat relationis op-
positio ut formaliter pater relatio obviat

relacioni vel sicut natura respi relacione opposita et isto modo persone si essent absolute distinguerentur quia in eis sunt relaciones principaliter. Ad rones per 2a opinione Ad primam dici pt quod si realitas absoluta aliqualiter constituat personas non in faceret composicionem cum essencia divina sicut nec relacio constitutiva faceret quod probatur per secundam maiorem quia realitas propria subsistencie in creatura non facit composicionem in natura relacio autem in creaturis facit composicionem cum fundamento ut alias declarabitur igitur si hec relacio pt non facit composicionem cum essencia multo magis nec realitas suppositi faceret composicionem cum realitate nature

Confirmatur ista racio quia absolutum aut omnino manet aut omnino transit dico quod sicut dictum est declarando 2m opinionem relacio manet ex quo eius racio non est formaliter racio essencie et transit quia 2m perfectionem ydemptitatem est essencia ita dici pt quod realitas absoluta si personam constituat transit quidem propter perfectionem ydemptitatem ad essenciam manet tamen quia formaliter non est realitas essencie. Et confirmatur ista racio quia proprietates attributales videntur esse absolute et non relative sicut dictum est distinctione 8 quando de attributis et tamen manet et transeunt ita quod non faciunt composicionem nec sunt idem formaliter ipsi essencie et si aliqua causa 2m racionem formalem habet distinguere realiter ab alia illa distinctio esset per eam formaliter et non per essenciam et tamen non esset composicio. Ad 3m dico quod ponendo personas relativas oportet ponere eas vere subsistentes et in eis esse eandem naturam non divisam hoc non pt poni propter aliquam imperfectionem personarum in subsistendo quod ponuntur ita vere subsistentes sicut si essent absolute igitur quod ponatur propter infinitatem essencie que est in subsistentibus sed eadem esset infinitas essencie si persone essent absolute igitur non oportet naturam divisam dividi sicut nec si perfectantibus relativis constituerentur probatur igitur ista quod omnis natura cuius supposita absolute distinguuntur in eis que quidem vera est in creaturis sed in proposito perit consequencia principale. Ad 4m instando quod pt contingenter in esse personali est quod advenit proprietas spiracionis activa 2m aliquos et tamen non est quod accidentalis 2m eos nec est relacio racionis quia quod non pt intelligi in proposito personam respectu realitate absoluta et ei quod constituit in tali realitate advenire 2m modum intellectus relacionem et tamen non esse nec accidentalem nec racionis et tamen probatur quod sicut relacio racionis per simile de relacione ad creaturam dico quod non est simile quia illa relacio ad creaturam non est ex natura nec fundamenti sicut est hec.

Quinto racio tenetur hinc ponere esse absolutum est actus et principium dans esse hec improbatur multipliciter quia in creaturis ubi maxime videtur hec probabilitas hec per instanciam de proprietate ypostatica quia illa non est actus dans esse quia tunc natura humana in christo non haberet idem esse quod haberet dimissa Similiter actus dans esse dat operacionem proprietas ypostatica

in creaturis non dat operationem sicut
patet per damasc. c. 60. naturales et non ypos-
taticas habemus operationes et voluntates
Si enim ypostaticas deinde ipas
ad voluntates et aliud operantes et
ypostases secundum trinitatem dicere cogemur
ubi ex hoc quod persone divine non
habent tres operationes concluditur quod opera-
tio non est ypostatica .i. non est proprietate
ypostatica et hoc vel sive de proprietate
absoluta sive relativa patet quod in omni modo
eo quod aliquo modo habet esse aliquo
preter illud quod dat sibi esse est
aliud ratione cuius recipit esse patet
de composito ex materia et forma et
aliis compositis ex potentia et actu igitur
in omni habenti esse per aliquid dans
esse est aliquid quod non est actus
dans esse sed ratio recipiendi esse et
ita est in supposito nature ut videtur
quia eius suppositum habeat esse et natura
det esse proprietas ypostatica est ratio
recipiendi esse. tunc potest dici ad ar-
gumentum quod duplex est ratio entitatis
scilicet quidditative et ypostatice et sicut quiddi-
tative est dare esse quia ipsa est
de se communicabilis ita ypostatice est
tunc ut sit actus non dans esse quia
est de se incommunicabilis ut quo et licet
in creaturis proprietas individuabilis
det esse quod est alicuius gradus en-
titatis positive ultra entitatem quiddita-
tivam nature tamen ultra entitatem
nature singularis proprietas suppositi
nullam entitatem dicit ymo nullum
positivum addit ex prima q. 3. li.
et dato quod addet illud tamen non
esset ratio dandi esse sed tantum incommunicabile
quia hoc natura existens in qua inclu-
ditur natura et entitas singularis
est essentialis ratio dandi esse. et ita

quidquid intelligitur adveniens sive
positivum sive privativum sive absolutum sive
relativum non dabit esse quia per illud
quod iam preintelligitur datur esse totum
licet igitur in divinis non sit proprietas
personalis necessario tamen tunc si aliqua
proprietas positiva Tunc quia natura
divina est de se hoc per se existens ipsa
habebit totam rationem dandi esse sicut
in creaturis hec natura existens dat esse
totaliter non per hoc quod proprietas adveni-
ens est tamen necessario quia si adveniret
proprietas positiva nichil tolleret ab
hac natura existente ita igitur ut in di-
vinis tolleretur ab hac natura que
est de se existens quod det totaliter
esse personale licet in persona intel-
ligatur proprietas personalis positiva
Ad argumentum quo ad probatum quod
sit actus tamen non sit dico quod est
ibi fallacia equivocationis duo enim modi
actus est dicitur opposita potentie et isto modo
dividit omne ens alio modo actus
et potentia constituit aliquid totum
sicut loquitur philosophus 8. metaphysice de po-
tentia et actu quia non est de potentia
opposita actui quia illa non manet eius
actu isto igitur proprietas non est tantum virtu-
aliter in essentia divina sicut est aliquid
qui est in potentia ante actum et per
quod proprietas est ibi actu patet actum
opponitur tali potentie sed non sequitur
igitur est actus dans esse ad hoc enim
requiretur quod esset actus formalis hoc
enim modo materia daret esse quia est
in composito in actu non in potentia ante
actum. 2a ratio videtur difficilior. Tunc quia
istud non se habet ad essentiam ut prius
ad posterius ut diffuse declaratum est
de proprietate relativa d. 7. q. huius
ubi dictum est quod persona non est composita
ex essentia et proprietate sed ex quasi

potenciali et actuali ymo eciam
sit magis ronem actus Si g° ista
pptas q° posterior aliquo mo ee
intelligit° no tamē est pfcio eius
ubi eciā est idem ordo pfcionis et
originis et ro pns origine cōpus
pfcione sicut fuit nūc declaratū
diffuse ∥ 2° dato qd aliq° mo se
habet ad eciaz ut informans ip
sam no tamē est pfcio simplr
quia 2m aug° ro pfcionis simplr
est q sit in quolibz melius ipm
quā no ipm qd ē impossibile de
ppate ypostatica quia illa de rone
sui repugnat ptradictoie cuilibz
alij ab illo cuius ē et ita no pt ee
in aliquo melius quā no ipm
quia cuilibz alij repugnat sic ig°
patet ad ronem qd filij assumi°
si accipiat° q istud abtu pficiat
eciaz nec pbacio ista valet
phor quod sequit° aliq° mo et
no precedit quia sicut deitā ē in di
uinis pt poni ppsso actus et for°
est prima ∥ Tercio dato qd habet°
sit quod informacet no se° tū
qd sit pfectio simplr nec illa q
informat° no sunt ppo h° pfcio
simp° unde no sequit° q eciā
diua no sit simp° pfecta ul q
diua psona no sit simp° pfecta ipse
∥ P° ista ro melius ꝯcludet ꝯtrā
de relacione quia pbabilius uide°
q re° possit ee pfectio quā qd
pptas ypostatica sit pfectio quia
nulli ppetati ypostatice ꝯuenit
ee pfcionem nec in creatis nec
in alijs alicui aute relacioni 2m
ronem ppaz ꝯuenit ee pfcionem
est eciā aliqua relacio pfcior alia
ut patet de equalitate respcu
inequalit° quia 2m aa de quitate

aie c. r. equalitate inequalitati inte
pponimus nec quisqz ē tam absurdus
pdictus ut existimo cui idem no
uideat° hoc autē no est a funda°
quia inequalitas pt fundari in p
fectioribus quā equalitas patet eciaz
q si eet tm ex funda° aug° patet
peticionē principij intendit enim ꝯ
cludere excellenciaz trali ad figuras
rectilineas et hoc facit ex equalitate
et inequalit° ∥ Si enim illa excellen°
no eet nisi ex fundamētis et ex
illa ꝯcludet excellenciaz fundame
torum patet trālum g° si dicat° qd
deitā aq uim ē rone fundamētorum
pximorum no remotorum pximum
autē fundamentū equalitatis
est paritas hoc filij est et nichil
ad h. quero enim an par sit aliqd
ad se et nec pt intelligi aliquid
ee etiā absqz hoc qd sit alicuius
par et sic unde habebit nc pfcio
paritatis hoc mo respcu imparitatis
in triangulo a. ul enim par dicet
ꝯtitate et nc ul eandē cū illa
que ꝯtit° poni° fundamentū equa
litatis et tunc no erit distinctio inter
fundamentū remotū et pximum
ul dicat° ee duas ꝯtitates ul fi
guras aliquo alio mo quo pari
quandocumque accipiatur genus non sit aliquo modo in apto nato licet non secundum se apto ipsa est privatio aliquo modo secundum genus licet non proprie in tali sed quod tale. Et si obicias contra hoc quod in divinis nulla est privatio quia privatio est imperfectum / Respondeo quod hoc concludit de privatione secundum propriam rationem sui privari. Si enim ipsum contineus aliquo esset natum illud habere secundum se esset imperfectum sed si natum esset secundum rationem generis non autem secundum se habere illud non est imperfectum si in se careret illo. Quod autem hec non accipiatur multe privationes in creaturis patet non solum per illud philosophi de talpa sed etiam per divisionem alicuius generis in habitum et privationem sicut animalis in rationale et irrationale irrationale quidem dicit privationem in bove non eius quod natum sit habere rationem secundum speciem bovis sed eius quod natum est habere in eo quod est animal genus enim quod convenit habitum et privationem est illud cui convenit aptitudo ad utrumque in proposito autem extendendo illud quod est genus sive illud quod intelligimus esse genus per privationem sive per negationem secundum genus prout ambo idem intelligo possumus hic accipere genus hoc quod est commune ad tres personas ut persona sive subsistens et tunc dicamus patrem privari aliquo secundum genus vel quod in patre sit negatio aliqua secundum genus alicuius quod natum est competere non tamen enti sed supposito quod est commune patri et filio. Et tunc hoc nomen ingenitum potest ad propositum quadrupliciter accipi uno modo proprissime prout significat carentiam propriam eius quod proprie importatur per hoc nomen ingenitum

ut primi producti per generacionem et hoc modo non est in divinis quia ibi nichil caret eo quod natum est sibi inesse. 2o modo prout significat carenciam quietem eius quod significatur proprie per genitum et tunc connotat subsistens sive personam et significat carenciam generacionis proprie sumpti et hoc modo videtur competere de virtute sermonis patri et spiritui sancto quorum uterque est subsistens et non est genitus nec sic essencia quia licet ipsa sit eius et non genita non tamen est per se subsistens et persona isto modo ut sic connotat carenciam 2i generis et hic generacionis 2o modo sumpti scilicet pro creacione per generacionem hoc modo essencia non dicitur ingenerabilis removendo aptitudinem ad creacionem sed ut impersonaliter potest dici non generata et ita ingenita. Si hoc modo sumatur ingenitum. 3o modo significat carenciam 2i generis generacionis convenientissime sumpti et tunc idem est ingenitum quod subsistens non productum et hoc modo accipitur a sanctis ita quod in divinis idem est quod inductum proprie dictum quod patet per Augustinum 14 de trinitate c. 26 pater solus non est ab alio et ideo solus appellatur ingenitus et idem vult 2o ... Dico igitur quod ingenitum 3o modo sumptum scilicet productum significat negacionem generacionis convenientissime sumpti id est producti et connotando subsistens in natura divina sic convenit soli patri sicut patet per auctoritatem Augustini iam allegatam. De 2o articulo dicunt aliqui quod cum ingenitum dicat tantum privacionem in creatura vel tantum negacionem et per quos expressione sua forte non dicat aliquam dignitatem nec aliquid ad dignitatem pertinens et nichil possit poni proprietas persone divine nisi sit aliquid pertinens ad dignitatem oportet

igitur quod ingenitum connotet aliquid positivum respectu cuius connotatum sit proprietas. Hoc autem positivum ponitur ab eis esse fontalis plenitudo que est in solo patre in quo est omnis fecunditas tam ad intra quam ad extra. Sed quia hoc primo quod ista fontalis plenitudo non intelligitur ad extra quia talis fecunditas est communis tribus. Si ad intra non est in patre nisi duplex fecunditas scilicet ad generandum et spirandum. Hec autem fecunditas non est aliquid positivum in patre nisi essencia. Essenciam autem non connotat ut proprietas hoc dicitur esse proprietas patris. Quod autem ista fontalis plenitudo non sit aliqua relacio positiva in patre patet quia tunc in patre essent tres relaciones positive scilicet generacio activa spiracio activa et illa relacio quam circumloquitur hic quod est fontalis plenitudo fecunditatis licet sit innominata et tunc essent sex notiones quod non conceditur communiter. Similiter non conceduntur in patre tres proprietates relative et positive. Preterea ingenitum non videtur connotare illam fontalem plenitudinem quia non primam fecunditatem videlicet 2i ... 1 de trinitate c. 6 et si non genuisset ut prohibet eum esse ingenitum. Igitur ingenitum sit precedens generacionem activam sive esse sive ea multo magis non connotat 2am fecunditatem quia si per impossibile non posset esse productio per modum voluntatis adhuc tamen esset ... in generacione ad aliquam personam ingenitam. Igitur videtur quod ista fontalis plenitudo que nichil dicit nisi duplicem fecunditatem non sit connotatum per hoc quod est ingenitum. Ad 1o contra non videtur valere quia

si ppetas psone dicet dignitate
simplr igitur alia psona que no habz
illam no habet omne dignitate
simplr quod falsum est ingens. Ideo vr
dicendum quod ingenitum sub prima
ratione sua ut signat no habere geni-
tore est ppetas pura psonalis et
importat sufficiente dignitate ad
hoc quia no importat indignitate hoc
cum sufficiat ad pfectare psonale
quod no sit indignitas sicut et pso-
nalia i diuinis no dicunt esse imp-
fectiones vel pfectiones simplr hoc
est illa in qualibus melius ipsum quam
no ipsum. Et si omnino fiat altatio
quod importet pfectate dicere dignitatez
no ab alio. Sed psonale potest dici quod
ingenitum inquantum negat habere
genitore dicit dignitate psona-
lem prime psone in diuinis quia sicut
dignitatis est in 2a psona habere
principium originalis ita est dignitas
in psona no habere et tamen no oportet
quod ista dignitas sit formalr dig-
nitas alicuius positiui ppii quo-
modo pro hoc quod est ingenitum licet
negatio potest dici esse dignitatis in ali-
quo pro quanto indignitati esset si af-
firmatio poneretur in eo sicut dignitas
est in rege quod no sit indiscretus
ut Ubaldus. Ad argumentum huius
q. ad primum nego minorem cuius
probatur pro illud 2 phisicorum dico quod
illa quam phi tenet per virtute hu9
principii a quocumque remouetur unum
contradictoriorum de eodem dicitur reliquum
ut potest aut no potest concludi affirmatio
de predicato infinito sequi ad ne-
gatiua de predicato finito nisi ut est

predicatum infinitum signat negatione
extra genus sed contradictoriam aff-
matioi et ideo no sequitur no est
genitum igitur est no genitum nisi in
negatione extra genus et hoc modo no
genitum no convertitur cum ingenito licet
convertitur accipiendo no genitum prout
dicit negationem in genere quo intel-
ligit augustinus. Ad 2m concedo quod nulla
ppetas pp psone 2m bram quod s dt
aliquid ad se vel tamen oportet dicere
esse relationem positiue sed sufficit
quod dicatur ut positiue ut negatiue
Si cum aliqua relatio est psonalis
et ppa alicuius psone negatio est
illius relationis est psonalis ppria
alii psone et ita no ad se ut quibus-
tibus et hoc modo sed negatiue inge-
nitum dicit relationem sicut patet per a9
4 de tri. 8 et sic ista est falsa omne
no genitum est relatiuum et tamen no
sequitur igitur no genitum dicit aliquid
ad se sed sequitur quod dicat ut aliquid
ad se ut negatione relationis ppe ut
relationem negatiue. Ad tertium dicitur
quod inspirabile no dicit aliquam dignitatem
sicut dicit ingenitum et ita no est
notio sed hoc videtur plus in se quia
equalis dignitas est in patre et filio
no spirari sicut in patre no generari
et etiam ad oppositum no videtur valere
quia no videtur necessarium ad pfectare
sine ad notionem dicere ppiam dignitatem
Aliter potest dici quod ingenitum dicit
no productum sicut expositum est
in primo arto solutionis et hoc modo
inspirabile quia convertitur cum eo est
alia notio ab eo sequitur enim non
productum igitur no spiratum et no econuerso
igitur no est alia notio. Contra inqua

est tamen in patre inspiratio et in patre
et in filio igitur haec notio non est
illa si ista quae sit credenda [illegible]
sunt credere esse sex notiones nisi
alia vero assignetur quae inspiratio
non sit notio. Et si videatur absur-
dum ponere sex esse notiones quia
quintus non ponitur tot posset dici
quod locus ab auctore non tenet ne-
gative arguendo sicut non dicitur ergo
haec non est tempore eum ambro. non
videntur fuisse opinatione tres notio-
nes in patre quia voluit uti haec
notione ingenitum ipse etiam aug. non
videntur fuisse opinatione duae notio-
nes positive in patre quia ipse non
utitur inspiratione sed per ista accipit
deitatem quam pater et filio et si a
principio fuerunt notae sunt tamen tres
proprietates notionales scilicet paternitas
filiatio et spiratio et hic ex verbis solo
in evangelio et in [illegible] sua tamen postea
investigatione invenerunt aliae no-
tiones et proprietates quae prius erant
in re licet non prius notae et ita posteriores
posteriores creverunt plures notio-
nes quam priores non tamen priores ne-
gaverunt eas licet non eas dixerunt
ita non videtur inconveniens de posterioribus
bus ad illos doctores dicere tamen
possint illas concludere ex dictis
eorum. Ad ultimum de amb. pater per
ingenitum quia illud vocabulum in-
genitum non erat tempore suo ita no-
tum nec ita utitur ad expositionem
fidei quod oportet omnem catholicum
eo uti et erat occasio erroris sim-
plicibus quod videtur aliquid addere
quia non ita manifeste importat rela-
tionem sicut generatio et ideo tamen erat
simplicibus fidelibus nisi uti voca-

bulo illo propter haereticos maligna-
tes licet hoc vocabulum in se proprie
et primo competat patri. Ad quaestionem 2am vi-
detur posse dici quod sit hic non intelligendo
essentia divina antequam intelligatur
generata per productionem videtur in aliquo
intelligi non communicata actu non quod
non communicabilis quia non est nisi com-
municabilis sed non actu communicata quia non
videtur alicui posse communicari quasi
passive nisi perficiatur in aliquo non
generato sibi quod generatio passio et in hoc
pono signo in quo intelligitur tamen
essentia in aliquo et ista negatio non
generata actu non esset alicuius incommunica-
bilis igitur ipsa ut non communicata pos-
set esse in pluribus et tamen posset esse
plures ingeniti et plures personae primae
in quibus esse [illegible] primo esset et non
esset status eius in aliquo primo sed
si habetur aliquis incommunicabilis sub-
sistens in natura divina tamen haec
persona igitur ante omnem intellectum
proprietatis positive intelligendo solam
essentiam et ingenitum hoc est non gene-
ratum per generationem habetur quis subsi-
stens incommunicabilis in natura divina qui
est ingenitus proprie accipiendo ingeni-
tum sicut potest accipi in divinis. Et
confirmatur ista ratio per a. d. 4. de tri. c. ubi
vult quod si pater non genuisset nihil
prohiberet eum esse ingenitum igitur
potest intelligi aliquis ingenitus
non prius intelligendo ipsum generasse immo
ante ingenitum intelligitur suppositum
incommunicabile subsistens igitur videtur
quod per prius constituatur in persona quam per
ingenitum quam per aliquam proprietatem
positivam. Sed in omni ordine esse-
ntiali negatio ordinis ad prius

uidetur immediate consequi ipsum quia
ordo eius ad 2m quia illa negatio
uidetur immediate sequi ipsum inquantum talis
probatur per contradictionem igitur Similiter
in ordine personarum primus conuenit
prime persone negatio ordinis ad
priorem quam ordo ad 2am personam
igitur primus intelligitur ingenita quam
generans et in illo priori intelligitur
persona incommunicabilis in natura diuina. Preterea
2m ymaginationem philosophorum in diuinis
non esset nisi unum suppositum absolutum
quod constituitur per entitatem absque
proprietate positiua et si aliqua conueni-
ret non esset nisi illa negatiua
scilicet non esse ab alio eo igitur origo po-
sita in diuinis non auferat ipsi entitatem
ut uidetur nec etiam huiusmodi proprietatem
negatiuam scilicet non esse ab alio potest
non aliqua persona constitui sic. Et
si obiciatur quod sola negatio posset
personam diuinam constituere uidetur quod
persona includit entitatem diuinam
et eo hoc aliquid quod est incommunicabilis
probatur quod hoc non in se hoc deum
perfectionem positiuam que potest poni
ipsa per negationem autem intellectam
potest hoc rationem incommunicabilis et hoc maxime
si incommunicabilitas non dicat nisi aliquam
negationem in genere. Contra istam uiam
sic nulla negatio est de se incommunica-
bilis quia sicut non est de se una
neque indiuisibilis aliqua indiuisi-
one sed tantum per affirmationem cui primo
repugnat diuidi et per hoc conuenit
negationi non diuidi ita quoque uidetur
de incommunicabili quia communicari non repug-
nat negationi de se sed tantum per affir-
mationem cui primo conuenit igitur negatio
non est prima ratio incommunicabilitatis. Preterea
nulla negatio est propria alicui subiecto nisi
per aliquam affirmationem propriam ei quam
sequitur talis affirmatio igitur preterea propter quod
non est propria ista negatio non esse
ab alio nisi quia eadem est propria alicui
affirmatio prior quam consequitur ista
negatio illa affirmatio prior non potest
esse entitatis igitur aliqua proprietas posi-
tiua. Preterea si prima persona sit incommunicabilis
formaliter negatione et 2a persona est
incommunicabilis relatione positiua scilicet fi-
liatione et similiter tertia scilicet spiratione pas-
siua igitur non uniformiter se habent
ille persone in ratione personalitatis ut
sint eque primo persone inquantum persone
quia non est eque perfecta personalitas
negatio et aliqua proprietas passiua constitu-
tiones licet forte non conuenirent
adinuicem quod possent solui tamen
tamen quia non uidetur probabile primam
personam sola negatione formaliter esse
personam non potest concedi conclusio istarum
rationum. Ad argumentum in oppositum dico quod
sicut dictum est distinctione 26 quod prius
non excludit aliqua personalia sed
excludit entitatiua et includit in
proprietate inclusa omne personale alicuius
persone unde ita in conuersione includitur
tam paternitas quam spiratio actiua
ut est in predicto quod probatur per eum
alibi ubi notat paternitatem filiationem
et processionem igitur non intendebat in
primo loco illas solas esse proprietates
personales nec etiam intendebat illas
tres esse personales constitutiuas sed
per illas intendebat omnes alias
excludendo entitatiua quia omnia alia
que excluduntur philosophus potest sint unum
in tribus. Ad argumentum pro prima opinione
quod arguitur per augustinum de prioritate
ingeniti ad paternitatem uideo aliquam

privatio non connotat affirmationem et tamen
numquam inest formae privatio ut privatio
nisi sibi insit forma talis posito
exemplo cecitas non connotat nisi oculum
qui est quasi subiectum cecitatis et visionis
et tamen numquam inest oculo ut privatio
per solam rationem oculi sed per aliquam
aliam entitatem positivam puta per
talem mixtionem in oculo est quae
non possit stare cum visione ita potest dici
hic quod licet ingenitum non connotet
nisi aliquam personam subsistentem
in natura divina ista tamen affirmatio
non est tota ratio inhaerentiae huius ne-
gationis ingenitum sed oportet in re
aliqua proprietatem positivam aliquo
modo praecedere ingenitum propter quod insit
licet non connotetur per ingenitum tamquam
aliquod proprium subiectum et secundum hoc debet
intelligi dictum ad quod quoniam est de
per se ratione ingeniti non connotat
principium tamen non potest in esse inesse nisi
affirmatio ista vel aliqua alia sive
absoluta sive relativa sit quasi ratio inhae-
rentiae eius // Ad secundum dicitur quod ista
propositio vera est de primo in ordine quod
est ad se eius scilicet esse non est esse ad alterum
ita non est in ordine personarum secundum
eandem naturam in tali similitudine ut
in proposito quia hic primae personae
esse est ordo eius ad secundam et ideo ordo
eius ad secundam quasi praecedit negationem
principii sicut constitutivum formale
alicuius entis positivi praecedit
in eo negationem alicuius entis sibi
repugnantis // Ad tertium si esset ita
secundum imaginationem philosophorum generaliter
tunc essentia divina esset determinata
ex se ad hanc subsistentiam et con-
stitueret hanc non per aliquam nega-
tionem sed se ipsa secundum eos quia esset
omnimode determinata ad hanc subsistentiam.

in creaturis sed vero natura omnino est limitata
ad hoc suppositum nunc autem ponendo
ibi esse originem oportet essentiam non esse
omnino determinatam ad unam personam
et ideo non constituit per se aliquam personam
et tamen dicitur ponere originem nihil
aufert essentiae nec illi quod per se
constituitur verum est quod nihil aufert
sed ponit oppositum illius hypostasis
primae qua essentia per se constitueret per-
sonam scilicet determinationem ad unam sub-
sistentiam quae hypostasis aufert com-
[perfectionem] quia videtur ponere limitationem
sed oppositum illius hypostasis ponens
originem non aufert perfectionem aufert
tamen modum impossibilem constituendi
personam qui esset verus ex hypostasi
ista tertium arguitur quod non
quia prima persona prius intelligitur
in esse personali antequam generet agere
enim est suppositi quod prius intelligitur esse
suppositum antequam agat Si autem
constituetur relatione ad secundam personam
cointelligeretur tamen ipsa extunc secundam
personam esse et per quod secunda persona prius
intelligeretur esse antequam prima generaret
et ita secunda persona non esset terminus illius
generationis // Confirmatur quod quaecumque
sunt simul natura quorumcumque unum est prius
in altero sed relativa sunt simul natura
igitur si prima persona formaliter constituitur
in esse personali per relationem ad filium
quorumcumque prima est prior in esse personali
eo etiam secunda est prior sed generatio quae
est actio personae primae videtur prius personam
esse prior in esse personali igitur et filia
et ut prius tunc non est terminus formalis
generationis // Praeterea in omni ordine primum
videtur esse absolutissimum sicut patet
procedendo in quibuscumque ordinibus igitur
ita erit in ordine personarum quod

prima est absolutissima et ita non con-
stitueretur per relationem ad secundam. Contra
prima persona non constituitur in esse per-
sonali relatione quia non est innascibilitas
nec inspiratio activa quia illa
communis patri et filio nec innascibilitas
ex quo precedente ergo per viam dimisso-
nis aliqua relatione positiva ad
secundam. Hic conceditur communiter pars affir-
mativa quia secundum Scotum differentiam primi ar-
gumenti distinguitur de ipsa re-
latione constituere personam primam uno
modo quod ipsa potest considerari ut proprietas
et ut relatio ut proprietas precedit genera-
tionem ut relatio sequitur et tunc
secundum quod constituit non oportet secundam personam
esse sicut in prima licet ut est rela(tio)
quia quis generationem oportet secundam esse
in prima. Contra hic arguitur proprietas
ut proprietas est aliqua entitas alioquin
constituit aliquod ens aut igitur enti-
tas ad se aut ad alterum aut neutra
entitate et aut aliquid singulare
esse quod nec sit ad se nec ad alterum
non videtur intelligibile igitur oportet
quod ista entitas formaliter sit vel ad
se et tunc constituit personam absolutam vel
ad alterum et tunc ut proprietas est rela(tio)
et tunc non evaditur difficultas licet
alia sit ratio considerandi eam ut proprietas
et ut relatio. Et potest confirmari ratio
per exemplum quia et si albedo possit
considerari ut qualitas et ut albedo
et si consideretur ut albedo hoc est secundum
propriam rationem specificam similiter si ut qua-
litas hoc est secundum rationem imperfecti
sui generis tamen quodcumque constituitur
albedine ut albedo non constituitur
entitate que non est qualitas quia

albedo ut albedo essentialiter includit
qualitatem et est essentialiter qualitas
ita quod albedo non potest considerare aliquid
nisi in esse qualitativo ita videtur
in proposito de proprietate relativa si
et sic considerata. Preterea iste dicit alibi quod
in divinis non potest esse ordo quia nec
essentie ad relationes nec relationum
inter se quia relativa simul sunt natura
quod si proprietas possit considerari eo modo
quo non est relatio et hoc modo non
oportet quod habeat correlativum simul natura
argumentum eorum non valet. Alii dis-
tinguunt de relatione ut relatio est et
ut origo et ponunt quod constituit ut
origo non autem ut relatio quia relatio
originis aliquo modo precedit in ea quod
fundatur relatio. Prima autem persona
constituitur per primam rationem per quam ibi
distinguitur. Contra hoc obicitur quia
origo ut origo non est prima forma
persone ad quam est secundum quod via et tunc
neque prime persone est forma secundum quod
presupponit eam nichil autem constituit
aliquid in aliquo esse nisi inquantum
est forma eius si tamen ista via in-
telligitur de distinguendo quod paternitatem con-
videtur causa efficiens in creaturis
sicut expositum est d. 26 et non per
modum principii formalis tunc ista
positio posset habere veritatem vel hoc
argumentum est contra eam. Alio modo dicitur quod
sicut eadem actio potest diversimode intel-
ligi secundum inquantum aptitudinalis et inquantum
potentialis similiter inquantum actu in-
quantum prima ita relationes fundate
super actionem possunt diversimode accipi
ut relatio sit fundata super generationem
ut quod aliquo modo primitatem alio modo vel

putem alio modo super eam ut quasi fu-
turam alio modo super eam ut quasi po-
tentiale et ultimus quasi aptitudina-
lem dicitur. aut quod relatio sub pri-
ma ratione constituit personam prima autem
ratio est ratio aptitudinalis quia illam
sequitur esse ad aliud et non econverso
igitur quando tali modo constituit patrem
et hoc modo significatur. per hoc quod
est generalitas. Contra hoc. prima
persona non constituitur proprietate. habente minus
perfecte esse positivum quam habeat
proprietas constitutiva 2e persone quia
nunc non videtur esse eque perfecta in esse
personali. 2a autem persona 2m istos
constituitur filiatione ut filiatio est. igitur
persona prima non constituitur relatione
potentiali que minus perfectum esse habet relationis
quam proprietas secunde persone Sed relatio
generationis ad generale quam ponunt
esse primam et constitutivam est relatio
potentialis igitur non constituit ita
perfectam personam actualem sicut 2a.
Probatio assumpti nullum esse actuale
exigit eius potentiale quia eius
potentiale est minus perfectum quam
actuale dato quod sint eiusdem rationis
relatio autem generationis in patre non
est relatio actualis. Probatio contra
istam et duas precedentes relatio si
constituit ibi personam hoc non est nisi
2m quod in re aliogin non constituet
personam realem in re autem non est
nisi unica relatio prime persone ad
2am ut est ibi nisi sub ratione actua-
lissima quantumcumque et quotiescumque pos-
sit diversimode accipi. igitur sub illa ratione
actualissima constituet personam
illam et sub eadem ratione convenidebit
sibi relatio in 2a persona non est autem
aliqua in 2a nisi ut actualissima

Ad ista. quando ibi distinctio quasi
potentialis vel aptitudinalis a ratione
actuali quia ista distinctio in modis
concipiendi nichil facit ad constitutionem
prime persone quando prima persona non
exigat secundum simul 2am et non propter
hanc difficultatem si ne ponatur
primam personam habere simul secum 2am
quia ista distinctio relationis aptitu-
dinalis et possibilis ne ponatur filius
precedere generationem patris. Eo modo
posset argui contra primam opinionem et 2am
quia illa relatio quotiescumque concipiatur
ibi non est nisi unica. Preterea quia omnes
tres opiniones quia si pater generat filium
per hoc quod actione patris relatio
filii est in essentia divina et actione
sua 2m istas opiniones paternitas ut pa-
ternitas est in essentia divina quia 2m
eos paternitas ut paternitas prior
primo est quam filiatio ut filiatio est
licet prius presupponit aliquid ut origo
vel quantitas vel proprietas igitur pater
ita generabit se patrem sicut generabit
filium aut saltem ita erit paternitas
in patre per generationem sicut filiatio in
filio quod videtur absurdum. Preterea quia
omnes opiniones est alia difficultas qua
si essentia determinetur ad primam proprietatem
Si enim ex se igitur non videtur quomodo
aliis personis quia quantumcumque ad determinatur
ad aliud ex se ubicumque est habet illud
et nunc essentia ubicumque esset haberet
personalitatem prime persone si ab alio
determinatur hoc videtur esse quasi rationem
persone prime quia tunc videtur esse ori-
ginata vel aliquo modo posset poni
ab aliquo in tali subsistentia. Preterea
si determinetur ex se quero cuius prius
rationem habet essentia in determinando se

ad proprietatem personarum non nisi ex dis-
tinctione id est non forme que secundum formam
forme se exigit secundum rationem producentis
sicut de causa formali et efficien-
te ideo essentia que productiva se de-
terminat et ita persona persona est ali-
quo modo producta vel potest dici quod
proprietas determinetur ex se quia impossibile
est quecumque duo esse omnino primo sed
omnis multitudo stat ad omnino unum
illud hic non est nisi essentia ut
pelagius igitur sibi attribuuntur non
principii aliqualis respectu cuiuscumque
secundi. Si quis vellet dicere quod
essentia ut hic per se est et sic per se
agit in nostra secundum unum argumentum factum
de quarto contra thomam possumus dicere quod essen-
tialia que hic productiva generat se
secundum personas et in prima generat se secundum
et in prima et secundum quietat se tercie et
sic tres productiones secundum triplex principium
scilicet essentia ut essentia et ut intellectus
et essentia ut voluntas. Contra vel
producit se igitur est distinctio inter
essentiam et personam secundum. Confirmatur
non per auctoritatem magistri de quarto primo quod
negat essentiam generare vel generari
et patet ratione negandi videtur ab ipsa
producere. Praeterea hec productio non est
formatio quia primo est ingenitum vel
spiratio patet vel sit actu in divinis quo
preterea actio est suppositi igitur essentia
est quantum suppositum. Potest dici ad
primum hoc quod aliquid produci videtur
potest producere quantum quod illud aliquid est
prius per se ens et huius in veritate re-
liquum quod convenit non ipso tempore de
exemplo in creaturis non est in pro-
ductione substantiali quia ibi non presupponitur
nisi materia que non habet vere esse

formam sed in productione accidentali sic
ubicumque supponitur habet actiue ipsum actus
ipsius supponitur producit oppositum illud
sicut aqua prius calefacta et postea
sibi derelicta producit aqua frigidam
ita diceretur hic quod essentia per se ens
et omnino primo prius omnio quod relatio
pullulat producit se in persona rela-
tiva sive magis proprie generat se illi.
Ad formam generatur quando aliquid refert se
refert per se idem et sic cuius quod
est de est non omnimoda indeterminatus es-
sentie ad personam relativam quia ipsa
includit aliquid preter essentiam.
Ad secundum potest dici quod hec productio est
generatio et productio ubi dico sicut ignis
ignis est intellectus ignitate generet
et intellectus diceretur. Ad tertium formam
per se ens id est non inherens ut actus
vel ut forma specialis ut quiditas
est in supposito potest esse agens vel
tamen est suppositum quia non est inherens
et sic videntur evadi tres rationes.
Sed restant insolute due auctoritates
prima magistri confirmans rationem primam et
secundam ad quem dicitur personam primam esse in-
genitam. Propter primam potest dici quod in
omni primo signo non tamen est deitas
per se ens sed hic deus et ille producit
se pater et tunc evadetur sicut locutio es-
sentia producit licet ille producat
in quo nichil est nisi essentia. Propter
secundam potest dici quod sancti supponentes primam
proprietatem esse in essentia videruntque
pullulantem quia de hoc non querebant
nec habuerunt primum suppositum
et non loquebantur nisi de productione
suppositi a supposito non dixerunt illam
personam esse improductam quia non producitur

a supposito qualiter dixerunt relationes
originis oppositas non posse esse
nisi in suppositis distinctis quod verum est
si utraque sit suppositi sed non si una
sit alterius per se entis singularis et
non alterius suppositi puta hominis et
ratio est quia singulare non suppositum
per se quiescit et ita non distingui
a producto quia eum est singulare
per se ens ideo potest agere quod non supposito ideo
igitur potest quiescere supposito aut magis
se quietat et ideo si producat supposito
producat distinctum cuius ipsum nichil
est. Aliter ponitur tenendo conclusionem
oppositam istis rationibus quod si quod prima
persona non constituitur aliqua relatione
ad secundam personam et hoc loquendo de
primo constitutivo illius persone in esse
personali sed aliqua realitate absoluta
non quidditativa sicut tactum est
in quodam 2a distinctione 26. Pro hac
quodam arguitur specialiter de prima persona
quia si ingenitum preintelligitur pri-
mitati et ingenito videtur preintelligi
aliqua realitas propria prime persone
igitur cum illa non possit esse relativa
erit aliqua absoluta propria illi persone
assumptum probatur primo per 4 in 6 si
non genuisset nichil prohiberet eum
esse ingenitum 2o quia fecunditas ad
aliqua productionem in divinis non
intelligitur quia potentia proxima
nisi ut est in non habente illam for-
malitate per actum illius fecunditatis
sicut voluntas non intelligitur fecun-
da ad spirandum ut in alia persona nisi
in qua sit creata per fecunditate
voluntatis et ideo videtur quibusdam credere
quod spirative in patre et filio preintel-
ligitur habere voluntatem non per spirationem
igitur a simili habet fecunditatem generandi ut
quia potentia propinqua videtur preintel-
ligi innascibilitas que notat eam
non habere per actum voluntatis intellectus
sed generationis. 2um assumptum probatur ex
improbatione quod in questione precedenti
Primo nulla relativa refertur primo
invicem ita quod relatum ut relatum
terminet primo relationem patet in rationibus
quia relatum ut relatum requirit
illud ad quod refertur ad suum esse
et ad suum diffinitionem igitur illud ad
quod refertur est aliquo modo prius
relato ut relatum est si autem
equiparantia ipsum ut terminans referretur
igitur pari ratione requireret illud quod
refertur ad suum esse et diffinitionem
igitur esset circulus in utrisque cointelligen-
do et hoc quia utrumque exigeret
alterum sicut prius essentialiter se ut
se diffinens sed esse circulum in prioritate
essentiali est impossibile igitur impossibile
est relativum ut relativum eo quo dependet
a correlativo esse terminum dependentie
alterius correlativi et a simili videtur
in proposito quod relativum non refertur primo
ad relatum ut ad terminum igitur si
2a persona refertur ad personam oportet
ponere aliquid absolutum personale quod
potest distingui a 2a persona. Contra
istam positionem arguitur quod sit heretica
sed tacta sunt argumenta et responsiones distinctione
26 modo respondeo. Ad questionem ista dicunt
non placet quod ultima de personis absolutis
potest dici tenendo quamvis via si sup-
ponendo personas relativas quod
prima persona constituitur relatione
positiva ad 2am quia nec alio sicut
arguendo est ad oppositum per via dimi-
sionis nisi oportet distinguere quod illa relatio

consideret ut est constitutum quod quocumque
varietur secunda consideratio eadem tamen
est in re et secunda quod non in re constituit
personam realem nec est aliqua dif-
ficultas nisi quando requiratur secunda
personam simul secundum tamen precedat
"Ubi breviter dico quod simultas cor-
relativorum qua dicuntur simul natura
esse est hoc scilicet non posse esse sine invicem
sine contradictione si sunt relativa
mutua nam una relatio non potest
esse sine termino quia si posset esse
sine eo esset eius ad se pai ione
alia relatio sibi correspondens non
potest esse sine isto termino quod non esset
ad se igitur ille due relationes que
sunt mutue non possunt esse sine invicem
absque contradictione omne autem naturaliter prius
naturaliter potest esse sine posteriori absque con-
tradictione ita quod si poneretur hoc esse
sine illo non esset contradictio sicut
patet per philosophum 4 metaphysice c. de priori isto
modo concedo primam personam et secundam non
posse esse sine invicem absque contra-
dictione et non est contradictio ex aliquo
intrinseco sed ex ratione formali istarum
personarum et tamen cum hoc stat prio-
ritas originis quod una sit ab alia
quod declaratur primo quia si prior sit
prius plonis prior intellectus non ut
secundum paternitatem sed ut sub paternitate
et posterior intellectus ut sub filiatione
ita sunt simul natura quia sic intelliguntur
ut correlativa et tamen ut sic prior
est prior origine posteriore quia sic intelligitur
sub paternitate que est formaliter prio-
ritas originis igitur videtur quod eodem
modo quo simultas nature requiritur
ad correlativa "Secundo persuadetur quod
prioritas nature uno modo est prio-
ritas secundum perfectionem ita quod prior secundum naturam
dicitur esse perfectior 9 metaphysice c. a. nunc
autem cum simultate correlativorum secundum naturam
videtur posse stare prioritas secundum perfectionem
in uno respectu alterius quia si genus
relationis dividatur per primas differentias
oppositas sicut alia genera una differentia
dividens est dignior et alia indig-
nior quia due species non sunt equales
8 metaphysice et per consequens species constituta differentia
minus nobili est minus nobilis et tamen due
species constitute duabus oppositis differentiis
sunt respectu ad se invicem quia omnis
relatio disquiparantie est ad aliquid alterius
speciei igitur relationum sibi correspondentium
alia potest esse prior id est perfectior alia et
tamen sunt simul natura quantum ad hoc quod non
posse esse sine invicem igitur multo magis
videtur quod etiam prioritas originis que
scilicet unum extremum in natura non excedit
aliud extremum sed est a quo aliud
possit simul stare cum illa simultate co-
relativorum "Ad hoc etiam adducitur dictum
6 metaphysice ubi dicitur velle quod causa
inquantum causa sit prior causato inquantum
causatum et tamen causa inquantum causa
simul est cum causato simultate requi-
sita ad correlativa ista autem priori-
tas nature que est cause ad causa-
tum videtur magis repugnare simultati
nature correlativorum quam prioritas
originis tamen "Item breviter prima per-
sona constituitur in esse per relationem
postimam ad secundam et equiparantie et impossibile
est esse sine invicem et tamen ipsa
prima constituta in tali esse est a qua
originata est secunda et per consequens prior
origine et ita prioritas originis non
repugnat simultati relativorum"
"Sed est aliud dubium quod tactum est
contra illas tres opiniones scilicet quo

esse determinatur ad primam subsistentiam
Ad hoc dico quod quandoque aliquid
est illimitatum ad aliqua tamquam causa ita
quod correspondent plura sibi in altero ex-
tremo vel aliquod unum continens
plura et inter illa plura sit ordo
aliquis vel alter vel in respectu ad
illud illimitatum tunc non est idem primum
respectus talis illimitati et hoc loquendo de pri-
mitate adequationis et primum primi-
tate inmediationis exemplum huius primo
in causa efficiente ubi est mani-
festius si sol ut causa illuminet
totum medium et tunc est quod agens illimitatum
cui correspondent plures partes medii
illuminate et inter istas partes est aliquis
ordo quia prius illuminatur pars propin-
quior quam remotior primum correspon-
dens soli ut illuminanti est totum
medium ut includit omnes partes primum
et quantum quod adequatum tamen non
est primum ut inmediatum sed pars propin-
quior soli inmediatius illuminatur
quam pars remotior ita in forma ac-
cipiendo animam intellectivam que est
forma aliquo modo illimitata correspondet
sibi pro primo perfectibili corpus organi-
cum includens in se multas partes
perfectibiles primum igitur perfectibile anime
intellective id est adequatum est totum corpus
organicum sed quia in partibus huius
corporis est ordo originis vel in se
vel in respectu anime quia primum est cor
deinde alie partes vel de aliabus
ideo ista forma non primo et eque inme-
diate perficit totum sed sic perficit prius
cor et mediante ipso alias partes si ergo
anima esset tota essentia cordis et ma-
nus per ydemptitatem non daret eis
esse distinctum quale dat modo licet
in toto et cum hoc cor et manus non

essent partes eiusdem totius quia hoc
esset impossibile si essent supposita
distincta esset ad hoc anima propter similitudinem
limitationem huius corporis organici pro
adequato perfectibili sine huius tunc
omnia ista supposita quorum sunt partes
corporis pro uno adequato et cum
haberet unum habere unum illorum quo
sit primum originale pro primo inmediato
perfectibili ita potest dici vel in omni illimitato
cui correspondent plura inter que est
aliquis ordo quod unum illorum inme-
diatius respiciatur ab isto illimitato
quam alium ita in proposito essentia di-
vina non habet aliquam unam subsis-
tentiam primam id est adequantem sibi quia
non possit esse in alia sed sic adequatur
illi nature tres subsistentie in
quibus tamen est ordo in respectu nature
et ideo essentia una primitate omnes
inmediationis respicit primum istorum
ordinatorum ita quod sicut essentia
ex se primo esset in tribus non esset
in eis sine ordine et hoc tamen primi-
tate adequationis quam primitate
inmediationis ita nunc ex se est in
tribus primitate adequationis non tamen
inmediationis sed primitate inmediatio-
nis est nunc in primo istorum et virtute
illius est in aliis in quibus est ab
ab ipso primo. Cum ergo queris pro quid
essentia est in prima persona dico
quod ex se et si ad hoc velis dicere quod
non sed per proprietatem determinantem eadem
quod esset pro quid determinatur ad proprie-
tatem determinantem sive pro quid pu-
lulat primo in essentia illa proprietas
et tunc vel oportet procedere in infinitum
vel oportet stare quod essentia que de
se esset primo id est adequate in tribus
et esse de se inmediate in tribus

si non habent ordinem ipsa est de se immediate in primo istorum tamen habentium ordinem. Et si queras utrum determinetur essentia ad primam personam et similiter si ex se determinetur generatio non potest esse in alia. Respondeo duplex est determinatio opposita duplici indeterminationi una indeterminatio est ad opposita contradictoria sicut materia est indeterminata ad formam et privationem alia est ad diversa positiva que non stant cum determinatione ad alteram partem utriusque contradictionis exemplum secundum 2° similiter indeterminatus est ad producendum unum et plura tamen ad diversa positiva non tamen ex se determinatus sit ad alteram partem contradictionis tamen secundum quam illius sicut esset si esset agens per naturam producere non unum illorum dico tunc in proposito quod essentia ex se determinatur ad primam personam determinatione opposita indeterminationi prime que est ad contradictoria non autem determinatione opposita indeterminationi 2° quia illa non stat et cum illimitatione ad plura et per hoc patet ad argumentum si ex se determinatur ad istam igitur non potest esse in alia quam loquendo de determinatione 2a que opponitur illimitationi ad plura et hoc modo non determinatur essentia ad unam sed ad tres subsistentias quia ista determinatio est ad primum adequatum non autem tenet quam loquendo de determinatione primo modo quia illa est ad primum immediatum non autem ad primum adequatum et stat cum illimitatione sic indeterminata ad plura. Ad primum argumentum principale patet ex dictis quia primum suppositum precedit generationem generatio et secundum

Respondeo quod in ante potest intelligi generatio activa et passiva si generatio activa negatio primo primum suppositum est generatio activa subsistens quia quocumque intelligitur illa relatio non est de in re dicendo in re priorem subsistere ut generationem subsistere. Si autem intelligitur tamen de generatione passiva dico quod prima persona sicut precedit originem filium ita et generationem passivam et maxime quia filius precedit eandem generationem passivam et que est simul cum prima illa quam non valet quia non est simul illo modo cum prima sed est simul cum prima in natura sicut primum et correlativa pars autem precedit generationem passivam non potest sed origine nisi autem propositio ista propositio ista quando aliqua sunt simul quocumque est unum prius et reliquum est falsa nisi intelligatur de pluralitate eiusdem rationis cum ista prioritate et posterioritate sicut est falsa ista si aliqua sunt simul tempore quidquid est prius natura uno et altero sed ista est vera sunt simul tempore igitur quidquid est prius tempore uno et alio. Ad secundum dico quod illa maior est vera de ordine essentiarum quia ibi intelligitur imperfectionibus quiditativis et statius est ad perfectionem quiditativam infinitam que est absoluta sed in personis hominibus eandem naturam distinctam cum per ordinem prius propter intelligere in proposito secundum quem opinionem prius maior est falsa quia ibi primum prius est illud quod est formaliter prius ad secundum.

Sit prima et. Circa istam 29 distinctionem in qua magister agit de quibus spiritus significata per hoc nomen principium quia unum



Utrum principium uno modo dicatur de principio sumpto personaliter et notionaliter et sumpto essentialiter. Quod non quia si principium esset univocum rationis hoc modo explicite sumptum igitur principia univoca rationis. Hoc autem est falsum quia nec filius nec spiritus sanctus principiatur uno modo nec creatura uno modo cum eis. Comparatio sequitur creaturis.

Item principians spirans item principians generans item principians et non aequivoce item principium est quod ad omnia illa. Ad istam quaestionem dico quod principium non dicitur univoce de principio notionaliter et essentialiter sumpto et hoc loquendo de ratione quae per se significatur per hoc nomen principium et accipiendo principium principaliter non pro eo quod principiat sive pro principio quo sed quo et est ratio quia principium essentialiter sumptum non dicit nisi relationem rationis non realem quia non est relatio realis dei ad creaturam ut ex distinctione sequenti patebit. Ut autem accipitur notionaliter vel personaliter ad intra dicit relationem realem. Esse autem relationis rei et rationis non est esse aliquid et idem quod sit in uno rei et in alio rationis quia ei quod est secundum quid tale et ei quod est simpliciter tale non est commune univocum illud quod accipitur in eis secundum quid et simpliciter. Relatio autem realis est relatio simpliciter. Relatio rationis est relatio secundum quid quia sicut esse in ratione est esse secundum quid ita referri secundum rationem sive comparari a ratione est referri et comparari secundum quid. Igitur principium non est univocum istis. Si autem loquimur de principio ad intra ut est personale et notionale videtur quod eis possit esse ratio principii communis univoce sicut paternitati et filiationi potest hoc quod est relatio originis esse quid univocum et generationi et spirationi potest illud quo producitur esse quid univocum sicut tactum est supra distinctione 23 de quo univoce personis in quantum personae. Ad argumentum primum probat quod non est univoce rationis principium ibi notionale et personale. Respondeo quod in creaturis aliqua duo distincta specie dicuntur esse et tamen potest ab eis abstrahi unum quod univocum rationis sicut genus ita in proposito cum iste productiones generatio et spiratio sint alterius rationis loquendo de propriis rationibus earum tamen potest aliquid quod abstrahi ab eis et eodem modo de hoc quod quod est principium ipsum potest esse univocum rationis licet illa de quibus dicitur sint alterius rationis loquendo de propriis rationibus eorum. Et si obiciatur contra hoc quia tunc in divinis est universale de hoc tactum est distinctione 23. Argumentum ad oppositum probat conclusionem huius quod est principium ad tale et tale principium sicut probat univocationem ad principium intra et extra ita potest videri quod non sequitur. Tamen item principians generans item principians accipiendo principians pro aliquo concepto univoco simpliciter quod principians quod infertur ad hoc quod est creans ut dicitur de eo dicitur in ratione rationis principians quod autem infertur ex generatione dicit relationem realem.

Utrum etiam quaedam quae de deo ex tempore dicuntur etc.

Circa istam 30 distinctionem in qua magister agit de hiis quae dicuntur de deo temporaliter quaeruntur duo. Primum est utrum de deo dicatur aliqua relatio ex tempore. Secundum utrum dei ad creaturam possit esse aliqua relatio realis etc.

[I]ntra primum arguitur quod non
quia quidquid dicitur de deo est
deus ergo est eternum non novum igitur
nec ex tempore. Praeterea nihil eternum
dicitur de temporali ergo nec econverso. Praeterea
relatio non videtur esse sine mutatione
igitur deus qui est immutabilis non
fit aliquid. Sed si aliqua relatio
nova diceretur de eo posset dici secundum
relationem illam. Oppositum patet
per ad. 4. m. ult. et per rationem quia
relativa simul sunt natura igitur rela-
tionibus in creaturis ex tempore ad
deum correspondent relationes in deo.
Contra secundum arguitur. // ex tempore
quod sic quia deus ex natura
rei abstracta contradictione est omnipotens et
omnisciens ista enim ponuntur in deo
sicut attributa et divina in deo per-
fectionem simpliciter et omne tale est ibi
ex natura rei secundum Anselmum monologion 15
et ista autem dicuntur ad creaturam
respectum potentiale et sciencialem ergo et cetera.
Praeterea deus ab eterno voluit quando
est pro tempore pro quo postea creavit
istud velle creature includit rela-
tionem et tamen non rationis probo quia prius
potuit velle creaturam quam intel-
ligere se velle eam non enim quia
scivit creaturam ideo voluit eam sed
quia voluit eam ideo scivit se velle
eam igitur ista relatio eterna voluntatis
dei ad creaturam est realis quia
non est in voluntate per actum alicuius
intellectus comparantis eam ad aliquid.
Praeterea relationes fundate super quanti-
tates sunt relationes 4. metaphysice igitur
inequalitas dei ad creaturam
fundata super quantitatem virtutis in deo scilicet
super infinitatem virtutis magnitudinis
eius et super virtutem finitam creature

et super magnitudinem virtutis in creatura
finitam est relatio realis. Confirmatur
quia magnitudo in deo est fundamentum
equalitatis que est relatio realis
ad intra et magnitudo etiam creature
est fundamentum relationis realis in
creatura igitur comparando hanc magni-
tudinem ad istam videtur quod habitudo
fundata super eas sit realis. Praeterea
relationes secundi modi relationum que
scilicet fundantur super actionem et passionem
sunt reales et tales sunt reales
dei ad creaturam inquantum eam effi-
ciens ergo et cetera. Si dicas quod non est
verum nisi in agentibus naturalibus. Contra
ergo voluntas creata non haberet
habitudinem realem ad suum effectum.
Praeterea sicut forma est in aliquo ita
denominat illud ergo si in deo non est
realiter aliqua relatio ad creaturam
deus non est realiter creator creature
quod videtur absurdum. Contra relatio
realis est ad terminum secundum eius esse rea-
le sed terminus necessario exigitur ad re-
lationem realem igitur si deus refertur
realiter ad creaturam creatura secundum se
realem fuit eterna. Ad primam questionem dicitur
quod in deo nulla est nova relatio
quia sicut actio est eadem licet diver-
simode considerata ut in aptitudine
ut in potentia ut prius ut postea ita
ut videtur illa relatio fundata super actionem
sic et sic considerantur est eadem relatio
eadem igitur relatio dicitur in deo esse tamen
et esse creans sed eternaliter fuit crea-
tivus ergo cum dicitur creans non est in eo
relatio nova sed nova relatio appel-
lativa. Quod confirmatur per ad. 4. t. ult.
Ad secundam questionem dicitur quod illud quod est realiter
relatum est realiter ordinatum sicut albe-
do que est non referenda realiter ad aliam

albedinem est naturaliter ordinata ad
illam pro eo quod aliquam perfectionem habet ab
illa inquantum in eis similitudo est na-
perfectior quia in alia tamen esse autem
naturaliter ordinatum dependet ab
illo ad quod naturaliter ordinatur pro
quanto scilicet expectat illud ut in ipso
fundetur relatio ad illud et si depen-
det ergo est mutabile quia depen-
dentia non est sine potentialitate
ad actum et si est mutabile igitur imperfectum
quia carens illa perfectione ad quam
mutatur et si imperfectum igitur limitatum ergo
de primo ad ultimum si realis relatio
igitur limitatum. Et quia posset imaginari
quod tamen non esset relatio realis in
divinis ideo videtur exponenda illa
potentia de relativo ad aliquid in natura
Si enim refertur ad aliquid idem
sibi realiter in natura ut in eo fundetur
relatio tamen ad oppositum cum deus non
sit imperfectus nec mutabilis nec de-
pendens etc. igitur non est relatio ad
aliquid aliud a se igitur non ad creaturam
Contra istam opinionem quantum ad illud
quod dicit ad primum quod si relatio actu-
alis et aptitudinalis sint eadem et propter-
ea non sit aliqua relatio nova actualis
dei ad creaturam ergo pari ratione non
est aliqua relatio nova creature
ad deum quia aptitudinalis in deo cor-
respondebat aptitudinalis in creatura sicut
actuali actualis et tamen sicut in deo
aptitudinalis et actualis est eadem
pari ratione et in creatura similiter et ita
nulla nova relatio in uno extremo
sicut nec in alio quod videtur ab-
surdum contra veritatem quod tamen nulla esse-
set nova nec aliquid absolutum novum
impossibile est enim fundamentum esse

novum et relationem esse eternam contra illud
fundamentum et tamen cum omnia sint illud
quod sunt per respectum ad deum ut ad
causam efficientem vel exemplarem sequitur
quod omnia sint eterna et nichil no-
vum quia si non respectus nec absolutum
quia respectus non potest esse eternus sine
eternitate fundamenti. Specialiter autem contra
istos videtur quod inconveniens quod dicunt
quod esse existere dicat respectum ad
causam efficientem ut efficiens est
et illud dicunt esse novum vel nichil
esse novum per creationem et tamen ille re-
spectus est in creatura in comparatione ad
deum igitur non absolute relatione aptitudinali pre-
cedente ut aptitudinalis est potest esse actualis
nova tamquam alia ab illa aptitudinali.
Preterea non potest esse eadem relatio nisi
sit inter eadem extrema nunc autem
intellectus divinus non tantum intellexit
ab eterno creaturam antequam ut possibile
pro tanto tempore antequam crearetur. Sed in-
tellexit eam nunc actu existentem
pro illo [illegible] pro quo existeret
istud intelligibile videtur esse distinctum
ab illo intelligibili ratione intelligibilis quia
videtur aliud intelligibile esse potenti-
ale et actuale antequam sint esse duo
actus intelligendi cum illa ad utrumque
possit intelligi cum opposito alterius
igitur respectu intellectus divini secundum duo
intelligibilia contra duos actus contra rationem
igitur intellectio divina que unica est
potest habere ista pro obiectis distinctis vicem
actus distincti contra rationem ergo sicut
possunt esse obiecta distincta duo respectu
intellectus unius tamen et per quos intel-
lectus divinus comparatur se ad primum
extremum ut creatum ad creabile
et ad aliud extremum ut creans ad

creatur videtur in essentia sua qui
producit duas relationes rationis
ad distincta extrema et ita relatio
creaturi et creantis non est una re-
latio rationis sicut nec extrema
ad que comparantur sunt idem. Confir-
matur non ista in quantumcumque genere, id est
quod est in potentia tale non est nisi
secundum quid tale igitur non est simpliciter
idem ei quod est actu tale et per hoc
si intelligitur hoc in actu illud
autem ut in potentia erit aliud ex-
tremum intellectuale simpliciter. Preterea quod dicitur
de nona appellatione videtur irrationale
quia in quocumque eadem forma habet ideo
esse videtur eadem modo posse appellari ab
illa quia ibi est forma talis et in tali
ideo tale appellatur ab ipsa et non
equivoce. Igitur si relatio sit eadem et uni-
formiter ad creaturam ex predictis
non videtur quin deus non possit simpliciter
ab ea uniformiter appellari. Contra
hoc quod dicitur ad secundam questionem videtur
quod illa que ponuntur ibi que exempla
non sunt que exempla. Primo modo quidem quia
si ponatur duo albissima illa erunt
perfecte similia ut declaratur quia modo perfecta
similitudo et equalitas est in divinis
personis et non tollitur perfecta similitudinis
propter infinitatem simpliciter sed magis
ponitur et si per impossibile essent ibi
duo fundamenta esset similitudo rea-
lis quia modo non ponitur esse rationis
nisi propter intellectum comparantem illa
unam magnitudinem igitur ibi esset
perfecta similitudo et non neutrum or-
dinaretur ad alterum ut a quo haberet
perfectionem. Si dicatur quod non species
est perfectior in ambobus quia in uno
hoc non est unum illorum ordinari ad
aliud quia unum eorum nulla perfectione

habet per hoc quod aliud est sine nam
sunt perfectiores in ambobus sine non ne-
sequitur ad invicem ordinari igitur ad
invicem dependere. Preterea agens causa
unale non agit inquantum est imperfectum
quia agere competit sibi inquantum est
in actu et agere sine competit deo
et tamen agens tale inquantum sunt
agens ponitur habere relationem realem
ad causatum igitur non est verum omne
relatum realiter inquantum tale dependere
realiter ad illud licet cum agens
causatum ad aliquid dependeat non
tamen videtur dependere ad aliquid
quod causatur vel inquantum possibile et
immutabile causat illud sed inquantum est in actu
nec sunt agens agit inquantum perfectum
sed inquantum est agens refertur realiter
igitur non omne relatum inquantum rela-
tum realiter est imperfectum. Preterea si a
inquantum refertur ad b realiter dependet
ad ipsum pari ratione si relationes sunt
mutue b dependebit ad a et ita
erit dependentia circularis ad b et
equivoce quod videtur impossibile quia in
nullo ordine essentiali est circulus.
Aliter dicitur ad primam questionem quod in deo
non est aliqua relatio ex tempore
ad creaturam sed in sola creatura est
relatio ad deum ex tempore et sunt illa re-
latio qua deus dicitur ad creaturam non
est in deo sed tamen in creatura quod
videtur accipi ab augustino v. de trinitate allegato
et a magistro hic in littera. Et ad secundam
questionem dicitur quod nulla relatio talis
potest esse realis quia relatio realis
non potest esse sine ordine deus autem
non habet ordinem realem ad creaturam
quia est supra ordinem. Contra primum
quia nec relatio esset in illo in quo
non est fundamentum fundamentum cum

relationis qua prius dicitur ad crea-
turam si dicatur ad eam non est in
creatura sed in deo igitur relatio non
est in creatura. Preterea opposite rela-tiones
cause et causati non possunt esse in
eodem quia magis repugnant quam
relationes producentis et producti quae
tamen non possunt esse in eodem supposito
licet sint in eadem natura. Et si dicatur
quod hic sunt relationes opposite in eodem
supposito non tamen denominant ipsum
hoc videtur omnino irrationale quod aliqua
forma sit in aliquo subiecto et tamen
subiectum non possit dici tale quale natum
est constitui per illam formam. Ratio que
ponitur ad secundam questionem videtur peccare primo
et peccat secundo quia prima probatio scilicet quod non
deus sit prior creatura simpliciter. Prioritas
videtur habere ordinem ad ipsam exten-
dendo nomen ordinis non tantum quod pos-
terius dicitur ordinatum sed etiam
prius ad posterius licet alio modo. Quod
etiam probatur quia ipsa prioritas non pos-
sit dici ordo nisi sit relatio realis
in deo hic ergo peccatur nec sequitur
ex isto nota quod deus est prior or-
dine accipiendo ordinem prout est
posteriorum ordinatorum ad prius. Ex
hoc enim non sequitur quod non sit pos-
terius non autem quod non habeat ordinem
generaliter accipiendo ordinem. Quod
etiam patet secundo quia probatur quod ordo
est quedam relatio non autem omnis
relatio est ordo quia non relationes
quibus fundantur super unum sicut relationes
equiparantie sed solum relationes dis-
paritatis dicunt ordinem arguere enim
a negatione ordinis ad negationem
relationis est arguere ac si primo ne-
garetur animal et postea negaretur homo.
Dico igitur ad primam questionem quod rela-

tiones creaturarum ad deum sunt nove
et ex tempore nec propter istas aliquid
dicitur ad deum ut ad terminum. Contra
ponendo aliquas relationes in deo ex tempore
terminantes istas quod probo quia secundum
philosophum 4 metaphysice relativa tertii modi
sic se habent quod alterum eorum dicitur ad
aliquid eo quod aliud ad ipsum dicitur ita
quod hic est preter duorum modorum primorum
ad tertium quia in duobus primis est rela-tio
mutua in tertio autem non sed alterum
per se refertur ad reliquum reliquum
vero non refertur sed tantum aliquid est eius
omnes autem relationes creature ad
deum pertinent ad tertium modum relationum
igitur qualescumque sunt ille que sunt
in uno extremo non oportet alterum
extremum secundum aliquam relationem in eo
terminare illas relationes sed potest
terminare per se sub ratione absoluti. Istud
etiam probatur ex intentione philosophi 9 metaphysice
ubi probat quod actus est prior po-
tentia diffinitione quia potentia diffinitur
per actum. Si autem actus referretur
ad potentiam tunc eque primo etiam actus
diffiniretur per potentiam sicut dicit
porphyrius capitulo de specie quod in relativis mutuis
necesse est in utrorumque rationibus utrumque
rationes ponere tunc argumentum actus diffinit
potentiam ut terminat relationem eius actus
igitur terminat relationem eius ut absolutum
et habetur propositum aut ut correlativum et
sic diffiniretur per potentiam igitur ut actus
est prior potentia diffinitione et posterior
diffinitione diffinitur igitur actus per potentiam
et non eque primo et per quod actus non re-
fertur ad potentiam sed est in eo absolutum et hic
sub ea ratione sub qua diffinit potentiam
diffinit autem potentia inquantum
potentia est ad ipsum ut relatio ad terminum
ergo actus secundum quod ut absolutus est terminus

huius relationis qualiscumque sit illa relatio sive simpliciter sive secundum quid. Hoc etiam probatur generaliter per omnia relativa quia nullum relativum refertur primo ad correlativum ut ad terminum in quantum probatur relativum inquantum relativum primo diffinitur per terminum ad quem refertur, ergo terminus ut terminus non potest diffinire relativum ut relativum est quod patet 5° methaphysice ubi comparat actus ad potentiam et 9° ubi comparat potentiam ad actum. Si ergo terminus ut terminus referretur ad relativum inquantum sunt relativa igitur inquantum terminus haberet ipsum quod sunt relativum ad ipsum per diffinitionem et per quod prius posteriori ergo pater esset posterior filio secundum diffinitionem et ergo impossibile aut est eo tantum in posterioritate essentiali quantumcumque ergo impossibile est patrem referri ad filium inquantum filius refertur ad patrem ergo refertur primo ad id absolutum quod est proximum fundamentum relationis et illud absolutum est prius patre ut pater et ergo filius ut filius refertur ad absolutum quod est proximum fundamentum relationis paternitatis et illud absolutum prius est filiatione et filio inquantum filius nec secundum hoc est aliquis circulus ut quod pater inquantum pater prius sit illud quod est absolutum proximum fundamentum relationis filiationis et quod filio vel filiatione inquantum huius prius sit illud quod est proximum fundamentum paternitatis ex hoc enim non sequitur nisi quod ista duo absoluta sunt priora istis duabus relationibus et hoc verum est immo ambo absoluta sunt priora utraque relatione quia quelibet relatio non tamen presupponit fundamentum sed etiam terminum ut terminus est et sic ergo quando sunt relationes mutue actualiter ut terminus inquantum terminus quod ergo refertur possibile est ergo aliquid referri ad absolutum et ita videtur hic rationale ponere in deo qui maxime habet rationem absoluti ut omnino sint ad eum. Preterea licet intellectus possit negociari circa terminum alicuius relationis sui modi et in illo causare relationem rationis illa tamen non ratio terminandi licet enim aliquis terminus consideratur quidditative circuli ad speciem ut comparatur sensibile causando in isto absoluto relationis quo consideratur illa tamen non est ratio terminandi relationem sed ad ipsum enim relatio rationis non est in hoc absoluto nisi dum actu consideratur ab intellectu secundum autem realiter refertur ad id non tamen ut consideratur ab intellectu sed autem refertur ad illud non tamen ut consideratur ab intellectu ergo illa relatio rationis in speciali non sunt ratio terminandi relationem sed. Hoc autem possum in proposito declarari de deo quia licet essentia divina comparari possit ad creaturam et hoc tamen per actum intellectus creati quam increati et sic in ea causari relationem rationis ista tamen relatio non est ratio terminandi relationem ad ipsum non quidem illa que causatur per actum intellectus creati patet quia tunc nullo intellectu creato considerante comparando deum ad lapidem si deus produceret lapidem non esset in lapide relatio realis ad deum quod est falsum nec etiam illa quam causat intellectus divinus in essentia sua patet quia si deus per impossibile non esset intelligens sicut aliqui posuerunt solum esse principium productivum ut produceret lapidem lapis realiter referretur ad deum et tamen non esset relatio realis ad ipsum absolute. Ideo dico quod propter terminationem relationum in creaturis ex parte ad deum non oportet ponere aliquam relationem in deo nec novam nec antiquam

ut sit ro terminandi relacoz creature
Potest tamen in deo aliqua poni rela-
cionis nova quid(em) sicut illa que
consurgit in eo p(er) actum intellectus
ut co(n)siderat ipsum s(ed) no(n) nova per
actum intellectus sui p(ri)mo q(ui)a ymag(inatur) est
t(ra)nsitus a contradictorio in contradictorium
sine mutacione p(ate)t ex diffinitione mu-
tacionis Si enim nulla esset mutatio
in aliquo no(n) esset ro quare magis
unum contradictoriorum possit esse magis
nunc verum quam reliquum nec magis
aliud falsum quam illud et ita vel
ambo sunt falsa vel sunt ambo vera
Sz sine deo possit esse relatio nova
p(er) actum intellectus sui tunc esset unum
dum alicuius contradictionis esset modo
verum de aliquo quod prius no(n) erat
verum q(ui)a modo consideratur sub aliqua ratione
sub qua prius no(n) considerabatur ab intel-
lectu divino ig(itur) aliqua mutatio in aliquo
no(n) est in essentia divina ut co(n)gnita
nec in o(mn)i co(n)sideratio q(ui)a nichil est ut
in aliquo ad quod co(m)paratur p(er) intellectum
suum nisi mutatio ponatur in ipso in-
tellectu co(m)parante quia p(rim)o co(m)pa-
tum et illud ad quod co(m)paratur i(n)quantum
talia no(n) habent esse nisi intencionaliter non
p(otes)t habere aliud esse nec aliter esse
nisi p(er) aliud intellectum coru(m) q(uo)d esse
no(n) p(otes)t sine aliqua mutatione intellectus
divini ig(itur) nulla relatio nova p(otes)t
esse in deo p(er) actum intellectus sui com-
parando essentiam suam ad aliq(ui)d t(em)p(or)ale
s(ed) h(ab)et no(n) est relatio actualis et po-
tencialis p(otes)t una sicut dixit p(ri)ma
op(ini)o improbata s(ed) q(ui)a h(ab)et q(uod) intellectus
divinus ad co(m)pacius (?) co(m)parat essentiam suam
in eternitate co(m)parat licet no(n) p(ro) et-
ternitate unde sicut in eternitate co(m)parat
voluntatem suam ut terminam ad aiaz
antichristi ut p(ro) h(ab)eat p(ro) aliquo t(em)p(or)e

ita co(m)parat in eternitate voluntatem suam
ut terminare ad aiaz antichristi ut aliq(uo)
aliq(ua)d existat p(ro) illo nunc p(ro) q(u)o volu(n)-
tate eam et ipse quidem sunt due re-
lationes rationis sicut duo extrema s(ed)
utraq(ue) eterna licet no(n) p(ro) eterno Et
ex hoc apparet responso ad illaz obiec-
tionem q(uod) si nulla p(otes)t esse relatio nova p(er)
actum intellectus sui ig(itur) si nullus intel-
lectus creatus esset et deus produceret la-
pidem no(n) possit intelligere se creantem
lapidem sicut intellectus creatus p(otes)t
intelligere ipsum creantem novum lapi-
dem quod ipsum creat quod videtur
inconveniens q(ui)a co(n)gnoscibile q(uo)d e(st) co(n)gnoscibile
a nobis multo magis et ab ipso Ru(n)c
deus possit co(n)gnoscere se creantem
lapidem p(ro) a s(ed) no(n) possit h(oc) nomi(ne)
co(n)gnoscere s(ed) in eternitate sicut et in
eternitate co(n)gnoscit se p(ro) aliquo t(em)p(or)e
co(m)parandum lapidis h(abe)t ... et in eternitate
co(n)gnoscit illaz relationem actualem eius
ad illud quod p(ro) o a erit sic co(n)gnoscit
relationem sui q(ua)e potencialem p(ro) aliquo
tempore relationis divo rationis breviter
q(ui)a patet q(uod) nulla relatio de nova
in deo p(er) se transit nova relatione
creature est tamen aliqua nova p(er)
actum intellectus tam nulla aut p(er)
actum intellectus increati Si tamen
q(ua)e p(ri)mum nichil videtur de dubio
quo deus p(otes)t esse dominus s(ed) a q(uo) t(empore) ultimo
Ru(n)c sola relatio nova que est
in creatura ad ipsum denotatur ipse
dominus no(n) quidem q(uo)d invenirentur sunt
due relationes opposite quarum altera
ipse denotaret s(ed) una tantumque est
ad ipsum ut ab ... et q(ui)a ut sit ab ...
e(st) t(ermin)us illius relationis denotat
q(uod) esset in eo relatio nova correlativa
quemadmodum opus suum ab hoc

dicatur similitudo non propter aliquam similitudinem
quod sit formaliter in opere sed propter
similitudinem que est formaliter in homine
ad quem opus similitudinem habet et hec
videtur intentio magistri in libro ex-
presse concludentis ex verbis augustini: sic
appello qua creatura relative ad
creatorem dicitur relatio est et relationem
notat que est in ipsa creatura
appellatio autem illa qua creator
dicitur ad creaturam relatio quidem
est sed nullam notat relationem que
sit in creatore et hoc quidem videtur
augustinus dicere .v. trini. 16. et magister ad hoc
adducit enim quod temporaliter incipit
dici dominus quod ante non dicebatur manifestum
est relatione dici non secundum accidens dei
quod ei aliquid acciderit sed plane
secundum accidens eius ad quod dici incipit
deus relative. Ad argumenta. Ad primum
concedo quod quidquid est in deo est eternum
per ydemptitatem sed non oportet quod
quidquid predicatur de deo per hoc quod ad-
hoc similitudinem ad ipsum sit eternum
formaliter quia nec aliud habet similitudinem
eternam ad ipsum sicut sic deus sit
eternus et diligitur temporaliter a voluntate
creata dicitur quidem dilectus a no-
bis sed non eternaliter. Ad secundum quia
non tenet quia quando extrema sunt
alterius rationis propter hoc quod unum ex-
cedit alterum non oportet esse plenam
coexigentiam unius ad alterum et econverso
sicut nec sequitur quodcumque eternum est
in toto tempore igitur omne temporale est
in tota eternitate. Prima enim est
vera racione immensitatis eternitatis et
et ita deficit in altero extremo et
non oportet esse conversum. Ergo qualis
est hoc eternum per esse eius connotationem
similitudinis ad ipsum quia eternaliter ex-
istens sit aliquid de novo producendo

et sic de eo aliqua appellatio dici ex
tempore sed temporale non ita sicut hoc habi-
tudinem alicuius eterni ad ipsum. Vel
sic concedi quod etiam temporale sit denominatum
ad similitudinem eterni ad ipsum sicut
lapis non tamen ut ydealis sed ut ex-
istens est eternaliter scitum a deo. Ad
tertium sciendum non determinatum per aliquid
puta quod sit secundum adiacens notat
factionem est simpliciter de quo dicitur ut si
dicatur homo fit notatur simpliciter factionem
in esse hominis. Si autem sit tertium adiacens
sicut homo fit albus non notatur fieri
eius nisi secundum quid secundum quod ipsum spe-
cificatur et ita concederet forte aliquis
quod deus fit dominus notando factionem
secundum quid puta secundum aliquam relationem
rationis vel secundum terminationem alicuius rela-
tionis magis tamen conceditur quod incipit
esse dominus quia hoc non significat imperfectionem
sicut fieri nec tamen modo conceditur
nec fieri nec incipere absolute. Ad 2
conclusionem videtur quod in deo non est aliqua
relatio realis ad creaturam cuius ratio
accipitur ex perfectione simplicitatis et ex perfectione
necessitatis dei quia enim est perfecte simplex
nichil est in eo quod non sit ipsum secundum
augustinum xi de civitate c. x deus simplex est quia
hoc est quod habet perfectio autem necessitatis eius
est ex se esse tale quod eius esse non variatur
quantumcumque ypostasi posita sive possibili
sive impossibili circa aliud a se. Ex hiis
sequitur quod nulla est in eo realitas
que necessario coexigat aliud a se. Tale
enim coexigens aliud a deo necessario
non esset non existente illo coexacto et
per consequens aliquid quod perfecte esset idem
deo non esset aliquo alio quod non
est ex se necessario non existente. Relatio
autem realis necessario coexigit ad sui
esse terminum eius igitur in deo non est
relatio realis ad aliud a se. Con-

positionem istam primo instatur quia licet
creatura non sit necessaria in actuali
esse tamen videtur quod aliud a deo
sit necessarium in esse possibili quia ipsum po-
tenciale esse est necessarium quod probatur
ex hoc quia primus videtur aliquid
esse possibile possibilitate eius in se quam re-
lacio dei ad ipsum nam non est potencia
in aliquo nisi respectu possibilis in se quia
ad impossibile non est potencia igitur re-
lacio ad creaturam inquantum possibile
non concipit aliquid quod non sit sub
illa racione necessarium sub qua terminat
relacio autem in deo ad creaturam
ut possibile videtur esse eadem cum
relacione eius ad creaturam ut ac-
tuale per illam deductionem positam pro prima
opinione // Ad primam quoniam 1° aliqua
relacio potest esse in deo stante eius necessitate
simpliciter ad creaturam ut potencialem
et eadem etiam est illa que est ad crea-
turam ut actualem // Preterea si creatura
habeat esse quiditativum inquantum habet esse
existencie consequenter libere ponens illud esse
creature est necessarium igitur respectus ad
ipsud ut sic videtur posse esse absque
possibilitate in deo in quo est talis
respectus // Preterea si philosophi ponerent aliqua
alia a deo producta formaliter necessaria
sicut dictum est de opinione auctoris et
arestotelis 8° [illegible] respectus ad illa posset
esse idem deo et non staret necessitas en-
titatis divine quia terminus illius relacionis
secundum illam opinionem esset necessarius 1° tenendo
positionem philosophorum qui tamen negabant
in deo relacionem realem ista racio tamen
posita ex simplicitate et necessitate dei non
videtur sufficiens // Preterea quarto tamen in
nulla creatura magis necessaria debet
poni respectus realis ad eternum magis
necessariam et ita in corporibus celestibus
non esset respectus realis ad generabilia
et corruptibilia // Ad ista quoniam ad
primam duo possunt videri quod unum non
ad primum probat quod esse possibile non est
esse nisi secundum quid quia huiusmodi esse non
est simpliciter esse creature sicut nec esse
hominem mortuum est esse hominis nec
plus ponit possibilitas ista in re
quam cecitas in oculo et ideo ad ipsum
non est aliqua relacio simpliciter sed secundum
quid // Et ad 2m similiter quia esse existencie
non est esse nisi secundum quid et ideo ha-
bitudo ad tale terminum non esset
realis sicut et terminus non est realis
potest tamen dici brevius una responsione generali ad
omnes istas instancias quod necessarium ex
se ut deus est non mutatur secundum aliquid
perfecte idem cum quacumque forme
possibili vel impossibili secundum ita
aliud a se quidcumque autem est imperfecte
simpliciter est idem sibi perfecte igitur
necessarium ex se secundum nichil in eo potest
mutari quocumque posito circa aliud
nichil autem aliud a deo est ita
formaliter necessarium sicut deus secundum que-
cumque ponentem quia si ponetur aliquid
formaliter necessarium non tamen sine omni
dependencia ad primum necessarium et ideo
non ex se necessarium igitur nulla realitas
in primo mutabitur propter positionem
quamcumque circa aliquod tale quod
non est ex se formaliter necessarium sicut
autem mutacio in aliqua realitate in
primo propter mutacionem in alio a se illa
realitas in ipso necessario primo exigeret
necessario ad aliud a se // Et tamen ad
2am instanciam de esse potenciali et qui-
ditativo dico quod ille possibile non est
ex se necessarium etiam in tali esse sicut possibile
sicut deus ex se est necessarius
atque sic nec ille quiditates sunt
ex se necessarie in illo esse quiditativo

sed per participationem sunt sicut entes nec 3o metaphysice si esset necesse 2m philosophos ita esset necesse sicut primum sed habent necessitatem participatam et ideo ponere ista non esse non esset ita impossibile sicut ponere non esse aliquam realitatem in primo quia nullum istorum est ita necessarium sicut quecumque realitas in primo est necessaria et tunc ex positione cuius possibilis videtur sequi impossibile non tamen ad aliquod istorum licet aliquo modo necessarium non tamen ex se possit esse aliqua realitas in necessario ex se necessario. Ad quintum dico quod si aliquid magis necessarium esse esset etiam simplex id est non compositum nec compossibile cum aliqua realitate non necessaria magis necessarium non haberet respectum ex se ad minus necessarium sed istud suppositum est falsum quia licet aliquod corpus celeste poneretur esse in se necessarium non tamen est simplex quod posset recipere aliquam realitatem non necessariam nec aliter deus autem sicut non potest esse illud quod est in ordine ad aliquid non ex se necessarium ita non potest aliquam realitatem recipere in ordine ad aliquid tale quia illa realitas esset ipsum. Ad argumentum de omnipotentia omniscientia et voluntate futurorum dicetur in questionibus specialibus de eis. Ad illud de actione et passione philosophus non dicit quod ille relationes sunt reales sed dicit quod sunt mutue et in hoc distinguuntur contra illum duo modi alios. Sed quidquid sit de dicto philosophi propositio non est de se vera quod agens est ex se necessarium et perfecte simplex sicut dictum fuit in solutione. Sed queres quare igitur sunt relationes reales que fundantur super actionem et passionem in creaturis quamvis ad hoc

non oporteat dicere propter solutionem argumenti dicitur tamen quod contra unum de agente naturali quia ipsum ex forma qua habet qua est actu naturaliter inclinatur ad effectum producendum agens autem liberum non inclinatur naturaliter ex forma qua habet ad effectum et tunc ad deus sit agens liberum sequitur ut super actionem non fundetur relatio realis. Contra philosophi credentes deum naturaliter necessario producere res negaverunt relationem realem eius ad istas res igitur ista non est propria ratio. Et aliter voluntas creata videtur habere relationem realem ad suum effectum licet sit libera. Preterea effectus sua entitate absoluta non necessario requirit causam proximam possibile enim eadem entitas absoluta esse a causa prima et tamen quando producitur a causa proxima habet relationem realem ad ipsam igitur non requiritur ad relationem realem quod illa natura absoluta in qua fundatur necessario sit ad aliud extremum vel necessario ex se inclinetur ad illud. Preterea similitudo creditur relatio realis in eis et tamen unum album per se quantum quam dicimus inquantum est fundamentum relationis non videtur inclinari ex sua entitate qua est fundamentum ad aliud extremum maxime si una albedo si ponatur ad aliam albedinem similem sicut fuit argumentum contra primum argumentum ad questionem istam. Preterea si autem relationem realem oporteret ponere in fundamento inclinationem naturalem ad terminum vel si autem relationem realem relatio realis est quod ista inclinatio ad aliud est relatio realis ideo non videtur necessarium ad relationem realem quod illud absolutum quod est fundamentum huius relationis ex se inclinetur ad reliquum sed quod ipsum sit tale quod posito termino ad ipsum et ad terminum sequatur

talis habitudo ex natura extremorum
ita quod quecumque relacio consequitur ex-
trema ex natura rei sine consideracione
intellectus est realis et tunc dico quod
omne agens tantum tale est quod
posito aliquo suo effectu ad ipsum ut
ad fundamentum et ad productum ut
ad terminum consequitur habitudo eorum secundo
autem quando consequitur relacio realis
non est nisi quia hoc est hoc et illud
est illud sicut secundo quando duas albedi-
nes ponitas sequitur relacio actua-
lis ut similitudo non est nisi quia hec
est albedo et illa albedo similiter quando
binarium et ternarium ponentes in esse
maioritas realis non est alia relacio
nisi quia hic est binarius et ille ternarius
possunt assignari secundo conformalis quando
posito fundamento et termino sit sequitur realis
habitudo quia quecumque sunt esse partes
alicuius totius sunt possibilia ad for-
mam illius totius et si sunt esse
partes alicuius per se unius sunt possi-
bilia ad formam illam qua illud
est per se unum sicut patet de partibus
corporis organici respectu anime intel-
lective et similiter si sunt esse partes alicuius
unius unitate ordinis possibilia
sunt ad illam formam qua id totum
est unum vel ordine et quantum ad partem
propositi de conformalitate patet vel philosophum 12
metaphysice ubi vult quod partes sunt sicut
potencia respectu totius omnia autem
cetera quia talia nata sunt esse
partes totius universi quod est unum uni-
tate ordinis sicut patet 12 metaphysice et secundo
quodlibet eorum est possibile ad formam
istam que est ordo ut habeat ordinem
ad aliam partem et hoc vel 2 eminencie
que est in naturis diversis in universo
vel 2 equalitate 2 ad decem et ordo
parium disparium vel 2 actionis et
passionis vel 2 causalitatis et secundo quodcumque
agens tantum producens effectum posterius
est quod ad ipsum et suum effectum sequatur
ordo non sit autem sit sequi ad agens
illimitatum et eius effectum quia aliud agens
non est possibile nec ad formam
absolutam nec ad relacionem et hoc propter eius
infinitatem. Per idem patet videri ad
argumentum de quantitate quia omne quantum
sive mole sive virtute ad aliud quantum
tantum si ponatur patet habere relacionem
realem propter hoc quod ordo aquo est uni-
tas universi patet attendi inter talia
quanta infinita natura sit esse habitudo ad
aliud quantum realis et cum confirmatur
secundo per equalitatem realem in divinis
et in creaturis dico quod in divinis est
realis quia est habitudo ex natura rei
et stat cum simplicitate et unitate
relati in se quia non refertur ad aliud
in eius unitatem formaliter qua ipsum re-
latum concreatur autem est relacio
realis propter ipsam potencialitatem quan-
torum relatorum comparando autem quan-
tate infinitam ad finitam utrumque
secundo destruitur quia iam tollitur simplicitas
et unitas in uno extremo et potencia-
litas et limitacio in altero. Ad aliud
dico quod realitas aliqua determinat se-
cundo posterius et tunc nichil aliud est quam
id quod non est sicut illa propositio est falsa
realiter i non est falsa si autem realitas
accipitur sit determinat predicatum hec
deus est dominus realiter licet possit ne-
gari ista patet non concedi quod deus non
consequitur relacionem aliquam in deo vel
quod deus terminat relacionem realem ra-
cione sunt dicendum est in predicti conne
Circa considerari et cetera. Circa
distinctionem 31 in qua magister
agit de relacionibus quibus

cum in eo sit ydemptitas similitudo et equalitas queritur utrum iste sint relaciones reales in deo quod non ag. 4. de tri. c. querimus 2m quid sit equalis patri filius non 2m hoc quod ad primum dicitur filius est equalis patri restat igitur quod 2m illud quod ad se dicitur sit equalis et infert restat igitur ut substancia sit equalis igitur equalitas non dicitur ibi 2m relacionem. Preterea forma eiusdem speciei non multiplicatur nisi per materiam et ideo omnis forma separata a materia habet totam speciem 2m aliquos sed equalitas in divinis cum sit forma eiusdem racionis et sine materia non plurificatur nec distinguitur igitur non est alia equalitas in patre et filio et per consequens non sunt reales in patre quia tunc respiceret relacionem distinctam correspondentem in alio. Preterea si in patre est alia equalitas ab equalitate que est in filio pari racione et ab equalitate que est in spiritu sancto igitur in patre erunt due equalitates una correspondens equalitati que est in filio et alia correspondens equalitati que est in spiritu sancto quia relaciones multiplicantur ad multiplicacionem correlativorum hoc autem videtur inconveniens. Preterea si iste sunt relaciones reales igitur eque realiter sunt distincte sicut relaciones originis et per consequens ita sunt constitutive personas divinas sicut et ille originis et si sunt constitutive igitur constituunt quia non est ibi potencia sine actu. Oppositum Hylla. 3 de tri. simile sibi ipsi non est. Ad questionem videtur michi quod ad relacionem realem sufficiunt tria primo quod fundamentum sit reale et terminus realis 2o quod sit realis distinccio extremorum 3o quod talis relacio

sequatur ex natura extremorum absque operacione alicuius potencie comparantis unum extremum ad aliud. Quantum ad primam condicionem relacionis realis negatur hic esse fundamentum reale quia dicitur quod magnitudo non est in essencia 2m augustinum 4. tri. 12. li. 2. et alibi in multis locis et ita non manet sub racione magnitudinis nisi 2m racionem. Contra hoc essencia divina ut est obiectum primum intellectus divini visa prima cognicione intuitiva ante omnem negociacionem est obiectum beatificum illius intellectus quia ille non beatificatur per actum negociativum igitur ex se ante omnem negociacionem intellectus est formaliter infinita igitur est ibi magnitudo virtutis. Primo infinitas magnitudinis ex natura rei. Preterea intellectus angelicus intelligit aliquid negociative quod per consequens illius convenit ut primum obiectum et ex hoc est negativus intellectus potens reducere in actum omnes raciones que sunt ita connexe illius considerari igitur ex natura rei ille intellectus est infinitus [illegible] et essencia in qua fundatur. Preterea idem corpus non valet quia licet quantitas actualis dicatur aliquid additum nature subsistenti et ideo ipsa non possit manere sub racione sua formali et nisi in essencia 2m ydemptitatem tamen magnitudo virtutis racionum entis est in illud cum est per ydemptitatem etiam increata. Preterea si eciam angelus habet aliquam magnitudinem virtutis de qua dicit augustinus 6. tri. c. in hiis que non sunt magmole hoc est maius quod est melius si ista magnitudo perfectionalis non sit idem essencie distinguebatur ab ipsa essencia de ipsa essencia remanente quero que gradu perfectionis tenet in entibus nichil eum

cit nisi aliquem gradum determinatum
perfectionis habeat intra entia igitur
ad hoc manet in ipsa essentia magni-
tudo virtutis qua dicitur sic vel sic
perfectum eius igitur ista quantitas in o-
mnibus consistit per ydemptitatem et manet
in omnibus consequentia probatur quia ratio inquantum est
fundamentum equalitatis vel inequalitatis perfectionalis
in entibus nam per istam est unum
equale vel inequale alteri consequentia probatur
ratio vero talis quantitatis est dicere
modum intrinsecum illius perfectionis cuius
est et consequenter quod dicit modum manet
ex hoc autem quod dicit intrinsecum
per ydemptitatem consistit in essentiam cuius
est. Dico igitur quod hoc est fundamentum equa-
litatis realis et ex natura rei non
tamen remotum quod est essentia sed
propinquum quod est magnitudo sive
specialius infinitas et hoc probatur
generaliter per omnes rationes que fiunt
ad ostendendum essentiam divinam esse
infinitam quia ille omnes concludunt quod
ex natura rei ipsa sit infinita non
quecumque via ad ipsam sive ut ratio
primi principii effectivi sive finalis
sive eminentie et mensurantis et perfecti
que hic sunt tacte distinctione secunda
omnia inquam sunt 2ª ad ipsam 2ᵐ dico
quod ipsa est ex natura rei circumscripto
omni actu intellectus quia nulla
dependentia effectus ut perfecti est
ad aliquod sub ratione formali eius
rationis sicut probatum patet per rationes suas
distinctione 8 contra op. 6. est igitur hec
ex natura rei illud quod ponitur
fundamentum proximum equalitatis et non
fundamentum s. veritas quia 2ᵐ dam. c. 8. illa
s. in deo que et unum requirit non
sic in creaturis sed ibi quod est unum
in intellectu tantum. 2ª conclusio s. quod ista
relatio requirat extrema realiter dis-
tincta patet quia ubi ut dictum est in op. do
et patet 6. m. q. in filio magis est prima
equalitas quod non esset unum sed aliqua
persona posset dici equalis ad se tan-
tum pater prius esset equalis sed quia equa-
litas non posset intelligi sine distinctione
et probatio patet est producto filio ideo est ibi
prima equalitas in eo et denatione
et quia prime accipiendo illam equa-
litatem qua filius est equalis patri hec
causa probatur per hoc quod relationes
originis ponuntur reales et tamen
non per se exigunt realitatem extremorum sed quia
formaliter terminantur eam. iste autem relationes
tamen quia tantum per relationes originis
presupponunt sicut quantitas ponitur quod
iste non possunt pullulare in essentia nisi
tamen presuppositis relationibus originis
in ea. Ergo iste videntur magis requirere
distinctionem extremorum quam relatio-
nes originis vel saltem non minus et
sic obviatur quod iste non sunt alicuius ratio-
nis sicut ille originis hoc non
concludit nisi quod non distinguuntur specie
in creaturis autem relationes suppo-
nis et suppositionis non tantum sunt
reales ubi extrema distinguuntur
specie sed etiam ubi distinguuntur tan-
tum numero igitur hic sufficit distinctio realis ex-
tremorum realis ad realitatem rela-
tionis quantum sicut ad relationem
originis que quia specie differunt. Quantum
ad tertiam conclusionem videtur quod ista relatio
consequatur personas ex natura rei
sine omni comparatione per aliquam potentiam
ex supposita comparante quia enim
pater generando communicat filio perfecte
suam essentiam ideo communicat sibi eandem
magnitudinem infinitam sicut dicit Augustinus
contra Maximinum li. 3. c. 20 vel 19. Si
dicas in quid eo ipso pater est maior
filio quia pater genuit tantum videbo

non est pater maior filio quia filium equalem genuit non videtur igitur esse aliqua ratio quare equalitas patris ad filium non debeat poni relatio realis. Consequenter potest dici de similitudine et sicut in creaturis est duplex similitudo scilicet generalis secundum differentiam specificam et accidentalis secundum qualitatem aliquam licet prima negetur in proposito quia deus non habet aliquam differentiam specificam. Tamen quia si illud quod est in deo specificum in creatura esset tota natura individui nichil minus esset forma respectu individui licet nec minus ratio similitudinis tamen qua modo non videtur posse concedi similitudo secundum essentiam non inquantum quid sed inquantum quale et quasi forma qua persone sunt deus. Et etiam similitudo secundum attributa omnia que sunt quasi proprietates huius nature sicut dicit damascenus c. e. non naturam sed que circa naturam sunt dicunt et tunc sicut ex natura rei est fundamentum et fundamentum equalitatis et realis distinctio extremorum et ista relatio sine opere intellectus ita de similitudine. De ydemptitate etiam dici potest quod ipsa accipitur dupliciter in divinis uno modo eiusdem persone a se sicut pater est idem sibi alio modo unius persone ad alteram sicut pater est idem filio et equalis de prima ydemptitate alias. De 2a dicitur potest sicut de aliis quod realis quia ibi est vera unitas ex natura rei et sufficiens distinctio extremorum nec videtur necessaria comparatio intellectus ad esse huius ydemptitatis quod si ydemptitas eiusdem suppositi ad se indiget tamen potest relatio rationis tantum tunc numquam est perfecta et vera ydemptitas nisi tantum in deo vera fortis ad se non est vera ydemptitas quia rationis tantum et ita erit secundum quid nec forte ad plura quia

non fundatur in perfecta unitate. hic autem patris ad filium est perfecta ydemptitas quantum ad fundamentum quia patris ad filium est unitas et ydemptitas realis fundamenti et realis distinctio et sufficiens extremorum. Sed de equalitate sunt dubia primo quia videtur quod non sit relatio distincta ab ydemptitate et similitudine quia sicut dictum est alias infinitas non est speciale attributum sed dicit modum intrinsecum cuiuslibet attributi et pari ratione magnum quod quasi dicit indistincte quod infinitum dicit distincte igitur magnitudo essentie non distinguitur ab essentia nec etiam illa que est inter attributa et per quas equalitas secundum illam magnitudinem non distinguitur ab ydemptitate que est secundum essentiam similiter magnitudo sapientie non distinguitur a sapientia illa que est inter attributa igitur equalitas secundum magnitudinem sapientie non distinguitur a similitudine secundum sapientiam. Omnis autem magnitudo est vel secundum essentiam vel secundum quam est vel ut propria ydemptitas vel aliquod attributum secundum quod propria est similitudo igitur nulla equalitas videtur esse in divinis distincta ab ydemptitate et similitudine. Preterea si quodlibet attributum habet propriam magnitudinem propriam super quamlibet videtur fundari equalitas igitur tot equalitates personarum quot sunt attributa. Ad primum potest concedi quod sicut in creaturis potest esse similitudo sine equalitate sicut remisse album est simile intenso albo licet non perfecte non autem potest esse equalitas sine similitudine et hoc in forma illa in qua nata sunt assimilari comparando igitur aliqua secundum formam secundum quam nata est esse similitudo equalitas videtur quasi determinare similitudinem et fundamentum equalitatis fundamentum similitudinis

ita patet. Hic concedo quod equalitas
non ita distinguitur ab ydemptitate et
similitudine sicut ista inter se sed quod
ipsa dicat modum proprium utriusque re-
lationis scilicet quod tam similitudo quam
ydemptitas sit perfecta quia si per
impossibile pater haberet divinitatem maiorem
et filius minorem aliqua ydemptitas
esset sed quia fundamentum ydemptitatis
non haberet eandem magnitudinem non
esset perfecta ydemptitas quia nec esset
equaliter. Similiter si per impossibile pater
haberet maiorem scientiam et filius minorem
essent aliquo modo similes sed quia deficeret
modus ille fundamenti scilicet magnitudo per-
fecta ideo non esset similitudo perfecta.
Nunc autem magnitudo que est quasi
modus fundamenti ydemptitatis et simili-
tudinis fundat equalitatem que est
quasi modus ydemptitatis et simili-
tudinis quia dicit utramque ut perfectam.
Ad secundum concedo patet quod quot sunt perfec-
tiones simpliciter in deo tot sunt eius
magnitudines et tot equalitates sicut
et ille sunt simpliciter una res ita et
equalitates secundum eas sunt una res
simpliciter et ex hoc patet quod magister
assignavit d. 19 equalitatem personarum
in tribus secundum Augustinum de fide ad Pe. c. 20
magnitudine et potentia et eternitate per
magnitudinem quidem intelligitur fundamentum
omnis equalitatis ad intra secundum quam-
cumque perfectionem simpliciter accipiendo mag-
nitudinem non pro aliquo attributo dis-
tincto sed ut competit magnitudini cuiuslibet
attributi per potentiam autem notatur perso-
nas esse equales ad opera extra et
hoc sequitur ad primum quia ad equalitatem
valoris in forma in se sequitur equa-
litas vigoris in ratione activi ad extra
per eternitatem vero non equalitas non

in eis quo ad durationem equalitas autem
secundum quantitatem discretam non quia ibi quan-
titatibus autem continuis in creaturis
que sunt quantitas permanens et succes-
siva correspondent illi magnitudo et
eternitas. Potentia autem non est tertia [?]
quantitas sed respectu magnitudinis
ad extra ut predictum est statim. Ad
primum argumentum dico quod album et album
dicuntur similia secundum albedinem et hoc
patet hic secundum notat sive tale esse proximum
fundamentum relationis similitudinis dicitur et
similia similitudine formaliter. Ita dico quod
pater et filius sunt equales secundum essentiam
ut secundum fundamentum proximum quia ipse rela-
tiones quas fundant super illud
ut que est nichil autem est unum
in personis nisi essentia vel essentiale.
Et si obicitur quod tunc posset dici pater
secundum essentiam quia essentia est fundamentum
paternitatis quod tamen non conceditur. Ipsum
argumentum alias feci ad probandum quod
relatio originis non sit actus essentie
quia ubicumque relatio est actus
fundamenti ibi suppositum potest dici ad
alterum secundum fundamentum illud sicut similis [?]
secundum albedinem est similis ignis calore
calefacit lapis secundum quiditatem la-
pidis est inceptiva notitie de la-
pide. Hic autem non conceditur pater dici-
tur pater sed ita videtur quod possit ar-
gui quod neque secundum deitatem sit equalis
quia ista relatio non est actus fun-
damenti. Respondeo concedo quod ubi relatio
est actus fundamenti ibi secundum fun-
damentum dicitur aliquid ad alterum hoc autem
est accepi sed non concedo equivoce quod
ubicumque aliquid dicitur ad alterum
secundum fundamentum ibi relatio sit actus fun-
damenti quia vel tale secundum est
non causa inherentie per se 2o modo

no primo et bene actuatio funda^ti
per relatio^z concludit fundamentum esse
causam inherencie relationis ipsi supposito
cuiuscumque ita quod per se 2° modo non autem
equivoco quia esse per se fundamentum
quamquam sufficiat ad esse per se causam inhe-
rencie relationis ipsi supposito absque
hoc quod relatio actu et licet quamquam
non sufficiat si enim per se sufficeret
tunc pater 2^m essenciam esset pater Sed
saltem que est ratio dissimilitudinis hic
quod relatio quibus dicitur in esse 2^m es-
senciam relatio non contra sicut origi-
nis non conveniunt ita sicut magis actus
quam alia in creaturis utrumque est
actus et utramque dicitur in esse 2^m fundamentum
calidum enim est 2^m calore et cale-
factivum et etiam sicut tercio quamquam via
potest assignari ratio quare 2^m essenciam
dicitur pater equalis filio et non pater filii
quia licet fundamentum essencia sit fundamentum
utriusque et non distinctum ut per istam
vel per illam est tamen fundamentum relationis
quibus inquantum est una in ambobus non
autem inquantum sit una est fundamentum
relationis originis licet in se sit
una et quia essencia ut essencia non
autem ut una ita quod unitas sit
relationis fundamentum est fundamentum relationis
originis relationum non communium est
fundamentum ut una ita quod unitas
est ratio fundamenti ideo pater dicitur equalis
filio 2^m essenciam vel unitate non
autem pater filii Si enim pater diceretur
pater 2^m essenciam noceret quod essencia
fundamentum paternitatis ut una ita quod
unitas esset ratio fundamenti // Ad 2^m
dico quod maior ipso est falsa primo
et sic forma distinguitur in materia
materia tamen non est principal ratio huius

dicitur quia in qualibet dicitur idem est ratio
principalis distinguendi quod est ratio
principal essendi in illo esse de hoc alias
in questione de individuacione // Ad tercium
concedendum quod in patre sit alia
equalitas ad filium et alia ad spiritum sanctum
sicut si pater genuisset spiritum sanctum esset in ea
alia paternitas ad filium et alia ad
spiritum sanctum et de isto dicto generaliter est primo
in tercio libro Utrum in uno relato
ad plura sunt plures relaciones
// Ad 4^m videtur difficile arguendum illis
qui ponunt personas relativas per se
arguendum sunt contra eos distinctione
26. per oppositum q. concedendo tamen quamquam videtur
oportet dicere quod in essencia pullulat
primus relationes originis quam communes
et ille primo pullulates constituunt et
distinguunt personas non autem ille communes
que sunt quasi advenientes personis sicut
ponitur quod spiracio activa nullam
personam constituit quia intelligitur quasi advenire
patri et filio iam constitutis in essencia
personali prima enim pullulancia ibi
que sunt personaliter distinguenda dis-
tinguunt personaliter et constituunt

Sequitur questio 35 // Circa
distinctionem 32 in qua magister
agit quomodo pater et filius
diligant se spiritu sancto queruntur duo // Primo
Utrum pater et filius diligant se spiritu sancto
// 2^m Utrum pater sit sapiens sapiencia ge-
nita // Circa primum arguitur quod non
quia aut diligere sumitur essencialiter aut
notionaliter non essencialiter quia quodlibet
essenciale in est cuilibet persone formaliter
non per alium Si notionaliter igitur pater
et filius spirant spiritum sanctum quod est falsum probatur
idem 2° quia nullus actus notionalis
est quasi formis in ideo agens a quo est

ut procedit per distinctionem quod talis actus requirit inter agens et terminum igitur si iste actus est equalis non sumitur ibi diligere notionaliter. Preterea si pater et filius diligunt se spiritu sancto igitur pater diligit se spiritu sancto quia eodem videtur pater diligere se et filium. Sed consequens videtur inconveniens quia pater diligit se in primo signo originis in quo spiritus sanctus intelligitur non despiratus. Preterea eodem diligunt se et creaturam sed spiritus sanctus non videtur esse quo diligunt creaturam quia tunc spiritus sanctus ex unitate sue productionis est amor ita ex unitate esset amor creature et ita ut trinitas deus amaret creaturas. Contra augustinus in vi de trinitate c. 4 et 6 spiritus sanctus est quo genitus a generante diligitur generantemque suum diligit.

Item 2us argumentum quod sit pater dicit verbo 2us augustinus 4 de trinitate 2 sed 2us augustinus in 6 de trinitate nichil aliud est summo spiritui dicere quam cogitando invenire igitur pater invenit verbo et ita sapiens verbo. Contra augustinus de trinitate 6 eo est quo sapit quia idem est sapere et esse igitur si sapit verbo est verbo.

Primam conclusionem reputat magister difficilem et dimittit eam insolutam. Aliqui negaverunt istam propositionem pater et filius diligunt se spiritu sancto et dixerunt eam ab augustino retractatam in primo libro retractationum 21 ubi retractat istam pater est sapiens sapientia genita cui ista videtur assimilari et ideo dicunt hanc retractatam in illa. Contra non solum diversas materias retractandas augustinus seorsum retractat sed etiam easdem materias que in diversis libris ponuntur que [illegible] est retractanda augustinus pluries retractat quod patet merito de libris illis diversis ergo multo magis retractaret istam si retractanda esset. Preterea augustinus non retractat dicta aliorum sanctorum que videntur ista concedere. Alii dixerunt quod ista propositio est exponenda ita quod ibi spiritus sanctus accipitur in ratione signi ita quod pater et filius diligunt se spiritu sancto ut signo dilectionis eius. Contra quia tunc possent dici quod diligunt se creatura quia creatura est signum dilectionis eorum. Alii dicunt quod diligunt se concordia spirituum [illegible] et ideo dicunt diligere spiritu sancto et aspiratione et non propter [illegible]. Contra ita esset boni spiritus sanctus quod bonitas appropriatur. Alii dicunt quod iste ablativus construitur in ratione effectus formalis quod declaratur primo quia licet non omnis res sit forma cum omne illud a quo aliquid denominatur sit quasi ad similitudinem forme ut si dicatur iste est indutus indumento iste ablativus indumento construitur in similitudine cause formalis licet non sit forma hominis [illegible] autem denominari aliquid per id quod ab ipso procedit non solum sicut agens ab actione sed etiam sicut terminus actionis qui est effectus quando ipse effectus in intellectu actionis includitur dicimus enim quod ignis est calefaciens calefactione quamvis calefactio non sit calor qui est forma ignis sed actio ab igne procedens et dicimus quod arbor est florens floribus quamvis flores non sint forma arboris sed quidam effectus procedentes ab ipsa. 2us hoc dicendum quod cum diligere in divinis sumatur dupliciter scilicet essentialiter et notionaliter 2us quod sumitur essentialiter sic pater et filius non diligunt se spiritu sancto sed sua essentia unde augustinus 15 [illegible]

quis audet dicere patrem neque se neque
filium neque spiritum sanctum diligere nisi per spiritum sanctum aliquid
quod sumitur notionaliter sit diligere vel
aliud et quia spirare amore sicut
dicere est producere verbum et florere sic
ergo dicitur arbor florens floribus
ita pater dicitur dicens verbo vel filio se
et creaturam et pater et filius dicuntur
diligentes se et nos spiritu sancto vel amore
procedente. Contra edificare distincte
importat ipsum terminum qui est edificium
non tamen sequitur quod edificator edi-
ficet edificio et in proposito spirare
distincte importat spiritum sanctum quam diligere
et tamen non conceditur quod pater et filius
spirent spiritu sancto. Respondeo si talis predicatio
conceditur non tamen ut est consimilis super
agens quia non concederetur dici ad
de igne quod calefaciet ad ipsum ignem
aliquo a se producto. Respondeo in contrarie
consimilia nunquam effectus vel effectus
ponitur in ablativo diligere autem est
verbum consimile verbo ... cum ... terminus
est ad oppositum florere cum est verbum
neutrum et non significat formaliter produc-
tionem alicuius omne quippe verbum
neutrum idem significat cum nomine ad-
iectivo si esset nomen impositum
nisi quod nomen illud significat per modum
habitus et quietis verbum autem significat
quasi in fieri sicut idem significat calidum
esse quasi in quiete et calet quasi in fieri et sic
tale nomen denominativum potest dici
de aliquo cum ablativo notante illud
a quo sumitur denominatur tale deno-
minatione ita verbum neutrum posset
construi cum ablativo in eadem habitudine
forme denominantis ita cum igneus
calet calore sicut est calidus calore
et utrumque est in ratione forme a qua

est ista denominatio per modum quietis
in uno et per modum fieri in alio ista
autem forma aliquando est inherens ut
qualitas aliquando se habet per modum for-
me denominantis ab extra sicut de
genere habitus vel per modum illius et utrum-
que potest fieri denominatio et sic aliquis
denominatur non tantum a forma sed quandoque
ab aliquo extrinseco ita denominativum
potest dici de eo cum illo extrinseco
ablativo supposito et hoc sive denominativum
significetur verbaliter sive nominaliter sicut
enim potest dici iste est ornatus vesti-
mento sicut ornatus significat aliquid de
genere habitus ita potest dici iste nitet
vel fulget vestimento vel aliquo alio
verbo neutro quod significet idem cum illo
denominativo scilicet esse ornatum et ita in
proposito quia arborem florere non significat
formaliter arborem producere flores sed cum
ponatur verbum activum quod sic significaret
puta florificare si esset in usu
hec est falsa arbor florificat flo-
ribus hec autem vera arbor floret
floribus quia per ipsum verbum neutrum
significatur quod denominat quasi per modum
habitus florum et licet non sit proprie habitus
in inanimatis potest tamen denominari ab
aliquo adiacente quod inquantum est
aliquo modo ornamentum vel tegumen-
tum corporis potest reduci ad genus habitus
et ita tunc sicut diceretur arbor est
florida floribus et ablativus construitur
in ratione illius a quo sumitur denomina-
tio talis denominatoris ita etiam construitur
ly floribus cum hoc verbo floret ex quo
igitur est ad oppositum loquendo de verbo
activo et nichil ad propositum ut est dictum
de verbo neutro. Ad istam quoque solucio-
nem quia illa que sunt in intellectu nostro

sunt manifestiora primo videndum est
ad 2am. Et primo videamus de intellec-
tu ubi cum memoria gignit no-
ticiam actualem que ad memoriam habet
duplicem comparationem ut relationem scilicet
geniti ad gignens et hoc est de
2o modo relativorum et mutua. alia est
declarantis ad declaratum et hoc est de
tertio modo et non mutua. sicut autem
notitia genita declarat formaliter obiectum
latens in memoria ita illud quod
producit notitiam actualem et dat sibi
vim declarandi potest dici declarare ipsam
notitiam quasi effective. Si enim aliquis
produceret speculum et in eo imagines
relucentes hoc speculum formaliter
declarat illa relucentia illud tamen
producens speculum declarat effective. Et
istud magis patet si actus anime qui
non sunt nisi actiones significarentur per
ista verba non activa non autem significa-
rentur per verba activa propter illam simili-
tudinem qua habent ad obiectum in quod
tendunt quasi in terminum cum enim nichil
recipiant in ipso obiecto si tales actus
significarentur per verba neutra talia
verba significarent illam realitatem a qua
imponuntur in esse suo et tunc possent
talia verba activa poni ab eisdem
formis que significarent productionem
talium et tunc notitia genita esset de-
clarativa obiecti producens diceretur effective
tamquam formam sicut alias dictum
est quod similitudo potest esse illud in quo
fundatur relatio activi et passivi ita
quod sicut assimilans est dans similitudinem
ita tunc declarans sumptum esset effi-
ciens ipsam declarationem formalem in
ipso actu anime sive in suo illius actus
Ad propositum verbum divinum a patre ex-
primitur et hec expressio est relatio
originis in qua expressione ex vi
productionis sue quasi verbo notitia
infinita que ex hoc est declarativa
omnis declarabilis habet igitur relationem
realem ad exprimentem a quo gignitur
sed aliam scilicet declarantis habet non tantum ad
ipsum sed quia est infinitum habet hic
respectum declarativi ad se et ad ipsum
et ad omnia alia et ista est relatio
rationis quia non tantum est ad crea-
turam sed ad seipsum et si nulla relatio
realis est sui ad creaturam ex d.
30 igitur multo magis nec eiusdem ad
se est relatio realis sed istud decla-
rare competit formaliter verbo producenti
autem competit principaliter sicut in nobis
competebat memorie effective et
tunc verbum formaliter declarat omne
declarabile pater autem verbo declarat
non formaliter sed principaliter inquantum
gignit notitiam actualem infinitam
qua verbum formaliter declarat actualiter
applicando igitur istam realitatem
ad istud vocabulum quod est dicere dico
quod dicere accipitur uno modo essentialiter
ut patet per aug. mo. 69 et sic non lo-
quitur augustinus quia 2o modo ipsum pater
et filius et spiritus sanctus sunt unum dicens et quelibet
persona dicit formaliter et una dicit alia
ablative. Alio modo accipitur personaliter
et sic notat significare istam relationem
originis que est geniti ad gignentem
et hoc modo solus pater dicit non quidem
verbo sed verbum et hoc modo loquitur
Ric. 6. tri. 12. quod solus pater dicit
Alio modo potest significare istam habitudinem
rationis que est declarare et hoc competit
declarare convenit alium formaliter
et sic verbum dicit omnia declarabilia
et seipsum semper formaliter et de hoc
loquitur augustinus a. m. Si enim hic verbum

nu̅s spale ꝛ̅ꝯ et sic est eenciale ꝛ
appatur uni psone naz quelibet
psona declat sua intelligen̄. que
in ipo est appatur tunc filio ut
patet ex dubitatione sequente alio.
suppositione pt ista eande similitudinez
declaratiꝰ p ut gt. alicui no formar.
s pu̅ntiue ꝛ hor mo loquitur dicit.
de pre qd dicit ubo ꝛ isto mo loqt.
augꝰ 6. tri. 12º. li 2º. qr pr dicit ubo
ꝛ 14. tri. 19. qr pater seipm dicens
genuit filiu sibi equale ubi acci-
pit dice p pu̅ntiue declaratione licet
no addat ibi illud pu̅ntiu quo pr
dicit ꝛ sic pu̅le sigtu ei9 est es-
senciale quotat tamen notionale
ut supra dictu est de dono in qua
igitur similitudine gitur dico qr si
dice sic sumptu eet idem quod
ausale denotare. sic tamen pu-
cipij actiui spiran. s quia no sunt
idem io dico qd no notat. habe
rom formalis pncipij spiran. ꝛ
in similitudine talis pncipij gitur
Sz tunc est unu dubiu utru
declare forma̅r. omne declabile
sit ppriu ubi dicunt aliqui qr sic
quia ex ui pductois sue sibi co-
petit s hor dictu est distinctione 27.
q. 3. ꝛ gnalit tunc hor ubu de-
clarare dicit relatoz rois et
nulla talis cpa alicui psone
nec includit. in ppo alicui psone
sicut p batu e distinctione 18. Ideo
no hor manifeste ̅ no est ppriu
ubo nec includit. in ei9 ppo sed
tm est ei appatu p eo qd ubu
ex ui pductois sue ht notitiaz
actuale sibi cōcata pr aute licz
heat aliq̄ notitiaz tamen ex ea-
dem vi qua pducit e incoria et
no pducit inq̄ntu actualis notia.
notitie aute actuali ut actualis gt.
declare ꝛ io declare mag9 gt. tm
ppo filij qua tm ppo aliarz psonarz
ꝛ ita sibi mag9 appat. ut tm est
in qualz alia psona quia quez
ht actuale declaratoz inquantu e actua-
lis notitia ꝛ eque declatiua rea̅r.
sicut notitia actualis que est ubu
declat gº forma̅r. pr oīa seipo
sicut formalit declat oīa filius
ꝛ etia s. s. oīa seipo declat declant
etia pr ꝛ filius spu s. pu̅ntiue licz
isti modi accipiendi declare s. for̅.
ꝛ pu̅ntiue no sint ita usitati sicut
illi quibus ubu d. declaratione formalit
ꝛ pr pu̅ntiue ubo ꝛ io maiorꝰ us-
tatois istorꝰ uborꝰ est ppt appatoz
notitie actualis ad ubum. Ad qo̅z
tum 2m9 concedo ptem negatiua co-
clusionis ꝛ hor ppt roz aug 6. tri. e.
cui9 declaratio est ista actus eenciat
no pt ee alicui9 suppositi inetra aliq̄
pu̅º ut quo nisi illud sit tali ppe
pncipiu eendi formale ut pr sa-
pit sapia ingenita uel sit sibi pu̅s
eendi pu̅ntiu quo mo nigr concedit
qr filiꝰ sapit sapia ingenita a qua
ht qd sapiat ꝛ sic uel sit pncipiu
substanti̅u respectu talis actꝰ qº mo
concedit. qr pr rat ubo s filius sine
sapia genita no est pru pncipiu
eendi formale nec pu̅ntiu u. pncipiu
actiu spiran. respectu actus eencial
qr no pducit istu actu in se sed
cōcatur. sibi ꝛ pncipiu actiu spiran.
ht tamen pduceꝛ respectu actus
respectu cui9 d. tale pncipiu sapere
aute est actꝰ eencialis igr. pr no
sapit sapia genita. Ad argu̅m.

in oppositum dico quod augustinus accipit ibi
dicere essentialiter mere pro actu intellectus
sicut expresse vult. Et ubi dicit quod
sunt unus dicens sicut unus intel-
ligens et licet quilibet dicat et quelibet
tamen sunt unus in ratione dicentis
et dicti sicut sunt unus intelligens
et unum intellectum iste modus loquendi quod
est dicere est valde extensivus quia
nec significat rationem illarum originis nec
connotat eam sicut nec intelligere
vel sapere et hoc modo non dicit augustinus
quod pater dicit verbo. Sed quo conceditur quod
spiritus sanctus dicit verbo rudeo sicut intelligit
verbum sed pro exprimere vel declarare
nisi accipiatur formaliter quod spiritus sanctus formaliter
declarat omne declarabile non autem pro
declarare productive nisi forte respectu
creature quia loquendo de mani-
festatione creature illarum efficit to-
ta trinitas et quia alibi proprie manifestationem
formalem ubi non comparando ad creatu-
ram spiritus sanctus non habet aliquam rationem prin-
cipii quia non dat verbo illud quo
formaliter est manifestativum ideo non videtur
aliquo modo concedendum nec augustinus dicit
quod spiritus sanctus dicat verbo licet videat omnia
in verbo ita etiam quilibet beatus videt
omnia in verbo et quelibet persona videt
in qualibet [illegible] sed dicere verbo videtur
importare aliquam auctoritatem dicentis verbo
respectu verbi inquantum est declarativum
formaliter. Ad aliam questionem de spiritu sancto pro-
cedendo eodem modo quo in precedenti que-
stione processum est et primo de voluntate una
ubi dico quod amor in nobis ut productum
habet relationem 2 modi et illa forte
est mutua habet etiam aliam relationem
ad obiectum pertinentem ad tertium modum
relativorum et illa non est mutua quia
sicut scientia refertur ad scibile et
non econverso ita et amor ad amabile

et non econverso et sicut amor habet for-
maliter similitudinem aliquam ad obiectum
ita illud quod producit amorem posset
denominari ab illa similitudine si esset
verbum in oppositum sed sufficiens actione
ita dico in divinis quod spiritus sanctus ex vi produc-
tionis sue non quidem ipse sed apparet
quod amor omnis intrinsece amati et ideo
habet aliquam relationem rationis formaliter
ad se tamen amatum producens autem
ipsum potest denominari ab eadem similitudine
quasi productive et ista similitudo ut productive
denominans importatur per hoc verbum di-
ligere quando dicitur pater et filius diligere
spiritu sancto hoc quippe est patrem et filium
producere amorem qui est patris et filii
sicut patrem dicere verbo est producere
verbum quod est declarans ipsum patrem
Ad primum argumentum dico quod nec mere
essentialiter nec mere notionaliter tenetur
quod connotat notionem scilicet productionem
spiritus sancti et significat similitudinem illarum quarum spiritus sanctus
ad amatum non quidem formaliter
sed productive et ratione huius similitudinis
quantis essentiale est quantum ad terminum
illius similitudinis quia terminus ille
non tantum est spiritus sanctus sed etiam quodlibet intrinsece
amabile et quantum ad illud fit quan-
titas non autem quantum ad notionale con-
notatum. Per hoc patet ad 2m quod
manifeste patet in exemplo de dicere quod
eo modo quo conceditur patrem dicere verbo
dicere non est nec mere essentiale nec
mere notionale sed connotat notiona-
le scilicet generationem et importat ingenito ha-
bitudinem declarativam que est ad omne
declarabile simile huius licet non
ita perfecte habet pater in hoc quod
est minima quod in divinis connotat pro-
cessionem licet principaliter significet
effectum temporalem et quantum ad hoc
sufficit tota trinitas comparatur effectum illa

sed quantum ad notionem illam illa non rece-
pit totam fecunditatem in ratione principii
filius cum pater mitti licet non sit a
se. Ad tertium licet posset fieri vis
in ista propositione quod hic se posset construi
verissime vel improprie de qua du-
plici constructione habetur ab illo pe-
tro helye super priscianum minorem constructionis
et patet in illo sophismate isti
pugnant ut vincant se et videtur
tamen aliquos magis concedenda propositio
propter construitur verissime quam impro-
prie pro eo quod spiritus sanctus spiratur a
patre et filio voluntate concordi inquantum
scilicet pater impendit amorem filio et filius
rependit patri. Respondeo tamen dico hiis
quintus quae dicta sunt distinctione 12
de ipsa materia quod pater et filius spirant
fecundius voluntate inquantum una est
non autem ipsa relatione concordie pa-
tris ad filium et econverso quia non
videtur quod pater et filius inquantum ha-
bent respectum originis ad spiritum sanctum
habeant ad invicem relationem mutua-
tam cum non habeant nisi mutuam
relationem originis paternitatis et filia-
tionis et hoc magister dicit quod licet
habeant unam voluntatem formaliter et for-
maliter concordent in ea concordia
tamen non est pro se ideo sed voluntas
una et quod fecunditas plena sit
in una patet in duabus ideo non duo
spirant quia non intelligitur illa fe-
cunditas una esse in duobus antequam
habeat terminum. Pater non concedi quod
eadem est voluntas accipiendo hic se sicut
sit et non concedo quod pater diligit se
spiritu sancto et tamen dicitur diligit se in primo
signo originis concedo sed non diligit
se voluntate ut in ipso est formaliter.

sed spirando spiritum sanctum qui necessario est amor
eius diligit se spiritu sancto quia prius naturaliter quo
etiam filius diligit se spiritu sancto. Ad ultimum
dico quod non oportet concedere patrem et filium
diligere creaturam spiritu sancto quia iste modus
diligendi ut sumitur prius naturaliter videtur
esse illius tantum dilectionis cuius ipsa di-
lectio est formaliter ex hoc quod est
prius naturaliter sicut eum diligere obiectum est prius naturaliter
amore qui ut prius naturaliter est formaliter
illius obiecti scilicet aut sicut ex vi productionis nec
primo nec concomitanter est amor
quia creatura tantum concomitanter amatur
a deo licet autem ex vi productionis sue
sit primo amor essentie concomitanter
tamen pater dicitur amor filii quia ille
persone sunt in natura primo amata
ex necessitate illius nature et ideo possum
concedi quod pater non diligit creaturam
spiritu sancto eo modo quo diligit filium quia non
ut producit amorem ex vi productionis
sit amor creature primo completa pro-
ductione necessaria illius amoris ad hoc
contingentia ut amor iste sit creature
et hoc est impossibile non tamen producentes
hunc amorem sed istius amoris producti
qui ita contingenter amat spiritu sancto crea-
turam sicut pater et filius.

Post supradicta etc. Circa dis-
tinctionem istam 33 in qua magister
agit de differentia proprietatum et quaeritur in comparatione
ad essentiam et personam quaeruntur duo
primo utrum proprietas sit idem cum perso-
na 2o utrum proprietas sit idem cum essentia.

Rediens ad dicendum est etc.

Circa istam 34 distinctionem
in qua magister agit de compara-
tione personae ad essentiam quaeritur unum
sine argumento utrum scilicet persona sit
idem cum essentia. Circa 35 istam

non oportet inmorari quia solutio earum
patet ex dictis d. 2a q. 1. Utrum cum
unitate stet pluralitas personarum ubi
ostensum est qualiter proprietas personalis
non est formaliter eadem cum persona d.
eciam 26. q. 3. Propterea qualiter proprie-
tas non est idem formaliter cum persona
illud autem quod dictum est de non ydemp-
titate formali pertinet cum essencia
concludit quod persona non est idem primo
formaliter cum essencia. Et quod aliqua
distinguntur inter omnia ista quod tamen
differant racione improbatum est d. 2. et d.
8. in parte de attributis et d. 13. de d.
emanacionum in divinis et alias tamen
cum hoc quod istud non est formaliter
idem illi stat quod vere et simpliciter est
idem sibi ymmo est hoc necessarium propter
simplicitatem perfectam divinam que sequitur
ex perfecta infinitate illius essencie
propter quam infinitatem et simplicitatem
non potest illa essencia esse cum aliquo
in eadem realitate nisi illa reali-
tas vel illud aliquid sit perfecte
idem sibi et istud dictum confirmatur
per dictum antiquorum quorum qui concesse-
runt multas predicaciones esse veras
in divinis per ydemptitatem non forma-
lem quod non videtur intelligibile nisi per
hoc quod predicatum erat vere idem cum
subiecto et ex hoc erat propositio affirmativa
vera per ydemptitatem et tamen predicatum
non erat formaliter idem subiecto et
propter hoc non erat ibi predicacio forma-
lis et que sit distinctio ydemptitatis
simpliciter ab ydemptitate formaliter tac-
tum est d. 8. in q. de attributis et alias
frequenter et non nunc [illegible]

Unum supra differencium ac
plura distinguunt etc. Circa

distinctionem 34. in qua magister agit de
deo in comparacione ad creaturas et
primo de eius sciencia queritur utrum
sint in deo relaciones eterne ad omnia
scibilia ut quiditative cognita quod
sit ad 83 q. q. 46. idem sunt forme
eterne et incommutabiles in mente divina
non absolute sed respective et non nisi ad
alia a se ut quiditative cognita
que distinguntur. 2a distinctio illorum
Probatur dicit 8 metaphysice ca. ultimo concedit
in deo esse relaciones dei ut intellectus
ad formas intellectas. Probatur deus
noscit distincte alia a se ergo per aliquas
raciones distinctas cognoscendi et
ille non possunt esse absolute ergo relative
Probatur 2a ad 4 super genesim: omnia in
deo sunt vita et idem videtur dicere
super illud Io. 1. Omnia in ipso vita
erat non vita eterna creata sed tamen
sed hoc non est loquendo de ipsis
omnibus formaliter in se ergo de racio-
nibus formalibus quibus cognos-
cuntur. Contra iste relaciones essent
reales quod est contra dictum d. 30.
Probatur quod quia deus prius intelligit alia
a se quam intelligat se intelligere
illa quia actus reflexus presup-
ponit actum rectum ergo iste relacio-
nes que essent in deo ad alia essent
in deo ex natura rei et non per actum
intellectus comparantis ipsum intellectum
sed quod est ibi ex natura rei et non in
comparacione ut cognitum est reale. Probatur qua
racione essent in deo relaciones eterne
ad obiecta cognita pari racione et ad
omnia obiecta volita et nolita et tunc
ille relaciones essent reales quia
prius vult alia a se quam intelligat
se velle illa et ita relacio voluntatis
eius ad alia erit realis quia non aliquo

ut cognitum est supposito quod deus sit
intellectus ex distinctione 2a. et quod
essentia sua sit primum obiectum in ratione
sui ex quo de primo primo tertio et quod
intellectus sunt sicut omnino intelligunt
non potentia sed actu et sunt ex dis-
tinctione 2a. et hoc distincte quia
imperfectionis est intellectus intelligere
confuse. Circa questionem istam est no-
tandum quod ad intellectionem alicuius tria
videntur concurrere scilicet obiectum cognoscibile
intellectus et ratio cognoscendi in intel-
lectu autem ut potentia est non oportet
ponere distinctionem ad hoc ut distincte
intelligat quia intellectus unus omnino
indistinctus in ratione potentie potest
plura intelligere igitur si est ibi dis-
tinctio queratur in obiecto vel in ratione
cognoscendi obiectum vel in ipsa intel-
lectione. Ponitur igitur relationes eternas esse
in deo ad alia a se cognita simpliciter
intellectu et quod iste relationes sunt
in essentia ut est ratio cognoscendi
propter hoc quod nichil est ratio cognoscendi
plura nisi ut illa ratio comparatur aliquo
modo illis pluribus obiectis cognitis.
Et confirmatur quia cognitio fit per simile
igitur oportet rationem cognoscendi habere
aliquam rationem comparationis similitudinis ad
ipsum obiectum cognitum propter istam igitur
determinationem et assimilationem rationis cog-
noscendi ad obiectum ponuntur relationes
eterne tamquam rationes determinan-
tes essentiam ut est ratio intelligendi
in quibus ipsa essentia sit distincte
pluribus obiectis cognitis. Alius ponitur
quod iste relationes sunt in essentia di-
vina ut est primum obiectum cognitum que
prima intellectione intelligitur ut po-
nitur indistincta sed ad hoc ut in-
telligatur postea creatura intellectus
comparat ipsam primo cognitam ad
creaturam sub ratione imitabilis et
tunc intellectus divinus essentiam sub ratione
imitabilis intelligit tamquam per se
obiectum primum sub tali relatione rationis
comparatam et differt hec opinio a prima
sicut isti duo modi dicendi quorum
unus dicit eandem speciem esse rationem
cognoscendi et principium et conclusionem
non tamen nisi sub distinctis relatio-
nibus rationis convenientibus istis cog-
nitis sub rationibus propriis alius di-
cit ipsum principium cognitum esse rationem
cognoscendi conclusionem et hec non ut
principium absolute intellectum sed in compara-
tione vel relatione ad quam 3a opinio ponit.
Contra conclusionem in qua concordant
iste opiniones scilicet quod iste relationes rationis
sunt necessarie ad hoc quod creature
intelligantur a deo in ratione obiectorum
arguitur primo sic iste rationes sunt
cognoscibiles ab intellectu divino
quero qua ratione cognoscendi si aliis
rationibus determinantibus essentiam ut est
ratio vel determinantibus essentiam ut
est primum obiectum respectu obiectorum 2orum
proceditur in infinitum quia necesse ad
illas rationes alias intelligendas
precedent alie et sic numquam ille rationes
alie sunt intelligibiles a deo quia oportebit
ipsum ad eas intelligendas intelligere
alias infinities infinitas oportet
igitur stare quod iste rationes sunt intel-
ligi a deo per essentiam ut nude ac-
cepta sive tamquam per rationem sive ut
iste cognoscantur per ipsam ut per per se
obiectum cognitum absolute et qua ratione
ista poterunt cognosci per essentiam
eadem essentia nude per rationem et

ipa oba secundaria quia ita videntur
relationes iste hre rones distinc-
torum oborum sicut alia sunt dicit quod
iste relones cognoscitur ab intellectu
divino per ipa oba ad que sunt ita
quod essentia sub ronibus istis est
ro cognoscendi alia et alia cognita
simul cum essentia sub diversis ronibus
sicut ro cognoscendi rones istas
tamquam extrema relationis videtur
esse ro cognoscendi relationem hic videtur
vilificare intellectum divinum quia nunc
esset passivus ab aliorum oborum per istas
rones per quas actuabitur ad cogni-
tionem istarum ronum · Pro 2º cum igitur
ubi ro aliqua cognoscendi determinate
potest esse aliquid limitatum ad illud eius-
dem potest esse aliquid illimitatum ad illud
et ad aliud sed si essentia esset limitata
respectu alicuius unius determinati
cognoscibilis ipa esset ro determinate
cognoscendi illud absque omni respectu
rei et ronis igitur si ipa ponitur
ro illimitata respectu plurium cognosci-
bilium ipa potest esse ro cognoscendi
quodcumque illorum et omnia illa sine re-
latione rei et ronis · Pro maiori
illimitatio non aufert ab aliquo perfectionem
aliquam sed statuit perfectione que
erat ad aliquid ponit quasi simpliciter per-
fectionem ad aliquid et ideo sicut dictum
fuit distinctione 1 et dist. 2a inde-
terminatio ex illimitatione sed quod est indeter-
minatio ad plura positiva ad quod-
libet illorum determinatum est ex se ipso
determinatio repugnantie indeterminationi
ad contradictoria · Pro minori essentia
ponitur propria ro ad cognoscendum se
ipsam et hoc sine ut obiectum primum sine
ut ro cognoscendi obiectum et istud ro

venit essentie ut sub ratione absoluta sine
omni respectu rei quia respectus realis
non est in eadem persona ad se sine
etiam omni respectu ronis probo quia
talis intellectio non est collativa vel
comparativa vel negotiativa igitur per eam
nulla relatio ronis causatur in aliquo
· Pro ratio unius operationis oportet dicere
principium quo per se unum et hoc maxime
in simpliciter prima operatione qualis est
intellectio divina relatio autem ronis
et ens reale vel unum per se faciunt
quia etiam non sunt hic unitate
2i modi per se que minor est quam
unitas eius essentialis non enim potest
relatio ronis consequi rem ex parte
rei et ideo non potest esse passio eius igitur
essentia sine ut obiectum sine ut ratio
intellectionis et illa relatio ronis non sunt
unum per se obiectum vel una ro intellectionis
oportet igitur dare aliquem priorem in ronem
primum obiectum vel ut ronem quo prior non
autem relationem illam ronis quia ipa
non est primum cognitum quod cognito
cognoscitur aliud ad quod est ille
respectus vel etiam est ro quia in-
tellectus divinus haberet intellectionem hic
obiectum quia intelligere lapidem est
perfectio simpliciter ita quod intellectus di-
vinus non esset perfectus intellectus
omnino si non intelligeret lapidem
nulla autem relatio ronis videtur
esse ro inherentie alicuius perfectionis
simpliciter igitur oportet dare priorem ipam
essentiam que subest isti respectui
vel relationi tamquam primum obiectum quo
cognito cognoscitur lapis vel tamquam
ronem formalem intellectionis lapidis · Et
ex hoc ultra sed ultra frustra ponitur
talis relatio determinans ipam essentiam

non ipsa essentia sub respectu rationis est
formaliter infinita quia intellectus
quomodocumque comparet essentiam et per hoc
causet relationem rationis non comparat
essentiam nisi ut est forma infinita
et ita ut est sub tali relatione est
formaliter infinita et per consequens ita indeter-
minata ut est sub illa relatione sicut
secundum se et ita ut est sub prima relatione
potest fundare aliam propter suam infinitatem
sicut secundum se potest igitur per relationem
rationis non determinatur. || Praeterea contra primam
opinionem specialiter videtur sequi quod iste
relationes erunt reales quia ratio
intelligendi ut est ratio praecedit naturaliter
intellectionem nec sequitur intellectionem
et per consequens quo ad nichil eius ut est
ratio intelligendi causatur per intellectionem
nec sequitur intellectionem sed gratia rationis
relatio est ratio intelligendi lapidem
illa relatio non producitur in essentia
illa intellectione quia naturaliter praecedit
eam igitur producetur alia sed istam non
praecedit nisi illa que est essentie
ut essentia hec autem non producitur
quod concedunt ubi etiam unus videtur
de processionibus divinis et de principiis pro-
ducendi eas igitur ista relatio erit
in essentia ut est ratio et non per aliquam
actionem intellectus || Praeterea secundum aliquos
istorum ad distinctionem realem in productis sufficit
distinctio rationis in principiis igitur
ista distinctio rationis ut est ratio intelligendi
a et b sufficiat ad distinctionem realem a et b.
|| Praeterea res extra tunc non intelligeretur
quia tota distinctio que ponitur intra praecedit
intellectionem nichil igitur intus terminat
intellectionem ut obiectum secundarium || Contra
2a opinio omnis relatio rationis que
est in obiecto ex hoc quod comparatur secundum
intellectum ad aliud est in eo posterior

ut est eius distinctum huius eo in intel-
lectu ut cognitum nunc cognoscere et
posset esse in eo si per impossibile illud
non haberet esse existentie distinctum tamen haberet
similiter esse in intellectu comparante ergo
iste relationes erunt in essentia divina
prius ut habet esse distinctum in intellectu
comparante ipsam ad creaturam et non ut
essentia est aliquid in se et ulterius erunt
in essentia si per impossibile essentia illa
non esset deus tamen ab aliquo intellectu
intelligente compararetur ad compositiones
et ultra si per impossibile essent essent
duo dii esset in intellectu unius dei
comparante ipsum deum ad creaturas
et non in isto deo in se || Praeterea deus naturaliter
prius est immutabilis a creatura quam
intelligatur immutabilis quia enim est
immutabilis ideo non comparatur ut immu-
tabilis a creaturis ut videtur et non
econverso igitur ante istam comparationem
per primum per intellectum essentia ut immu-
tabilis est in essentia immutabilitas
sed secundum aliquos istius vie relatio
aptitudinalis est eadem cum actuali propter
quam ydemptitatem dicunt nullam rela-
tionem novam in deo esse nec esse alia
tantum et causantur igitur iste relationes
in essentia ut obiectum comparato non erunt
per comparationem ad extra sed erunt alie prio-
res et reales ut videtur quia ante
omnem actum intellectus comparantis || Praeterea
et si essentia ut cognita sit ratio deve-
niendi in notitiam lapidis videtur
tamen quod postea intellectus divinus
possit cognoscere lapidem in se et non
prius ex hoc quod comparat essentiam
suam ad lapidem quia sicut sine tali
comparatione alterius ad ipsum possumus
nos intelligere lapidem In ista autem

intellectione lapidis quero in quo
sit relatio ad lapidem non in essentia
ut obiecto comparato quia in isto obiecto ut
sic non est intelligere ut obiectum com-
parari, 1ª ergo dabitur eam in intellectione
ut in ratione intelligendi et redibit
ad aliqua alia opposita. Potest dici ad
questionem quod relationes 3ii modi differunt
per se ab aliis duorum quia in tertio
modo non est mutuitas sed in aliis
duobus et ex hoc sequitur quod deduc-
tum est d. 30 q. 1 quod terminus relationis
est absolutum ut absolutum sicut igitur obiectum vere
intellectionis terminat relationem ipsius
inquantum mere absolutum et sit mensuratum
ipsa per ipsum ita videtur quod intellectio
divina similiter sit mensura omnium aliorum
a se intellectorum ea sequitur quod alia
possunt referri ad intellectionem et ipsa
terminabit relationem istam sub ratione mere
absoluti. Hoc confirmatur quia omnino prima
intellectio divina que infinita est
est essentie ut essentia sine omni
respectu rei vel rationis et hec potest
perfectionem ydemptitatem realem intel-
lectus ad essentiam obiectam non oportet
igitur propter intellectionem alicuius obiecti
ponere querere relationem neque in utroque
extremo neque in altero igitur oportet aliquid
aliud addere propter quod sit relatio
in utroque vel in altero illud autem
non videtur esse nisi vel mutua co-
exigentia sicut rerum communia vel de-
pendentia ab altero extremo Sed re-
latio non est mutua hic autem quan-
do deus intelligit aliud a se non
potest poni mutua coexigentia in
utroque extremo ut videtur ergo
sufficit ponere relationem in altero ex-
tremo ubi est dependentia illud

est obiectum ut cognitum. Preterea voluntas
fruens sive non producit aliud ab ipso
in esse volito amato sive in ordine
ad aliud sive comparando ipsum ad a-
amabile ad ipsum finem ita quod re-
latio certa per relationem comparationis vo-
luntatis videtur esse in aliquo amato
ad finem nulla autem comparatio per vo-
luntatem videtur in fine amato igitur
a simili in intellectu cognoscente primum
obiectum et ex eius cognitione aliud se-
cundarium nulla relatio videtur pro-
duci in ipso primo obiecto ad obiectum 2ª vi-
ce e converso. Preterea sicut argutum est
non videtur posse poni quo actu
ista relatio producitur. Primo non potest
perfectionem absolutam illius actus sicut 2º igitur
non est principium illius actus 2i. et
in isto 2º actu perfecte cognoscitur crea-
tura igitur in nullo tali actu est re-
latio quare ... creature et ratione obiecti.
Concedi potest conclusio cum communi
sententia contra duas opiniones que
superius recitatas et concedi possunt ra-
tiones ipse hic facte et 2a hic conce-
di potest quod sunt ibi relationes ...
in deo ad cognita Sed non ponens ...
ipsis cognitis in ratione obiectorum. Hic
autem potest poni sicut deus in primo o-
intelligit essentiam sub ratione mere
absoluta in 2º obiecto producit lapidem in
esse intellecto et intelligit lapidem
ita quod ibi est relatio in lapide in-
tellecto ad intellectionem divinam sed nulla
ad hanc intellectione ad lapidem Sed
intellectio divina terminat relationem
lapidis intellecti ad ipsam in tertio modo
forte intellectus divinus potest comparare
intellectionem suam ad quamcumque intelligibile
ad quod nos possumus comparare et tunc

coparando se ad lapidem intellectum
pt causare in se relacionem rationis
& in 2° instanti pt reflecti sup
istam relacionem causatam in 3° instanti
& tunc illa relacio rationis est cognita
sit igitur non est necessaria relacio rationis
ad intelligendum lapidem tamquam per
lapidem ut obiectum Immo ipsa ut cognita
est posterior in tercio instanti & ad hoc
est posterior ut cognita quia in q°
o & via ista pt teneri illam ppositionem
que videtur probabilis quod relacio
valet non cognoscit nisi cognito
termino Sed nec intellectus comparat
ad aliquid nisi valet prius cogni-
to termino quam ppositionem non pt tenere
alia via quia oportet quod dicat quod
illa relacione qua coparat istam
intellectionem cooperetur eternam ad aliquid
non prius valet cognitum Ista po
de relationibus aliorum a deo ut intel-
lectorum ad ipsum intellectum divinum
ut ab'to qsiter confirmatur & intelli-
gunt illa sup° d'. 30. creaturas
in se intellectas ad deum // Contra hoc
arguitur videtur enim quod destruat
intencionem aug 83 q. q. 46 ubi dicit
quod tanta est vis in ydeis ut nisi
ipsis intellectis sapiens esse nemo
possit 2m autem ponentem istam sapia
pfecta dei ad creaturas est in 2°
o & pedem valet tamen esse ydeam
quam cognitionem earum ibidem etiam dicit
quod istarum visione fiet aia beatissima
quod non esset verum de visione prima
que est in creatore nec de scda
que est in creature P° illa que
sunt diuisa in inferioribus que sunt
alterius rationis non reducuntur ad aliquid
unum in superiori sicut licet potencie
cognitiue in nobis reducantur ad unam
potenciam cognitiuam in angelo propter
unitatem rationis cum potencia cog-
nitiuarum tamen intellectus & volun-
tas que in nobis que sunt alterius
rationis non reducuntur ad unam potenciam
in angelo est igitur in deo intellectus
sub tali ratione talis po. & intellectus
nec in deo est passiuus oportet igitur
dare aliquam formam cuius operetur
actu & per consequens ad hoc ut habeat dis-
tinctam operationem oportebit sibi dare
distinctam formam non autem pt
hic dari aliqua forma distincta nisi
ydee ponuntur sequi intellectionem crea-
turarum // P° si propter illam eternitatem
diuine ponitur ipsa ut omnino ab'to
eo cognoscendi omnes creaturas nec
ita pt illa ingenito est obiectum pro
ingenitum est eo sequitur quod ipsa
sola cognoscet sub ratione obiecti aut
si ponatur pluralitas ex parte obiectorum
non obiecte infinite unica obiectiua pari
ratione videtur posse poni ex parte
rationis intelligendi // Ad 1m similiter
aug in illa q. pt colligi ex ista de-
scriptione ydee ydea est eo eterna
in mente diuina 2m quam est aliquid
formale ut 2m propriam rationem eius pro
prime principale deus omnia creat vel
causat pt non creando igitur creando eo
autem hoc rationem 2m quam formatur
non autem eandem omnium ergo singula
propriis rationibus creat non autem rationibus
extra se quia non eget in efficiendo
aliquo alio aliud a se igitur rationibus
in mente sua nichil autem in mente
sua videtur nisi immutabile igitur omne

formaliter formare potest secundum rationem suam propriam eternam in mente sua talis ponitur ydea secundum descriptionem istam. Videtur quod lapis intellectus possit dici ydea quia ipse habet omnes istas conditiones quia est ratio formalis exemplaris sibi sicut archa in mente potest dici ratio respectu arche in materia et est exemplar ratio secundum quam archa in materia formatur et ista ratio est eterna in mente divina ut cognitum in cognoscente per actum intellectus divini quidquid autem est in deo secundum quodcumque esse sive rei sive rationis per actum intellectus divini est eternum sicut declaratum est distinctione 30 [?] quod nulla relatio potest esse nova in deo secundum actum intellectus divini. Istud etiam videtur conveniens dicto Platonis a quo accepit nomen ydee. Ipse enim ponit ydeas rerum quiditates per se quidem existentes secundum philosophum et male secundum Augustinum in mente divina et bene secundum aliquid loquitur de mundo intelligibili secundum eum sicut ergo ponentur ydee secundum illam impositionem dictorum platonicis quiditates rerum ita ponitur secundum Platonem ut dicte quiditates habentes esse cognitum in intellectu divino. Hoc posito non oportet laborare circa relationes aliquas formatas sive in essentia ut obiectum sive in essentia ut ratio sive in essentia ut intelligente divinum que relationes dicuntur ydee immo ipsum obiectum cognitum est ydea secundum istud et tunc concedi possunt auctoritates adducte quod nisi cognitis ydeis sapiens nemo esse potest quantum scilicet ad certam plenitudinem sapientie licet enim deus principaliter possit esse sapiens sapientia essentiali sua non tamen [?] non omnimodo si non saperet intuitum

que creatura ut in ipso intellecta est ydea et tamen non intellectis ydeis sapiens omnino esse non potest ponitur enim esse sapiens perfectissime in primo modo sed non sapiens omnino in primo modo absque secundo. Si autem ydee ponentur quedam relationes rationis in deo non videtur formaliter esse sapiens in intellectione earum quia etiam ibi essent ut rationes intelligendi antequam ipse intelligeret. Similiter alia auctoritas ad harum visionem fit anima beatissima si ponantur ydee esse quiditates ut obiecta cognita non exponenda est de beatitudine que haberi potest in creaturis ut in obiectis quia certum est quod non est perfectissima beatitudo in esse earum absolute secundum ipsum in confessionibus beatus est qui te et illa novit nec propter illa beatior sed intelligendum est beatissima id est vel beatifica esse possibilis beato non quidem formaliter in eas sed in obiecto cuius cognitio presupponitur in istis et qui contemplantur in istis in quibus aliqua beatitudo est licet non prima et si Augustinus alibi loquatur aliter de ydeis quod sint rationes conferendi aliquid tamen hic dicat ipsas esse rationes secundum quas formatur quod formatur potest intelligi exponi illud dictum eius si alibi dicatur non quod sit rationem formalem intelligendi sed secundum quas ut sunt obiecta non prima vel motiva intellectum sed secundaria terminativa intellectum. Ad secundum aliter intellectus est passivus in se et aliter est passivus respectu intellectus divini sicut dictum est distinctione 3. Si ponatur quod esset passivus in nobis vel quasi passivus et quod dicitur hic assignari forma vel quasi forma qua operatur potest dici quod illud est contra

sub ratione qua essentia est que sub
ratione absoluta est ratio cognoscendi non
solum se ipsam sed omne aliud sub qua-
cumque ratione cognoscibilis et sic isto
modo intelligendo patet hoc eciam quod
intellectus divinus est in actu per
essenciam suam ut est ratio intelligendi
sic actu primo sufficiente ad
producendum omne aliud in esse cognito
producit ipsum ut habens dependenciam
ad ipsum ut ad intelligenciam et per hoc
intellectio est eius quod illud ad de-
pendet ad illam intellectionem ut ad
absolutum sicut in aliis dicetur quod ratio
sub ratione rationis absoluta est actus primus
a quo procedit effectus et effectus pro-
ductus habet relacionem ad causam quamque
ut ad absolutum quamque est mutua relacio
effectus ad causam et econverso numquam tamen
ex parte cause requiritur relacio prior
quam effectus sit positus in esse quod
satis breviter suadetur sic nichil
habens perfectionis esse in aliquo genere
dependet ad illud quod habet esse minus
perfectum in genere tali igitur relacio ac-
tualis non dependet ad aliquid
quod tamen est ens potenciale et non
actuale omnis igitur relacionis actualis
terminus est aliquod ens actu inquantum
igitur … refertur actu ad effectum
nunc est in ratione esse actualis potest tamen
istud absolutum terminans esse sine respectu
ad ipsum quia ita est similiter in isto re-
spectu quod est prius eo naturaliter igitur
non potest esse aliqua relacio in causa
naturaliter prius quam sit absolutum ad quod
debet esse ista relacio et ita intelligo
quod in primo … est a sub ratione absoluti
et in 2° est b sub ratione absoluti sicut
est per a. mz. b. sic refertur ad a sub
ratione absoluti si esset relacio non mutua

vel a et b referuntur relacionibus mutuis
sic igitur in primo … intellectus est in
actu per essenciam ut nunc absolutam tamquam
in actu primo sufficienti ad producendum
quibuslibet in actu intellectis in 2° … pro-
ducit lapidem in esse intellecto ita
quod iste est terminus et sic respectus
ad intellectionem divinam nullus autem
respectus est econverso in intellectu divino
quia respectus non est mutuus hoc
quod dictum est relacionem non esse prius
in causa quam in causato instans sic
de quibus alias || Ad argumenta principalia
ad illud d. 83 q. patet quod loquitur
de ydea || Ad aliud de 9° Metaphysice …
… inquantum motum et inquantum termi-
natum primo et per quod ut dicitur …
requisitum vel coexactum ad actum est
eque … ratio vel aliud est sic 9°
aliud tamen est 9° secundario terminans vel
oportet obiectum … esse per se terminans
quocumque actum sicut per se est mo-
vens et ratio actus … potest aliquid potest
sequi terminus primum in esse terminus 2us
nichil autem potest esse secundario movens
ad actum ratio est quia omne tale aliquo
precedit actum non autem … termi-
nans precedit actum nec coexigitur
ad actum sed aliquod terminans sequitur
actum sed mensuratum et causatum sed
intellectio in nobis sequitur obiectum || Ad
aliud concedo quod in deo potest esse re-
lacio intellecta vel inquantum sic quod
est intelligens terminat relacionem
intellectam sicut esse dominum est appellacio
relativa et potest terminare relacionem
sed vel potest intellectus dicit relacionem
posicionis sed tamen hoc non est in primo
… nec 2° sed 3° || Ad aliud patet
ex dictis quia eadem ratio intelligendi
… potest esse … ratio intelligendi

cuiusque illorum ad que est illimitata s[ed]
si esset limitata ad illud solum et maiorem
respectum illius actus qui est intellige[re]
in quo non requiritur semper determina-
tionis intelligendi cum cognito alio
quia nichil possit cognosci per causam
nec ergo per principium sed licet sufficit
ratio eius omnes continens perfecte similitudinem
virtualem cognitivi et quod arguitur
per primam opinionem quod oportet rationem
indeterminatam determinari dico quod ipsa
est ex se indeterminatione determinatione
opposita indeterminationi que est ad
contradictoria licet non sit ex se deter-
minata determinatione limitationis nec
hoc oportet ad hoc ut per ipsam obiectum
perfecte intelligatur. Et si dicitur quodcumque
est excedens medium non est ratio
intelligendi hoc in particulari nisi determinetur
ad illud per aliquid aliud. Respondeo ff
ab ante ad quos arguendo cum dis-
tinctione est falsa quia ex forma tenet
autem quia [illegible] quod idem quis non
potest esse idem unum in pluribus nisi
[illegible] et propter hoc tenet forma illa
arguendi ad a. de tri. si duo homines
et duo animalia sed hoc est ex imper-
fectione et limitatione quia ad aliud
unde non sequitur si pater ergo deus
si filius ergo deus igitur si pater et filius
sunt duo ergo duo dii in deo quod
ad intellectum huius oportet dare rationem
propriam qua intelligitur quantitatem vel
formaliter vel eminenter quod est perfec-
tionis in propria ratione et ad intellige-
ndum illud oportet habere propriam et deter-
minatam rationem sed infinito ergo ad
intelligendum aliud et aliud oportet habere
aliam et aliam rationem determinatam est
falsa quia quia hoc quod est ratio esse
intelligendi illimitata est ad illa omnia

Quod etiam ibi additur per illa op-
pinionem quod ratio intelligendi est similitudo
intellectus vera est vel formalis vel
analogica i. continens perfecte similitudinem
formalem omnem quod est perfectionis in
ea inquantum est ipsa ut ratio intellige-
ndi et sic est in proposito.
Olet hic queri et. Circa
36 d. in qua magister agit quo-
modo res ut cognite sint in deo queritur
unum super verbo fundamento relationis ei inest
ad deum ut cognoscentem habeat
vel esse ex omne ex hoc quod est sub
tali respectu quod sic. Homo non
est ex se ens ratum quia tunc esset
deus ergo per aliquid aliud est ra-
tum formaliter non nisi per respectum
ad ipsum primum ex se ratum non autem
per respectum ad ipsum ut ad efficiens
quia tunc eius diffinitio sit entis
rati et efficiens inquantum efficiens
producit entem in actu si homo haberet
esse ratum ab efficiente inquantum effi-
ciens diffinitio non esset eius nisi
ut existens et ita diffinitio haberet
continentem quod est quod est inquantum
igitur est ens ratum inquantum per compar-
ationem ut est exemplar hoc autem
est inquantum habet relationem eternam ad
deum ut scientem et exemplantem quod et
Pro contraria sunt simul natura ergo si
natura est deus intellectus et lapis in-
tellectus ab eo cum igitur lapis intel-
lectus ab intellectu divino ab eterno in-
telligatur inquantum est aliud ab es-
sentia divina et ista sola dei sit
realis et methaforica et non logica igitur
illud quod est terminatur illam istam intel-
lectionem erit vera res ergo. Oppositum magister
in littera c. 1. huius d. exponens autem
a. q. 4. super 3e. istam si erant in dei
scientia non eterna in sui natura dicat sic

illos s. eticos sunt ab eterno deus
apud se non in natura sui s ipsorum
qui non dum erant sed in sua pura
quod illos ita novit ac si essent
hec contra opinionem henrici per quam potissi-
me arguitur per illud quod tactum
est in 2° argumento principali de scientia
dei et obiectis relatis eterno additur autem
ad hoc quod proportio et passio entis
igitur obiectum contingit in eternitate et ali-
qua proportio ad cognoscendum et hoc
talis quod impossibile esse non est sed
proportionatum. Secundo sicut ens ad non
ens ita possibile ad impossibile igitur
permutatim sicut ens ad possibile ita non
ens ad impossibile sed omne ens est
possibile igitur omne quod est purum
non ens est impossibile. Confirmatur
ratio quia si aliquid purum non ens
vel nichil esset possibile et aliud purum
non ens esset impossibile tunc unum nichil
esset magis alio nichilo quod videtur
absurdum igitur possibile non est omnino nichil
sed aliquid ens. Tertio ad de natura boni
sicut si bonum est forma aliqua non
nullum bonum est capacitas forme
igitur non nullum bonum est possibi-
litas ad bonitatem actualem. Tertio
augustinus super genesim 10. omnia 18 easdem litteras
format cor et manus sed aliter et
aliter igitur prius facte sunt a corde
quam a manu et dicitur secundum metaphysicae r.
ubi de duplici fluxu a deo. Additur
etiam ab istis quia ista distinctio
essentie ab esse existere sufficit ad
comparationem pro eo quod ipsa essentia intel-
lecta ut huius esse essentie ad hoc est
in potentia ad esse existere quod recipit
ab efficiente inquantum efficiens est et
tunc est composito ex potentia et actu
Contra istam arguitur primo quia

creatio est productio de nichilo sicut ante
lapis habuit verum esse reale igitur
quando producitur ab efficiente non producitur
de nichilo. Similiter si non producitur nisi
secundum respectum novum tantum ad efficiens
non videtur esse productio ad esse simpliciter
sed tantum ad esse secundum quid et minus est tale
productio simpliciter quam alia ubi saltem est
productio alicuius secundum esse absolutum. Tertio
secundum eandem viam quia ipse ponit
eandem relationem esse aptitudinalem et actualem
ex parte dei et propter hoc non posse
esse aliquam novam relationem actualem
in deo propter aptitudinalem antiquam igitur
similiter ex parte eius quod refertur
ad deum eadem est actualis relatio
et aptitudinalis et non est actualis nova
propter aptitudinalem realem antiquam non igitur
relatio aptitudinalis ad esse existere fuit
semper in ente habente esse essentie non
est in eo relatio actualis nova
inquantum est existens. Quarto secundum eandem
viam quia in fundamento eodem et
termino immutabili non potest esse respectus
novus sed hoc est fundamentum idem scilicet esse
essentie et terminus immutabilis scilicet deus igitur
nullus respectus novus potest esse ad ta-
lem terminum qualis ponitur esse existentie.
Quinto secundum eundem modum de ratione
quia productio rei secundum istud esse essentie
verissime est creatio ipsa enim est de
nichilo ut termino a quo et ad verum ens
ut ad terminum ad quem quia productio ista
secundum eos est eterna igitur creatio est eterna
cuius oppositum videtur omnes et dicit se
hic determinare. Sexto secundum eandem
viam per oppositum de adnichilatione sequitur
quod non possit aliquid adnichi-
lari sicut enim producitur de ente secundum
essentiam ita videtur redire in ens
secundum essentiam et non in nichil

P̃ 1º pncipa. ille rones que
tante sunt distinctie & gt dicit qd
nichil aliud a deo sit formatr nām
put sicut qua istam qr ita qua
dicunt de isto quiditatiuo si sit vm
ee sicut de ee exnte no eius vo
luntas magis natio vult aliud ee
in ee quiditatiuo quā velit aliqd
a se in ee exnte quia eadē rato
est utrobiqz 7 ita de alijs medijs
P̃. 3º res 2ᵐ ee exnte aut e
tmi9 relacois ydee quā isti ponut
in deo aut no ß 2ᵐ aliquid esse
9guind si scdo nō igr frustr po
res i isto ee eentie no eius uidetr
pp̃ aliquid poni nisi ut sint tmi
relato ydeal aliud que etnar sunt
in deo Si pmo nō igr aliquid
est in deo p actu intellectus diuini
2ᵐ q deus pt aliud se hre sine mu
tati eius oppositu pbatu est d. 8
ul 2º. pº ultie que quia p te
eē ee aliud a deo est natm ex
se formatr ponatr hoc p impole
istud eēs quiditatiue aliud se hre
sequitr qd illa entitas in deo sine
rei sine rōnis que hīt istud p tmo
aliud se hēat 7 expone alicui9
ita aliud a deo potest mutari aliqd
quod est in deo p actu intellectus
sui quod e impossibile. P̃. qn causa
est pfecta 7 independes in causando
7 agit naliter uidetr posse pduce
imediate sibi pfcōia qr pducat
2ᵐ ulti9 sue potentie intellcus diui9
ut intellectus pse 2ᵐ viam istaz
pducit in deo rones ydeal 7 ipas
eentias in rōne eentie 7 qr pp̃ius
in se rones ydeales quia rones
istas in isto ee sunt eius p hoc q
exnte sunt igr ydee alle habent

deūs ee eius sit nālit agens qr
ipa ydeata nō cat aut ydeas
nisi eēntia rōnis 7 nō in aliqd ee
reali igr ner dat aliqd esse
reale ipis ydearū que sunt eēntia
qr remotōa. P̃. quō istas ee
sentias pducit aut cognoscens
aut nō si sic igr qr sunt in cognte
aliquaz in isto ee 7 ita frustra
ponatr entitates pp̃ cognitionez
dei eternaz si nō qō pducit eas
nōe nālit sed ignis calefacit qd
uidetr absurdū valde de quocuqz
pducto a se aº in nā primo 7 filiū
pducit ut intellectus licet nō in
tellectē formatr sicut alias expo
situ est. P̃. qd attribuit aliud ef
fectū cause exnti 7 aliud cause
effici nō uidetr pbale qr eius exnis
nl est nisi quidaz effices effectus
eius dividitr in effices p intē
siue positiue 7 in effices p nām
2ᵐ pthm 2 ph. sicut qō nālit p
ducens nō est alia eius ab efficere
ita nec eius exnis ul exnis pdu
centis 7 ita idē erit effectū 7 exnti
pductu alicuius intelligentis ingnitū
e intellectus 7 ingnitū e exemplar
Quod etiā addit cōpostez eentie
in creaturis ex ista pōne ad actū
nō uidetr rōnabile qr nichil uidetr
ibi ee qd eius alio cōponatr Si enī
tota albedo pexistat in potentia
ut tmi9 potentie 7 postea ipa nūc
sit in actu nō est pp̃ hoc aliq
cōpositō rei 7 rei qō si pexistat
res 2ᵐ ee eentie 7 ipa pducatr
2ᵐ ee exntie idē 2ᵐ istos non
est aliud ab eentia sicut ut quar
relato e aliud a funda pp̃ qd

non ponunt fundamentum et relationem sa-
ne compositionem non erit res compositum
propter ista duo et istud posset esse causa
contra primam viam de creatione ad
improbandum creationem propter ydempti-
tatem relationis cum fundamento et eciam
esse. Concedo conclusionem istarum
racionum secundum partem negativam quantum ad
quod specialiter videtur esse hic. Quia non tantum
esse essencie fundat talem relationem
ad deum sed eciam esse existencie quia
contra arguit quia supra generaliter. A non aliud nomine
deus facta et facienda per cognoscitur
ergo esse existencie sicut esse essencie et
tamen propter istam relationem fundamentum
non concedit aliquis esse existencie
fuisse verum esse reale ab eterno igitur
pari racione nec de esse essencie est
concedendum omnia etiam motiva que
adducuntur de intellectu divino videtur
posse adduci de intellectu nostro quia
si aliquid non sit potest tamen intel-
ligi a nobis et hoc sive essencia eius
sive eius existencia et tamen propter
intellectionem nostram non ponitur quod illud
habeat verum esse essencie vel existencie
nec est differentia aliqua quoad hoc ut
videtur inter intellectum divinum et
nostrum nisi quod intellectus divinus produ-
cit illa intelligibilia in esse intelligibi-
li, noster non producit primo. Sed si istud esse
non est ex se tale quod requirat esse
simpliciter producere igitur in tali esse non est
producere in aliquo esse simpliciter et ideo
videtur quod si istud esse intelligibile non
requirit esse simpliciter comparando ad
intellectum nostrum quod comparando eciam
ad intellectum divinum producentem in isto
esse non debet esse simpliciter quia si esse
album non est nisi esse qualitativum

producere in esse albo non est producere in
esse simpliciter sed in esse qualitativo. Simili-
ter intellectus agens producit rem
in esse intelligibili, licet sit producta simplici-
ter et tamen propter istud producere intel-
lectus nostri agentis non ponitur res
sit producta habere esse simpliciter. Contra
hoc obicitur quod omne fundamentum relatio-
nis quod fundat relationem est causa, id est
esse causa quod fundat aliud, causa illud
esse non fundaret sed lapis causa verum
esse essencie fundat istam relationem
eternam ad deum ad scientem et hoc
in eternitate causa istud esse prius [illegible]
causa illud esse fundat relationem ad
deum scientem causa quod esse eius cognos-
citur ut obiectum a deo cognoscitur aut
a deo non sub racione essencie non sub
racione essencie divine quia forma in-
tellectus lapidis a deo non est reflex-
iva. Preterea productio non est alicuius re-
lationis racionis tantum quia relatio non
est nisi in anima igitur cum concessum
sit in precedenti quod deus producit res
in esse intelligibili, causa quod res cognita dicitur
esse ydea sequitur quod in isto secundo oportet
ponere aliquam entitatem absolutam rei
producte ita quod in entitate absoluta tali
entitate habite fundetur relatio ad
producentem. Ad primum dico quod abstrahen-
tium respectu abstrahentis non est distinctum
sed respectu tercii ad quod comparatur sub
racione abstrahentis quia causa primum secundo
Perihermeneias predicare de aliquo hoc quod
est homo mortuus est oppositum in ad-
iecto ad quod sequitur contradictio igitur
comparando passionem determinabilem ad deter-
minationem determinabile non est abstrac-
tum respectu determinationis sed includit
contradictionem ad ipsum sed respectu tercii
de quo dicitur mortuum est determinatio

distrahens et illud quod determinatur
per ipsam distrahitur ita quod illud non
dicitur illud nisi secundum quid ita dico
quod diminutum respectu diminuentis non est
diminutum sed respectu tertii ad quod comparatur
sub determinatione diminuente sicut cum dico
ille est albus secundum dentes non diminuitur
albus sed accipitur pro albo simpliciter
respectu huius determinationis aliquando est
univocatio ut ante accipitur sub ista
d. d. 3o ut de ethiope tamen diminutum
// Ad propositum hec determinatio esse in
opinione est determinatio diminuens
secundum philosophum ubi prius et patet esse in opi-
nione ita et esse in intentione sive
esse exemplatum vel cognitum vel re-
presentatum que omnia equivalent equaliter
licet igitur istud quod comparatur ad de-
terminationem istorum ut comparatur ad ipsum non
sit diminutum tamen ut sub aliquo
istorum comparatur ad 3m est diminutum
esse enim huius simpliciter et non diminutum
est obiectum opinionis Sed istud esse simpliciter
ut in opinione est esse secundum quid et ideo non
sequitur Omerus est in opinione igitur Omerus
est nec Omerus est existens in opinione igitur
Omerus est existens sed est fallacia secundum quid
et simpliciter ita hic comparando ad intel-
lectionem divinam lapidem in eternitate lapis
quidem simpliciter comparatur ad intellectionem illam
et hoc non pro esse secundum esse cognitum lapidis
sed secundum esse existentie et quodcumque com-
parabile tamen illud ut acceptum
sub illa comparatione sciencie dei di-
minuitur non autem distrahitur quia non
possit stare cum simpliciter cum tali re-
spectu diminuto ita quod illis respectus non
ponit intrinseco sunt determinabile esse
eius simpliciter nec ad formam actualiter
fundamentum relationis est secundum illud esse
secundum quod fundat relationem talem et quando
relatio in illo fundata non est

simpliciter diminuens esse sunt et ratio
realis huius secundum quid et simpliciter videtur
esse ista quia prima divisio entis
videtur esse in ens extra animam et in
anima et illud extra animam potest distingui
in actum et potentiam et potentiam essentie
et existentie et comparationem istorum esse extra
animam potest habere in anima et illud esse in
anima est aliud ab omni esse extra animam
et ita de nullo ente nec de aliquo
esse sequitur si habet esse diminutum in anima
quod propter hoc habeat esse simpliciter quia non
esse est secundum quid absolute quod tamen accipitur
simpliciter inquantum comparatur ad animam ut
fundamentum illius esse in anima // Ad
secundum dico quod productio illa est ad esse
alterius rationis ab omni esse simpliciter
et non est relationis tamen sed est fundamenti
absoluti non quidem secundum esse essentie quod
est esse verum sed secundum esse diminutum quod
est esse secundum quid etiam eius absoluti
quod tamen est absolutum secundum istud esse di-
minutum consequitur relatio rationis exemplum
huius si Cesar esset ad inchoationem et
tamen esset statua Cesaris Cesar
esset reputatus pro statua istud esse
reputatum est alterius rationis ab omni
esse simpliciter sive essentie sive existen-
tie nec esse diminutum Cesaris est aliquid
Cesaris quia aliquid Cesaris habeat
esse aliquid ante non non potest autem
ethiops est diminute albus quia
aliquid eius est vere album aliquid autem non
Sed nihil totius Cesaris esse accepta
prius est verum esse essentie et existentie
eius totius secundum tale esse suum est
istud esse secundum quid et in ipso secundum istud
esse secundum quid potest esse aliqua relatio
ad statuam et licet possit poni aliqua
complexa in exemplo non ita potest in proposito
de intellectione et obiecto quando obiectum totum est
secundum totale esse suum diminutum habet esse

in actu et si velis querere aliquod
esse bonum huius oportet ut sit bonum ullius
est querere nisi 2m quid nisi dicatur
quod esse 2m quid reducatur ad esse simpliciter
quod est esse intellectionis ipsius sed istud
esse simpliciter non est formaliter eius quod
dicitur esse 2m quid sed est eius principiative
vel naturaliter ita quod ad istud esse unum
reducatur esse 2m quid ita quod sine
isto non esset huius non esset illius esse
2m quid .. Ex hoc autem apparet quod
dicitur doctor subtilis d. 3. de conditione
et regulis earum secundum quem modo intellectus
unus a quibus intellectibus reducatur ad
ipsum intellectum dicendum per cuius esse
simpliciter ista omnia habent esse 2m quid
sed esse obiectum 2m quod esse movet intel-
lectum nostrum ad cognoscendum veritates
sinceras et proprie eorum motorum dicitur
intellectus movere sicut et iste habet
esse 2m quid proprie esse simpliciter illius
Ad primum principale dico quod ens
ratum autem appellatur illud quod habet
ex se firmum et bonum esse sine essentie
sive existentie quia bonum non est sine
aliis qualitatibus distinguatur autem
ens ratum dicitur illud quod primo dis-
tinguitur a figmento cui si non repugnat
vim esse essentie vel existentie si primo
modo sit dico quod homo non est ex se
ens ratum sed ab efficiente a quo habet
omne bonum esse et existentie et essentie
et tunc dicens quod numquam est ens ratum
nisi esset effectum concedo hoc modo
et quando est effectum est existens igitur
numquam est ens ratum nisi sit ex-
sistens sit concedo igitur non est diffinitio
nisi ut est existens nego istam quam
quia diffinitio est distincta cognitio
diffiniti 2m omnes partes essentiales
distincta autem cognitio potest esse
alicuius licet ipsum non sit ens ratum
non enim oportet quod ibi ens ratum termi-
net cognitionem diffinitivam et non
sequitur ens ratum diffinitive intelligitur
igitur ens ratum est. Si 2o modo intelligitur
ens ratum dico quod homo est ex
se ens ratum quia formaliter ex se
non repugnat sibi esse sicut enim
mutuum repugnat primo aliquid
repugnat ei formaliter ex ratione eius
ita cui non repugnat formaliter non re-
pugnat proprie rationem ipsius et si homini
de se repugnaret esse per nullum respec-
tum advenientem posset non repugnare
esse sibi et si ex hoc infertur homo
est ex se ens ratum hoc non ergo
est deus quia non valet quia deus
non est tantum cui non repugnat esse
sed est ex se ipsum esse .. Et autem di-
citur quod homo est formaliter ens ratum
aliqua relatione que est ratitudo eius
hoc improbatum est d. 3. q. de vestigio
et videtur valde absurdum quia 2m
augustinum 7. de trinitate c. 2o. si nichil est de
se nichil est ad se nichil est ad aliud
et hoc ipse concedit quod relatio non potest
fundari in relatione sed in absoluto quero
igitur de fundamento talis relationis que
dicitur ratitudo et dicatur a. si est ad
se igitur non includit essentialiter in suo
intellectu per se respectum quia nichil es-
sentialiter includens respectum est for-
maliter ad se istud a. inquantum est ad
se aut est ratum et hoc propositum aut
non est ratum et tunc respectus ille
fundabitur in ente non rato et respectus
per eos est idem fundamento igitur re-
spectus est idem enti non rato quod
quidem est maxime inconveniens Si accipiatur
ratum per illo cui non repugnat esse
quia tunc sequitur quod illa ratitudo
fundabitur in non rato quod est contra
et ita ille respectus erit nichil et

nit ens totum est ex duobus in-
habilis. Ad 2m argumentum dico quod
deus ab eterno intellexit lapidem
et non ut idem sibi et intellectio
ista fuit realis et intrinseca non locata
non tamen ex hoc sequitur plus
quod lapis sit eterna quam extrinseca
nec magis comparando ad intellectum
divinum quam intrinsece sequitur quidam ergo
res fuit intellecta. Sed arguendo ergo
res fuit in aliquo esse reali falsa
2m quod et simpliciter. Pro idem ad 1m
quod adducitur per oppositum de propositione
ad intellectum dico quod ista propositio
est relatio convenientie ad cognoscentem
et hoc est dimittens eius in quo
fundatur sicut declaratum est relatio
autem dimittens non oportet quod re-
quirit seu entitate simpliciter
illius entis quod determinat et conve-
niens non est talis propositio impossibilis
ad intellectum divinum dico quod bene potest
esse quod omnino niger non sit albus nec
tamen propter hoc albus 2m de nexus est
simpliciter albus ita potest esse quod omnimoda
incompossibilis sit impossibilis ad intellectum
divinum et aliqua propositio sit possibilis
ad intellectum eius non tamen ad esse simpliciter.
Ad illud de permutata propositione dico
quod ille modus arguendi acceptus est
ab euclide 16 quinti si quatuor
quantitates proportionales fuerint permu-
tatim proportionales erunt quae prius per in-
precedentem eadem est propositio multi-
plicata et ista permutatione ita et
nota in quantitatibus utuntur aliqui
in argumentis plures autem usus
fuit ea 2o bezo in duabus regulis
Si a et b conveniunt et c et d conveniunt
et a et c contradicunt et b et d contradicunt
et econverso quae vera est quia alia
contradictoriarum dicitur de quolibet

et quia convertibile cum uno contradictorio
non recipit predicationem alterius nec econverso
non convertitur cum reliquo contradictorio
et generaliter ubicumque potest haberi aliqua
proportio correspondens in euclide vera
per quam teneat permutatio ista corre-
spondens 16 tunc permutatio est bona
quando non non. Ad propositum igitur quia
numquam tenet talis permutatio com-
parando extrema ad superius et
inferius primo est falsa consequentia quia
extrema duarum contradictionum ad
invicem comparata habent proportionem superioris
et inferioris et non eandem oppositum eius
consequentis infert oppositum antecedentis et non
econverso et ideo arguendo ut in inferendo
sicut primum ad tertium et 2m ad quartum
facit falsam consequentiam sed de arguendo econver-
so sicut primum ad tertium in inferendo
ita 4m ad 2m ita in proposito sed omne
ens est possibile igitur omne impossibile est
non ens. Et quod adducitur ibi quod tunc
unum verum nichil erit magis alio
nichilo. Dico complicatur in est affir-
matio quia non propter repugnantiam
positivam alicuius ad affirmationem illius
negationis sed propter solam negationem
cause non poneret effectum illud pro
si aliqua superficies esset neutra
quidem non alba non propter repug-
nantiam sufficientem ad affirmationem
oppositam huic negationi sed propter
solam negationem cause non poneret
albedinem in esse superficiei quamquam autem
in est negatio positiva propter re-
pugnantiam eius ad affirmationem et oppositum
illius negationis et hoc dupliciter quamquam
enim talis repugnantia competat propter
aliquid verum de intellectu necessarium
sicut in speciebus ultimis eiusdem generis
proximi negationes earum mutuo
dicuntur de se propter earum repugnantiam
que est propter solum verum inclusum in

intellectu infinitis sed propter duas ultimas complectivas quarum utraque propter plura inclusa in intellectu infinitis vel alterius sicut si accipiantur species specialissime generum generalissimorum repugnant quidem sibi invicem affirmationes propter multa inclusa in eis propter tot scilicet quot sunt predicata dicta in quid de utroque in suo genere vel etiam dicuntur in quid de albedine quod non sit medium ad ostendendum hanc homo non est albedo et similiter nichil dicitur in quid de homine quod non sit medium ostendendi eandem et ideo ista homo non est albedo valde est propter repugnantiam extremorum simpliciter sive propter multa inclusa in intellectu repugnantium quorum quodlibet ex utraque parte esset sufficiens ad talem repugnantiam et tamen in omnibus istis incompossibilibus negationibus licet ex diversis causis insunt non dicitur aliqua magis vel minus vera sed quelibet simpliciter non tale ita enim est sapor nichil albedinis sicut homo et plures superficies nichil habent albedinis posito casu isto et ideo quare non magis est hec negatio quam illa est quia quelibet negatio negat affirmationem sibi oppositam ex quacumque ratione sit sive propter unam rationem sive propter plures ita in proposito homini in entitate inest non esse aliquid in chimera non esse aliquid sed homini non repugnat esse sed tamen inest negatio propter negationem cause non ponentis chimere autem repugnat quia nulla causa posset in ea imprimere aliquid et quare homini non repugnat et chimere repugnat est quod hoc est hoc et illud est illud et hoc est quocumque intellectu comparante quia sic [illegible] quodque

repugnat alicui formaliter ex se repugnat sibi et quod non repugnat formaliter ex se non repugnat vel est hic singulariter quod homini non repugnat quia est ens in potentia et chimere repugnat quia non est ens in potentia. Ymmo magis econverso quia homini non repugnat ideo possibile est potentia logica et quia chimere repugnat ideo est impossibile impossibilitate opposita et istam possibilitatem concomitatur possibilitas obiectiva et hoc supposita omnipotentia dei quo respicit omne possibile quod non sit aliud a se tamen illa possibilitas logica ab ratione sui posset stare licet per impossibile nulla omnipotentia eam respiceret prima igitur omnino est et non reducibilis ad aliam quare homini non repugnat esse est quia homo formaliter est homo et hoc sive in re realiter sive in intellectu intelligibiliter et prima ratio quare chimere repugnat esse est chimera inquantum chimera aliquid igitur inest ista negatio incompossibilitas homini in entitate et alia chimere et tamen non propter hoc est unum magis altero. Vel posset dici quod ab homine removetur tantum illud esse et non aliud quod ad esse quod est possibile ad esse a chimera autem removetur esse et [illegible] et ideo propter plura negatur esse a chymera quam ab homine non tamen magis est ista negatio in uno quam in alio sed prima magis videtur vera. Ad [illegible] capacitas forme secundum cum est minima que habet aliquam entitatem variam et non tamen in causa sua quale habet anima Christi antequam crearetur de hoc in 2o libro 21 distinctione. Ad ipsum super quo concedo quod quando sunt due cause ordinate ambe causant effectum et alia quia superior plus causat et ita s

cor est causa supior et manus in-
ferior respectu luaz utiqz curat ta-
cor qua manus non est prius cor
qua manus perdurat lux in aliquo
non esse et postea eis addit ma9
aliquem respectum // Ad ultimum de dure
loquitur de fluxu formarum a deo
inquantum intellecte sunt et de fluxu
omnibus eius quod est i rei in esse
nota et credo quod sicut aliud e esse
intellecti inquantum intellectum ab esse
non quod est eternarum ex parte aiaz
ita fluxus ille et iste est aliud
et aliquis et utroqz fluxu fluit
res adeo non sunt in nobis quod res
preexistunt in se vel in causa ad hoc
ut moveat intellectum nostrum ad actum
intelligendi non autem intelligit
diuinus sicut ipsum fluxum in esse qui-
ditatiuo quia esse intellectum cum esse
distinctum contra totum esse reale in
quiditatiuum quam existere
Et quantum deuiauimus etc.
Circa distinctionem 2a in q
ungitur agit quo deus e in rebus
querit unum utrum sit deum esse presentem
ubiqz per potentiam inferat ipsum
esse ubiqz per potentiam eternam i
utrum omnipotentia natiua inferat
immensitatem quod sit omne agens
est prius passo per prim a ph et
hoc immediate si immediate potest agere in id
vel mediate si mediate agat in illud
si omnipotens potest agere in quodlibet
immediate ergo est prius nichil immediate
Contra potest sumpsi ad extra uni-
uersum et tamen non est ibi per eternam
Item agens creatum potest agere ubi
non est tamen quod oportet quod sit in-
mediate nichil sibi proximo passo in
quod agat licet quodqz non agat
in illud passum actione eiusdem rationis

cum actione qua agit in remotum
sicut piscis mortificans manum
piscatoris non mortificat rethe
quodqz autem in proximum passum non
agit eadem potentia actiua qua
agit in remotum / licet agat alia
potentia actiua sicut corpus celes-
te generans mixta in inferioribus tre
vel aliquod mixtum animatum vel in
animatum hoc ipsius agit forma
sua substantiali quia non substantia non potest
generare substantiam nec aliquod accidens
immedio potest esse ro generandi substantiam est
ergo forma corporis celestis potentia
actiua in remotum absqz hoc quod
corpus illud agat in proximum per
eandem potentiam actiuam per quam
agit in remotum licet agat in propin-
quum per aliam potentiam actiuam Et
hoc accidit vel propter quantum istarum
2arum potentiarum actiuarum in eodem
quarum utraqz est actiua et una hic
proximum per passo proportionato et alia
potentia hic reliquum passiuum re-
motum per passo proportionato vel accidit
propter imperfectionem agentis ipsius in quo
est defectus virtutis actiue propter
quem defectum prius agit per formam
imperfectiorem quam per perfectiorem sicut
generans corruptibile prius alterat quam
generet propter imperfectionem talis agentis
a quo prius origine est imperfectius
Si ergo tollamus primo ab agente
creato generato talem duarum potentiarum
et 2o tollamus ab eo istam imperfectionem
quod non oporteat eum prius agere in
perfectius non videtur aliqua ro quare
non sit prius remoto per potentiam
per quam modo est sibi prius in ratione
potentie actiue et tamen non agere
in propinquum nec illa potentia sed non mo

nec alia et hoc maxime si potencia
illa per quam agit in remotum sit sim-
pliciter potencia activa perfectior quanto enim est
perfectior forma in creaturis tanto
videtur esse ratio agendi in remocius
Ex hiis ad propositum videtur quod
omnipotencia que est simpliciter perfectissima potencia
activa non requirat actionem in vim
passivam propinquam quam in aliud nec propter
diversas potencias concurrentes in
agente nec propter potenciam generationis
impressionis ex quo videtur quod talis
omnipotencia sit ratio agendi in quodcumque
et producendi quodcumque possibile licet
per impossibile ipsum cuius est omnipotencia
non esset ubique et sic secundum hoc videtur
esse tenenda pars negativa questionis
Et confirmatur quia si omnipotencie
est voluntas eque posset velle
distans sicut propinquum videtur
quod si omnipotens per impossibile
esset in aliquo loco determinato et
non ubique posset velle aliquid esse
in alio loco cui non repugnaret esse
et per consequens suo velle illud haberet esse
in illo loco et per consequens hoc fieret ab
omnipotente absque hoc quod omnipotens
esset ibi presens secundum essenciam Confir-
matur etiam quia ante creationem
mundi non est ymaginandum vacuum
infinitum quasi ibi presens fuit deus
per essenciam antequam produceret mun-
dum immo non ut alicui presens secundum
essenciam fuit presens potens facere
mundum sicut igitur ibi presencia immen-
sitatis non preexigebatur presencie po-
tencie sue ut potencia est immo
potencia presens habuit eternaliter suum quod
esset presencia secundum essenciam ita videtur
quod modo non oporteat intelligere
deum in aliqua parte universi ut

ibi aliquid causet sed magis quasi
econverso presens sit ibi secundum potenciam ut
ibi aliquid causet et tunc licet per
impossibile non esset ibi presens secundum essenciam
posset tamen ibi causare Ad argumentum
potest dici quod illud dictum philosophi verum est
de agentibus naturalibus qui agunt per
qualitates naturales vel per formas
naturales activas que non sunt principia
agendi in reliquum remotum nisi
sint alie forme concurrentes que
sunt principia agendi in propinquum ita
autem non est de voluntate qua omni-
potens agit

Hic igitur ad propositum rede-
amus etc. Circa 28 distinctionem
in qua magister agit de modis divine
cognitionis queritur utrum deus sciat
respectu futurabilium sit practica quod non
2o metaphysice finis practice est opus nichil
autem extra deum est finis eius Con-
tra 6 eth. ult. ars scientia dicit quod ars
est habitus practicus etc. Solutio 83 q. q.
46 ydee sunt rationes secundum quas formantur
omnia formabilia Solutio in q. de ideis an
sit practicalis speculativa deinde multum de
cognitione practica et speculativa bre-
viter aliqua applicando potest dici ad
propositum quod de ratione habitus practici sunt
duo scilicet conformitas ad praxim qua
conformitate habet extensionem ita quod est
et prioritas eius naturalis ad eandem
praxim quia praxis ut ab eo
dicitur operatio practica est operatio que
distinguitur a speculatione nulla autem
operatio alia a speculatione est in potencia
speculantis nisi sit vel esse possit naturaliter
posterior speculatione cognitio autem
non ponitur practica in aliquo intellectu
eius nisi respectu praxis que est
in potestate eius et ex hoc sequitur ultimum

quod cognitio proxima praxi sit ali-
qua scientia de diversa praxi eligen-
da puta medicinae de conclusione silli
sciencie que cognitio est finis motus
intellectus sed ab ea incipit operatio
et non solum cognitio ista est scientia
que sit est proxime scientia sed etiam
cognitio scientiorum principiorum que
virtualiter ipsam includunt et etiam
cognitio quiditativa terminorum quos
includunt principia scientia sicut ibi
dictum est. Contingit igitur intellectus
non potest habere aliquam talem cognitionem
dictativam de opposito scienter vel aliter
dictantem illam praxim quam respicit
talis cognitio nec potest habere cognitionem
principiorum ex quibus inferatur talis
cognitio dictativa operandorum nec
potest habere cognitionem quiditativam ter-
minorum inclusorum in talibus principiis
vel in quibus includuntur talia principia
talis intellectus non videtur posse
habere cognitionem scientiam perfectissime
superius secundum illas scilicet dictas conditiones
perfectas scilicet conformitate ad obiectum et
prioritate. Sed intellectus divinus com-
parando cognitionem ad actum voluntatis
eius non prehabet cognitionem dictativam
de aliquo faciendo nec cognitionem
alicuius principii nec quiditativam
terminorum includentem principium scientificum
igitur non habet aliquam cognitionem confor-
mem et priorem tali praxi per rationem
naturae scilicet ante actum voluntatis di-
vine posset intellectus divinus habere
aliquam talem cognitionem haberet esse
mere necessario et naturaliter et necessario quia
omnis cognitio precedens ibi actum
voluntatis est mere naturalis et per consequens
ut est ideo mere naturalis intellectus divini de
necessitate igitur cognosceret hoc esse faciend[um]

et nec voluntas tunc hoc offerretur non
posset non velle ipsum quia nec posset
esse non ita de necessitate. Igitur voluntas
divina vellet hoc operando quia qua
ratione esset de uno eadem de alio. Hic
instatur. Primo quia per istam rationem
intellectus divinus non haberet aliquam
cognitionem speculativam aut enim
voluntas necessario vellet illud intel-
lectum speculari et nec non esset libertas
divina ex parte voluntatis aut posset
intellectum posse speculari non velle
et nec posset esse non ita. Praeterea si primo
intellectui divino offeretur aliqua lex
universalis puta esse gratificandum vel benefaciendum
et ipsam acceptat voluntas divina
et ex hoc statuitur aliqua lex sapientie
et secundo offeratur intellectus voluntati
petrum esse beatificandum si voluntas
ipsum acceptet videtur ex hoc intellectum
cognoscere petrum esse glorificandum
et hec cognitio dictativa non accep-
ta in se formatur a voluntate licet
voluntas verificaverit premissas ex qui-
bus intellectus habet istam. Ad primum
istorum intellectus divinus ex necessitate
nature speculativus est nec ad hoc est
formalis libertas licet non sit sine
voluntate complacentie. Deus enim necessario
est sciens non autem est sciens vo-
luntate proprie sicut necessario non volens
est deus quod igitur arguitur si volun-
tas non posset non velle intellectum
speculari igitur non est summe libera non
sequitur quia libertas eius non est
ad intrinsecam que scilicet precedit actum eius
sed libertas eius est ad omnia factibi-
lia et ideo necesse est ponere primam de-
terminationem in voluntate respectu fac-
tibilium non sit autem esset scilicet intellectus

specius determinaret primo non posse
posset salvari libertas in voluntate
respectu scibilium sed necessitas aliqua co-
tingentia quia intellectus naturaliter pre-
determinaret ea mera necessitate naturali
et voluntas naturaliter conformaret se
intellectui quod autem naturaliter et
naturale quod est conforme naturali non
potest esse contingens. Ad secundum dico quod
intellectus divinus non potest cognoscere
aliqua discurrendo sicut predictum
argutum est sed distinguendo de quo nunc
in primo apprehendit quodcumque operabile
tam illa que sunt principia operabilium
sicut operabilia particularia et in secundo offert
omnia ista voluntati quorum omnium
aliqua acceptat tam principiorum
specierum quam operabilium particularium
et tunc in tertio signo intellectus scit
eque primo illa particularia et immediate
sicut illa universalia et ita non acquirit
cognitionem illorum particularium ex prin-
cipiis predeterminatam per voluntatem
hoc magis patebit in questione de scientia dei
respectu futurorum contingentium. Ad
argumentum dico quod ars est habitus cum ra-
tione factivus ex 6 ethicorum et potest compleri
accipiendo diffinitionem artis intelligendo recta
id est directiva sive rectificativa pote-
ntiam aliquam cuius est operari secundum
artem divinam autem est habitus cum
vera ratione quia scilicet est habitus tantum
apprehensivus rectitudinis agendorum
et non directivus vel rectificativus in agen-
dis hoc secundo modo potest concedi ars in
deo quia potentia determinativa voluntatis
eius respectu quorumcumque operandorum
intellectus eius cognoscit rectum
ordinem operandorum et tunc est ibi
operatio recta id est cognoscens rectitudinem
non tamen recta id est directiva potentie
operantis sed hoc maxime si potentia
operans extra ponitur esse voluntas
et non aliqua alia potentia exsecu-
tiva quia si poneretur aliqua potentia
exsecutiva alia a voluntate videtur
posse ibi salvari recto recta alio modo
scilicet habitus respectu potentie illius operantis
secundum eam qua possit non salvari
respectu voluntatis. Per idem patet
ad aliud argumentum quia ydee sunt omnia secundum
cognita sicut dictum est prius scilicet
que sunt alia extra non tamen includunt
aliquam notitiam dictativam de ope-
rando vel non operando licet repu-
tentur operabilia sed cognitio operabilis pra-
ctice non est scientia practica nisi virtualiter
includat principium vel conclusionem
practicam sic non est in ydeis et in in-
tellectu divino

Circa queri solet hic. Circa
distinctionem 38 in qua magister
agit de infallibilitate divine scientie et circa
principium 39 distinctionem in qua magister
agit de immutabilitate divine scientie quoniam
ad istam materiam pertinet scientia divina res-
pectu simpliciter contingentium circa quero 4.
Primo utrum deus habeat notitiam
determinatam omnium quantum ad omnes co-
nditiones contingentie. 2o utrum habeat
certam notitiam et infallibilem de omnibus
quantum ad omnes conditiones contingentie.
3o an habeat immutabilem notitiam
de omnibus quantum ad omnem conditionem
contingentie. 4o utrum necessario sciat omnes
conditiones contingentie omnium. Quinto utrum
cum determinatione sue scientie possit stare
aliqua contingentia ex parte rerum in ex-
istentia et hec sunt quasi pertinent quoniam
per eadem sunt solvende. Ad primam
questionem arguo quod non quia secundum philosophum 2o
periermenias in futuris contingentibus non

est deriata iuitas igitur ut stabilitas determinata igitur nec intellectus habet noticiam determinatam de eis. Confirmatur et per philosophum suam [illegible] quia non oportet nec consiliari nec negociari ita videtur si est aliqua noticia de aliquo futuro contingenti non oportet consideri vel negociari quia sine consilium sine non hoc eveniet. Praeterea potentia dei si esset limitata ad unam partem esset imperfecta quia si deus ita possit hoc quod non possit eius oppositum esset potentie limitate igitur eodem modo si ita sciat unam partem quod non aliam erit limitatus in sciencia. Ad 2am rationem arguo quod non quia sequitur deus novit me sessurum cras et non sedebo cras igitur deus decipitur igitur a simili deus novit me sessurum cras et possum non sedere cras igitur deus potest decipi prima illatio est manifesta quia credens illud quod non est in re decipitur probo ex hoc quod qua teneat quia sicut ad duas de inesse sequitur conclusio de inesse ita ex una de inesse et alia de possibili sequitur conclusio de possibili. Praeterea deus scit me sessurum cras et possibile est me non sedere ponatur in esse non sedebo cras sequitur quod deus decipitur sed ex possibili posito in esse non sequitur impossibile igitur ista deum decipi non est impossibilis. Confirmatur in primo ente perfectissimo nulla est imperfectio sed si deus talem noticiam non haberet esset imperfectus igitur. Ad terciam quod arguo quod non a contradictorio in contradictorium non est transitus nec esse potest sine aliqua mutacione quia si nulla sit omnino mutatio non videtur aliquo modo quod illud quod prius fuit verum sit modo falsum igitur si deus

sciens a potest nescire a videtur hoc esse per aliquam mutacionem potest non nisi in ipso a vel scientia a deo quia nullo esse habet nisi scientia dei et per consequens eius mutatio esse non potest sine mutatione scientie dei quod est propositum. Praeterea quidquid non est a et potest esse a potest incipere esse a quia non videtur intelligibile quod affirmatio negationis que inest possit non esse nisi incipiat esse igitur si deus non scit a et potest scire a potest incipere scire a igitur potest mutari ad scire a. Praeterea si deus non scit a et potest scire a quero que potentia sit ista aut enim est passiva et tunc est ad formam et sequitur mutacio aut est activa et patet quod naturalis quia intellectus ut intellectus non est liber sed naturale agens talis autem potentia non potest agere postquam non egit nisi mutetur igitur ut prius sequitur mutatio. Ad oppositum quod arguo quod sic quia deus immutabiliter scit a igitur [illegible] per a intelligitur antichristum fore probatio quod primo quia non ponitur in deo mutabilitas nisi immutabilitas igitur quidquid est in eo est necessario immutabiliter. 2o quia omne immutabile videtur esse necessarium formaliter sicut omne possibile quod repugnat necessario videtur esse mutabile omne enim tale possibile ex se non est et ab alio potest esse primum autem esse potest non esse sine ordine durationis sine ordine vero non videtur posse esse sine aliqua immutabilitate igitur etc. Praeterea quidquid est in deo potest esse idem deo et per consequens sed quidquid potest esse deus de necessitate est deus quia deus est immutabilis igitur quidquid potest deo in esse de necessitate est deus scire a potest in eo deo igitur

de necessitate est deus et per consequens simpliciter necessario scit a. Preterea omnis perfectio simpliciter necessario absoluta necessitate inest deo, scire a est aliqua perfectio simpliciter, alioquin deus non est imperfectus si nesciret a formaliter, quia non est imperfectus nisi propter carentiam alicuius perfectionis simpliciter. Ad quintam conclusionem arguo quod non quia sequitur scit a ergo necessario est a; antecedens a coniugatis, utrumque probatio: quia actus rationalis non distrahitur propter materiam super quam intendit; loqui non distrahitur si intendat super hoc quod continue nichil loqui sequitur, cum dico me nichil loqui ergo aliquid dico; igitur a simili sancte non distrahitur propter materiam super qua intendit; igitur cum scire dei sit simpliciter necessarium non distrahitur ab hac necessitate propter hoc quod intendit super contingens. Preterea omne scitum a deo necessario est; a est scitum scit; ergo a est necessarium; patet est necessario quod predicatum de necessitate inest subiecto; minor est de inesse simpliciter, quia per consequentiam necessariam ergo sequitur conclusio de necessario. Oppositum quantum ad tres conclusiones primas dicitur ad Hebr. 4o: Omnia nuda et aperta sunt oculis eius, et glossa ibi: quere eam; igitur habet determinatam notitiam de omnibus quantum ad omne cognoscibile in eis, et infallibilem et immutabilem, quia nichil in eo est mutabile ex distinctione 8. Ad oppositum 4e questionis: si deus necessario sciret a esset necessario scitum, et si necessario scitum igitur necessario verum, quod est falsum, igitur etc. Ad oppositum 4e questionis: ens dividitur in necessarium et contingens, igitur intellectus intelligens ista secundum rationes suas proprias intelligit hoc ut necessarium et id

ut contingens, alioquin non intelligeret ista ut sunt talia, etiam et per consequens illa scientia non tollit contingentiam a scito. Circa istas conclusiones ponitur communiter cognitio dei respectu omnium quantum ad omnes conditiones expressas propter ydeas que ponuntur in intellectu divino et propter earum perfectionem in representando, quia representant illa quorum sunt non solum secundum se sed secundum omnem rationem et habitudinem extremorum, et ita ydea in intellectu divino est ratio sufficiens non tantum apprehendendi simpliciter ydeata sed etiam apprehendendi omnem habitudinem illorum et omnem modum pertinentem ad existentiam ydeatorum. Contra: rationes cognoscendi terminos alicuius complexionis non sufficienter causant notitiam illius complexionis nisi ipsa nata sit cognosci ex terminis; complexio contingens non est nata cognosci ex terminis, quia tunc non tantum esset necessaria sed prima et immediata; igitur rationes terminorum cognoscendi quantumcumque representent eos perfecte non sunt sufficientes cause cognoscendi complexionem illam contingentem. Preterea ydee representant mere naturaliter quod representant sub ratione qua representant, quod patet ex hoc quia ydee sunt in intellectu divino ante actum voluntatis divine, ita quod nullo modo sunt ibi per actum illius voluntatis, sed quodammodo naturaliter precedit actum voluntatis; continue nunc accipio igitur duas ydeas extremorum que representantur in eis, puta hominis et albi; quero aut iste ex se representant compositionem istorum extremorum aut divisionem aut utrumque; si compositionem, igitur naturaliter cognoscit illam, et ita non necessario cognoscet divisionem; et similiter si representant

nud divisionem si utrumque igitur deus
per istas nichil novit quia scire
contradictoria esse simul vera est scire
nichil. Preterea eodem modo sunt ydee
possibilium non futurorum sicut futurorum
quia ista distinctio possibilium non
futurorum a futuris non est nisi per
actum voluntatis divine igitur ydea pos-
sibilis futuri non magis reputat
ipsum de natura futurorum in esse quam
ydea possibilis non futuri. Preterea
non magis reputabitur ydea futuri
ipsum esse ponendum in esse in hoc nunc
quam in illo. Alii ponunt quod deus
habet certam noticiam de futuris contin-
gentibus per hoc quod totus fluxus
temporis presens est eternitati et omnia que
sunt in tempore quod probatur per hoc
quod eternitas est immensa et infini-
ta et per quas sicut immensum est simul
presens omni loco ita eternum est simul
presens toti tempori et declaratur per exem-
plum quod baculo fixo in aqua
iuxta quem baculum et si totus
fluvius successive fluat et sic sit
presens omnibus temporibus fluvii suc-
cessive non tamen baculus est im-
mensus respectu fluvii quia non est
simul presens toti igitur eodem modo si
eternitas esset quedam stans sicut
baculus iuxta quem fluet tempus
ita quod numquam esset sibi presens simul
nisi unum tempus sicut baculo non
est presens simul nisi una pars fluvii
eternitas non esset immensa respectu
fluvii temporis. Confirmatur etiam hoc
quia nunc eternitatis ut est nunc temporis
non coequatur sibi igitur ut est in
isto nunc excedit ipsum non autem
excedet nisi ut est in isto nunc
esset in alio simul. Confirmatur etiam
hoc quia si totum tempus posset esse
simul extra nunc eternitatis esset sibi
presens toti isti tempori sed licet esse simul
repugnet tempori propter eius successionem
nichil tamen perfectionis tollitur propter
hoc eternitati quo ipsa eternitas est
cq modo presens toti tempori et cuilibet existenti
in tempore. Confirmatur per aliud exemplum
de centro in circulo quia si ponere-
tur plures esse circumferencias circuli
et nunc eternitatis esse centrum quantum-
cumque esset fluxus in tempore totus
tamen fluxus et quelibet eius pars
esset semper presens centro ita igitur in
quacumque parte temporis existencia sive pre-
terita sive presencia sive futura omnia
presencia sunt respectu nunc eternitatis
et ideo deus qui est in nunc eternitatis
videt ea presencialiter propter suo tabule co-
existenciam sicut ego possum videre
presencialiter quod est in isto quod michi
presens. Contra hoc arguo primo re-
ducendo contra eos quod ipsi addu-
cunt de immensitate quia posito quod
locus posset continue crescere in infi-
nitum ita quod sicut tempus est in con-
tinuo fluxu ita deus augeatur ut et
augeat semper locum infinitus immen-
sitas tamen dei non esset sibi racio
coexistendi alicui loco in aliquo nunc
nisi existenti non enim deus per immensi-
tatem suam coexistit alicui quod non
est licet possit tamen locum extra uni-
versum et nunc per immensitatem suam illi
coexisteret sed igitur immensitas non est
racio coexistendi loco nisi actuali et non
potenciali quia non est parte racione
eternitas non erit racio coexistendi alicui
nisi existenti et hoc est quod arguitur
quod illud quod non est nulli potest co-
existere quia coexistere dicit rela-
cionem realem sed relacio non est

realis cuius fundamentum non est
reale. Praeterea si effectus habet esse in se ipso
respectu causae primae simpliciter est in se
quia respectu nullius habet verius esse
unde illud quod dicitur tale respectu
causae primae potest dici simpliciter tale. Si
ergo aliquod futurum sit in actu respectu
dei ergo simpliciter est in actu igitur impossibile
est ipsum postmodum poni in actu. Praeterea
si sessio mea futura non solum quantum
ad entitatem quam habet in esse cognos-
cibili sed quam habet in esse existentiae est
nunc praesens aeternitati igitur nunc est pro-
ducta a deo in illo esse, nam nichil
a deo habet esse in fluxu temporis nisi sit
productum a deo. Consequens illud esse secundum istam
sessionem deus produceret vel animam anti-
christi quod idem est igitur illud quod
iam ab ipso productum est iterum produ-
ceretur in esse et ita bis produceretur in esse.
Praeterea ista positio non videtur immediate
ad illud propositum quod ponitur scilicet ad ha-
bendum certam notitiam futurorum, et
primo quidem quia ista sessio praeter hoc
quod est praesens aeternitati consequens quod est
in aliqua parte temporis ipsa tamen est
futura in se. Consequens hoc igitur quod est
futura et a deo producenda quaero utrum
habeat certam notitiam eius scilicet sit; ergo
non est per hoc quod iam existens est
sed consequens quod futura est, et istam certitudinem
oportet ponere per aliquid aliud et id
sufficiat ad omnem cognitionem certam de
existentia huius rei si non novit ipsam
certitudinaliter ut sit futura igitur pro-
duxit ipsam non praecognoscens ipsam
praecognoscit autem certitudinaliter ipsam
cum fuit producta igitur aliter novit
facta quam fienda quod est contra Augustinum
4 super genesim ad litteram. Secundo quia intellectus
divinus nullam certitudinem habet vel
accipit ab aliquo creato alio a divina
essentia tunc enim vilesceret. Unde nunc
etiam de sessione mea in actu po-
sita non habet intellectus divinus certitudinem
causatam in ipso ab ipsa sessione, nec
enim sessio haec movet intellectum eius,
igitur eodem modo omnia ipsa si sint
in sua existentia praesentia aeternitati consequens
illas eorum existentias non faciunt certi-
tudinem de eis intellectui divino, sed
oportet quod per aliud sit et illud aliud
sufficit nobis. Praeterea isti ponunt quod
evum angeli est omnino simplex coexistens
toti tempori, ergo angelus qui est in evo
praesens est toti fluxui temporis et omnibus
partibus eius, ergo videtur consequens istam
rationem eorum quod angelus naturaliter pos-
sit cognoscere futura contingentia. Contra
positionem dicit quod licet aliqua respectu divinae
scientiae sint necessaria non tamen sequitur
quin respectu causarum proximarum possint
esse contingentia. Confirmatur per Boethium 5
consolationis circa ultimam partem prosa 6 ubi sic dicit
Si dicas sit quod eventurum deus videt
illud non evenire non posse, quod autem
non potest non evenire illud ex necessitate
contingere, neque ad hoc nomen necessitatis af-
fingas videbo idem futurum cum ad
divinam notitiam refertur necessarium cum non
in sua natura perpenditur liberum prorsus et absolutum.
Praeterea hoc etiam arguitur quod defectus
et imperfectio in effectu potest esse a causa
proxima licet non a causa remota
vel priori sicut deformitas est in
actu a voluntate creata non autem
inquantum est a voluntate divina ideo
peccatum non reducitur in deum ut in causam
sed tantum imputatur voluntati creatae licet
ergo quantum est a parte dei qui est causa
remota esset necessitas rerum tamen

ex causis causatis proximus pt esse
contingentia in eis // Contra hoc ar-
gumentum est distinctione 2 ubi probatum
est deum esse intelligentem et vo-
lentem et per hoc esse contingentiam rerum
quia nulla contingentia pt esse in
creatione alicuius cause respectu
sui effectus nisi prima causa contingenter
se habeat ad causam proximam sibi
vel ad suum effectum quod probatur bre-
viter ex hoc quia causa movens
inquantum mota si necessario movetur
necessario movet proximam sibi vel produ-
cit effectum suum tota igitur ordinatio
causarum usque ad ultimum effectum ne-
cessario producit si habitudo prime cause
ad causam sibi proximam sit necessaria
// Preterea causa prior naturaliter prius respi-
cit effectum suum quam causa posterior
igitur in illo priori si habet necessariam
habitudinem ad ipsam dabit sibi esse
necessario in 2o autem o ne non potest
sibi dare causa 2a vel principia
esse contingens quia iam preintel-
ligitur habere a causa prima esse con-
tingens repugnans contingentie
nec pt dici quod in eodem o iste due
cause dant esse causato quia super
illud esse non posset fundari habitu-
do necessaria ad causam perfectam dantem
esse et habitudo contingens ad aliquam
aliam causam // Preterea quedam producuntur
a causis posterioribus pt immediate
produci a prima et haberet tunc eandem
entitatem quam modo habet et esset tunc
contingens sicut modo est contingens
igitur contingentiam suam etiam nunc
habet a causa prima et non tantum a cau-
sa proxima // Preterea deus multa producit
immediate sicut creavit mundum

et nunc creat animas et tamen omnia
contingenter // Circa solutionem questionis istarum
sic est procedendum primo videndum
est quomodo contingentia sit et 2o qualiter
cum hoc stet certitudo et immutabilitas
scientie divine de eis // Quantum ad primum
dico quod istud disiunctum necessarium vel possibile
est passio entis circuloquens pas-
sionem convertibilem sicut sunt talia
multa alia in quibus passiones
autem entis convertibiles ut sunt que
immediate dicuntur de ente quia ens
habet conceptum simpliciter simplicem et ideo
non pt esse medium inter ipsum et pas-
sionem illam quia neutrius est diffi-
nitio que possit esse medium Si est
aliqua passio entis sit non prima
difficile est videre per quam priorem
ut per medium possit concludi de en-
te quia nec facile est videre ordi-
nem passionum entis nec si ille or-
do cognosceretur viderentur propositiones sump-
te ab eis per premissis sunt multum evide-
ntes quibus cum passionibus aut
disiunctis licet illud totum disiunc-
tum non possit demonstrari de ente
tamen communiter supposito illo extremo
quod est minus nobile de alio ente pt
concludi aliud extremum nobilius
de aliquo ente sicut sequitur si aliquod
ens est finitum igitur aliquod ens est
infinitum et si aliquod ens contin-
gens igitur aliquod ens est necessarium
quia in talibus non possibile est enti particulari in-
esse imperfectius extremum nisi ali-
cui enti insit perfectius extremum
a quo dependeat Sed nec isto modo
videtur posse ostendi extremum im-
perfectius talis disiunctionis non enim
si perfectius est in aliquo ente neces-

est imperfectum esse in alio ente et hoc
nisi illa extrema disiuncta ecun-
tare ut sicut causa et causatum ideo
igitur non potest ostendi de ente per ali-
quod medium prius disiunctum necessarium
vel contingens nec etiam ista pars
disiuncta que est contingens posset
ostendi de aliquo supposito necessario
dici de aliquo et ideo ista aliquod ens
est contingens videtur esse vera primo
et non demonstrabilis propter quid unde
plures arguentes contra necessitatem futurorum
non deducunt ad aliud impossibilius
ypotesi. Sed ad aliquod impossibile nobis ma-
nifestius sed quod non oportet explicari vel ne-
gociari et ideo negantes talia ma-
nifesta indigent vel pena vel sensu
quia secundum Avicennam i. metaphysice negantes primum
principium sunt vapulandi vel ex-
ponendi igni quousque concedant quod non
est idem comburi et non comburi
vapulare et non vapulare ita et isti
qui negant aliquod ens contingens
exponendi sunt tormentis quousque
concedant quod possibile est eos non
torqueri. Supposito igitur isto tamquam
manifesto scilicet quod aliquod ens est
contingens inquirendum est quomodo
potest salvari contingencia in entibus
et dico propter primam rationem scilicet gra-
tiam operis que magis explicata
est d. 2a q. i. de esse dei quod nulla
causatio alicuius cause potest salvare
contingenciam nisi ponatur prima causa
immediate contingenter causare et hoc ponen-
do in prima causa perfectam causalitatem
sicut ponunt catholici primum autem
est causans per intellectum et voluntatem
et si ponatur aliqua potentia executiva
alia ab istis non iuvat ad propositum
quia si necessario intelligit et vellet

necessario produceret igitur oportet istam con-
tingenciam querere in intellectu vel vo-
luntate divina non autem in intellectu
ut habet actum primum ante omnem actum
voluntatis quia quicquid intellectus in-
telligit hoc modo intelligit mere natu-
raliter et naturali necessitate et ita nulla con-
tingencia potest esse in secundo aliquid quod
non sciat vel intellecto aliquo quod non in-
telligit tali intellectione prima ipsam
igitur contingenciam oportet querere in
voluntate divina que ut videatur quomodo
sit ponenda videndum est primo in vo-
luntate nostra et ibi sunt tria videnda
primo ad que sit libertas voluntatis
nostre 2o qualiter habent libertatem se-
quatur possibilitas sive contingencia
et tertio de distinctione logica propositionum
quibus exprimitur possibilitas ad
opposita. Circa primum dico quod
voluntas inquantum est actus primus
libera est ad oppositos actus libera
etiam est mediantibus illis actibus
oppositis ad opposita obiecta in que ten-
dit et ulterius etiam ad oppositos effectus
quos producit prima libertas habet
necessario aliquam imperfectionem annexam
quia possibilitatem passivam voluntatis
et mutabilitatem 2a autem libertas
non est prima quia et si per impossibile
nichil efficeret extra ad hoc inquantum
voluntas posset libere tendere in esse
aliud quod natum est esse obiectum talis
potentie igitur voluntas perfecta potest
tendere in omne aliud quod est natum
esse volibile libertas igitur primo sine
imperfectione inquantum libertas est
ad opposita obiecta in que tendit
tum ut sic accidit ut oppositos
effectus producat. De 2o dico quod
istam libertatem concomitatur una potentia

ad opposita manifesta licet enim non
sit in ea potentia ad simul velle et
non velle quia hoc nichil est / est
tamen potentia in ea ad velle post
non velle sive ad successionem ac-
tuum oppositorum et ita potentia est
manifesta in omnibus mutabilibus ad
successionem oppositorum in eis est tamen
et alia non ita manifesta absque omni
successione potentia cum voluntate
ratam habere esse tunc in uno instanti et
quod in illo instanti habeat volitionem non necessario
tunc habere eam potest si enim in illo
instanti haberet eam necessario tunc non sit tunc
nisi in instanti quo causaret eam quia semper
voluntas quando causaret necessario causaret
non enim est contingens causa quia
preexistebat ante illud instanti in quo
causat tunc ut preexistens potuit causare
et non causare quia sicut hoc ens
quod est causatum vel contingens ita causa
quod causat tunc causat necessario vel contingenter
ex quo igitur in isto instanti causat
hoc velle et non necessario igitur contingenter
est igitur hic potentia cause ad op-
positum eius quod causat sine suc-
cessione et ista potentia realis est
potentia prioris naturaliter ut actus
primi ad opposita que sunt posteriora
naturaliter ut actus secundi actus enim primus
consideratus in illo instanti in quo est naturaliter
prior actu secundo ita ponit illud in esse
tamquam effectum suum tamquam contingenter
quod ut prior naturaliter eque posset ponere
oppositum in esse habet autem potentiam
realem activam prioris naturaliter ipso
quod producit concomitante potentia logica que
est non repugnantia terminorum voluntati
enim ut est actus primus eam quod producit
et hoc velle non repugnat op-
positum velle / tum quia causa contingens
contingens

est respectu effectus et ideo non repug-
nat sibi oppositum in ratione effectus
tum quia ut subiectum est contingenter se
habet ad istum actum ut informatum quia
subiecto non repugnat oppositum sui ac-
tus in tali per actus libertate igitur volun-
tas inquantum est ad oppositos actus
concomitatur potentia tam ad opposita
successive quam ad opposita per eodem
instanti hoc est quod alterum pos-
sit in esse sine alio et ista potentia secunda
est causa realis actus ut prius
naturaliter quam logica sed ista non concomitatur
istam sed ad opposita simul quia nulla
est. Ex isto secundo patet istud scilicet distinctio
huius propositionis voluntas volens a
potest non velle a hoc enim in sensu compo-
sitionis est significetur possibilitas
compositionis voluntas volens a non
volt a vera autem est in sensu diviso-
nis ut significetur possibilitas ad
opposita successive quia voluntas
volens per a potest non velle per b sed
si accipiamus propositionem de possibili verificationis
extrema pro eodem instanti puta istam
voluntas non volens aliquid pro a potest
velle illud pro a ad hoc ista est dis-
tinguenda secundum compositionem et divisionem
in sensu compositionis est falsa scilicet quod possi-
bilitas insit quod voluntas sit
simul volens pro a et non volens pro
a sensus non divisionis est verus ut
significetur quod voluntati cui inest vel-
le pro a possit inesse non velle pro a
sed non sit simul stabit sed ita quod velle
~~quod non~~ istud velle non inesset. Ad
intelligendum istam secundam distinctionem que est
obscurior dico quod in sensu compositionis
est una cathegorica cuius subiectum est hoc
voluntas non voluntas volens pro a
et predicatum volens pro a et tunc

attribuitur possibilitas hoc predicatum
huic subiecto cui repugnat et per quas
impossibilitas sibi convenit quod nec sibi
possibilitas conveniens in sensu divisio-
nis sicut tunc due cathegorice enuncia-
tes de voluntate duo predicata in
una propositione de inesse enunciatur de
voluntate hoc predicatum de non vel-
le a que cathegorica intelligitur per com-
positionem implicitam alia cathegorica
de possibili enunciatur possibile velle
a et iste due propositiones verificantur quia
significantur attribuere predicata sua
subiecto pro eodem instanti et hec quidem vera est
nam isti voluntati in eodem instanti
convenit non velle cum possibilitate
ad oppositum pro alio instanti significantur in
esse cum illa de possibili exemplum huius dicitur
est hec omnis homo qui est albus
currit que posito casu isto quod
omnes albi currant et non nigri
nec medii vera est in sensu composito
falsa est in sensu diviso quia sensus enim
compositionis est una propositio habens unum
subiectum determinatum per hoc quod est albus
in sensu divisionis sunt due propositiones
enunciantes duo predicata de eodem
subiecto consimiliter in ista omnis homo qui est
albus necessario est animal que in sensu
compositionis est falsa quia predicatum
non necessario convenit toti huic subiecto
in sensu divisionis vera est quia de
eodem subiecto notantur dici duo predicata
alterum necessario et alterum absolute sive
ut inesse et ambo conveniunt et ambe ille
cathegorice vere sunt. Sed contra istam
distinctionem secundam arguitur tripliciter
quod ipsa non sit bona et quod nec potest
sit pro aliquo instanti ad oppositum eius
quod in est in nullo instanti primo per illam
propositionem primi posteriorum omne quod est
quando est necesse est esse secundo per illam regulam

artis obligatorie posito falso de con-
tingenti de presenti instanti negandum
est ipsum esse quam regulam probat
ille per hoc quod illud positum substandum
est tamquam verum ergo substandum est pro
aliquo instanti pro quo est possibile non
autem est verum pro illo instanti pro quo
positum est quia si esset possibile pro illo instan-
ti igitur posset esse verum et tunc vel per
motum vel per mutationem sed neutro
modo quia motus non est in instanti et
mutatio non est in aliquo instanti ad op-
positum eius quia tunc in est quia sunt
simul mutatio et terminus mutationis. Tertio
si pro aliquo instanti sit potentia ad ad-
tum eius oppositum in est aut illa potentia
est cum actu aut ante actum non cum
actu patet nec ante actum quia tunc
esset ad actum pro alio instanti quam pro
quo in est potentia illa. Ad primum dico
quod illa propositio aristotelis potest esse cathegorica
vel ypothetica sicut et ista animal currit
si homo currit est necessaria hec quidem
secundum quod conditionalis distinguenda
est secundum quod necessarium potest dicere necessitatem que
vel consequentie primo modo est vera secundo modo
est falsa secundum quod est cathegorica hoc totum
currens si homo currit predicatur de anima-
li cum modo necessitatis et cathegorica est vera
quia predicatum sit determinatum necessario
inest subiecto licet non predicatum absolute
et ideo arguendo tunc a predicato sit de-
terminato ad predicatum absolute sumptum
est fallacia secundum quid et simpliciter ad dicendum
hic quod si ista propositio accipiatur ut est
ypothetica tunc temporalis necessitas autem
notat necessitatem alia littera habet contrariam
vel contrariantis que aut consequentis si
que vera est si conveniens falsa. Si autem
accipitur ut est cathegorica tunc hec quod est
quando est non determinat compositionem impli-
citam in hoc quod est secundum compositionem

principale sufficientiam pro hoc quod est
esse et nunc hic predicando esse quod est
non dicit de subiecto quod est nisi modo necessarie
et sic propositio est vera nec sequitur ergo
necessario est esse sed est falsa 2m quod et
simpliciter in alia parte nullus ergo sensus
verus huius propositionis denotat quod
esse aliquid in instanti in quo est sit
necessarium simpliciter sed tantum quod sit necessarium 2m
quod si quando est tunc hoc autem stat quod
in illo instanti in quo est sit simpliciter contin-
gens et per consequens quod in illo instanti pos-
sit eius oppositum inesse // Ad 2m re-
gula illa falsa est et probatio eius non
valet quia licet possibile debeat sub-
stitui sicut dicitur possit substitui pro illo
instanti non negando illud instans esse
pro quo est falsum quia non sequitur est falsum
pro isto instanti ergo est impossibile sicut
innuit probatio illa Et tunc dicitur si
possit esse verum pro quo est falsum aut
possit verificari pro illo instanti dico quod
nec sic quia possibilitas ista ad
veritatem eius non est possibilitas
aliqua cum successione ut alterum
post alterum sed est potentia ad oppositum
huius quod inest alicui inquantum est
prior naturaliter illo actu // Ad 3m dico
quod est potentia ante actum non ante dura-
tionem sed ante ordine nature quia illud
quod precedit naturaliter actum istum ut
precedit actum possibile est esse cum opposito
illius actus et nunc est negandum quod
omnis potentia est cum actu vel ante actum
intelligendo ante per prioritatem dura-
tionis vera autem est intelligendo ante
pro prioritate nature // Obicitur 2o contra id
si possit velle pro hoc instanti et non vult a
pro hoc instanti ergo possit non velle a
pro hoc instanti quia ad illam dicitur in eodem se-

illa dicitur impossibilis / et tunc non videtur quod
possit simul velle a et non velle a
pro eodem instanti // Ad hoc dico 2m
philosophum 9 metaphysice quod huiusmodi potentiam ad
opposita sic faciet ut faciendi ha-
beat potentiam non autem ut potentiam habeat
faciendi ita quod iste modus refertur ad
terminum potentie non autem ad ipsam potentiam
quia simul habeo potentiam ad opposita
sed non ad opposita simul tunc dico quod
non sequitur possit velle hoc in a et
possit nolle hoc in a ergo possit velle et
nolle in a quia possit esse potentia ad
utrumlibet oppositorum distinctum pro
aliquo instanti et si non ad ambo
illa simul quia sicut est possibili-
tas ad unum illorum ita est ad non
esse alterius et equaliter sicut ad reli-
quum ita ad non esse utriusque igitur
simul ad esse huius et illius oppositi
quia possibilitas non esset ad sin-
gulare nisi esset ad ambo coniunctim
in eodem instanti quod non habetur per hoc
quod potentia est ad utrumque divi-
sim pro illo instanti exemplum huius
apparet in per manus hoc corpus possit
esse in hoc loco in instanti a et illud corpus
possit esse in eodem loco in instanti a ergo ista
duo corpora possunt esse simul in instanti a
in eodem loco non sequitur nam cum
possit hoc corpus esse ibi quod illud
non esse ibi et equaliter et ideo non sequitur
si potentia est ad utrumque pro eodem
nunc instanti vel loco igitur ad ambo simul quod
fallit quandocumque utrumlibet istorum duorum
excludit alterum sicut non sequitur
possum portare tota die istum lapidem
adequantem potentiam localem virtutis mee et
possum tota die portare illum alium la-
pidem ergo possum ambos simul non
sequitur pro hoc utrumlibet ad quod est

potentia diversum excludit velle
quod et ideo numquam potest infiniti simul
tas ex sola productione illius unius
instantis vel loci Sed contra ad hoc
hic contingentiam illorum duorum respectu
tui que dicitur esse simul. Iuxta
predicta de voluntate nostra videnda
sunt quedam de voluntate divina et
primo ad que sit libertas eius 2°
que sit contingentia respectu volitorum
tertium autem s. quantum ad 3 locum po
situm idem est hic et. Quantum ad
primum dico quod voluntas divina non
est ad oppositos actus volendi et
nolendi et hoc in voluntate nostra
non est sine imperfectione voluntas
nostra autem erat libera ad oppositos
etiam actus ad hoc ut esset ad obiecta
opposita propter limitationem utriusque actus
respectu sui obiecti igitur potentia illimitata esse
eiusdem volitionis ad diversa obiecta
non oportet propter libertatem ad opposita
obiecta ponere libertatem ad oppositos
actus ipsa etiam divina voluntas
libera est ad oppositos effectus Sed
hic non est prima libertas prius vel in
nobis remanet igitur libertas illa
que est per se perfectionis et sine imper
fectione s. ad obiecta opposita ita quod
sicut voluntas nostra potest diversis
volitionibus tendere in diversa voli
ta ita voluntas divina potest unica
volitione simpliciter illimitata tendere in
quecumque volibilia ita quod si vo
luntas illa vel volitio esset tantum
unius volibilis et non posset esse obiecti
quod tamen de se volibile hoc
esset imperfectionis in voluntate sicut
dictum est prius de voluntate nostra et
licet possit in nobis distingui vo
luntas ut receptiva et ut est operativa

et productiva actum ipsa enim est
productiva actuum et ipsa est que ha
bens operatur formaliter volendo
et ipsa est receptiva volitionis sue
tamen libertas videtur esse eius inquantum
est operativa prout per se habens eam for
pt tendere eam in obiectum ita quod ponitur
libertas in voluntate divina per se
et primo inquantum est operativa posita
licet ipsa non sit receptiva vel
productiva volitionis sue et tamen
salvari potest in ea aliqua libertas
inquantum est productiva licet enim
productio in esse existentie non contine
ntur operationem eius quia operatio
est in eternitate et productio esse ex
istentie est in tempore tamen operationem
eius connexa producto in esse
volito et nunc potentia illa voluntatis
divine primo quidem est productiva licet
2um quod quia in esse volito et ista pro
ductio contingenter eam ut est operativa
Quantum ad 2um articulum dico quod
voluntas divina nichil aliud a se
respicit potentia nisi essentiam suam
ad quodlibet igitur aliud contingenter
se habet ita quod posset esse oppositum et hoc
considerando ipsam ut est prior potentia
naturaliter tendentia in illud oppositum
vel solum ipsa ut volitione prior
est naturaliter suo actu sed etiam in quantum
volens quia sicut voluntas nostra
ut prior naturaliter suo actu ita elicit
actum illum quod posset in eodem instanti
elicere oppositum ita voluntas divina
inquantum ipsa sola volitione est prior
naturaliter tali tendentia ita tendit
in illud obiectum contingenter quod in
eodem non posset tendere in obiectum oppositum
et hoc tamen potentia logica que est
non repugnantia terminorum prius dictum
est de voluntate nostra quia etiam po-

reali que naliter prior est suo actu
// Ulso de contingencia rerum quantum
ad existenciam et hoc concludendo respectu
voluntatis divine restat videre 2m
principale qualiter ad hoc stat certitu-
do sciencie hoc autem potest poni dupliciter
uno modo per hoc quod intellectus divinus
videndo determinationem voluntatis divine
videt illud fore pro a. quia illa vo-
luntas sic determinat sicut eum vo-
luntate illam esse immutabilem et non
impedibilem // Vel aliter quia ista via
videtur ponere quedam discursum
in intellectu divino qui ex immutabilitate
voluntatis divine et determinationis eius
concludat hoc fore potest autem aliter
sic poni quod intellectus divinus aut
offert voluntati simplicia quorum
unio est contingens in re aut sub
complexione offert tamen eam sicut
sibi neutram et voluntas eligens
unam partem sive coniunctionem istorum pro aliquo
nunc in re facit illud esse determinate
verum hoc erit pro a. hoc autem existente
determinate non essencia est ratio intellectui
divino intelligendi verum istud et hoc
naturaliter quantum est ex parte essencie ita
quod sicut naturaliter intelligit omnia
principia necessaria quasi ante actum
voluntatis divine quia eorum volun-
tas non dependet ab actu illo et
essent cognita ab intellectu divino
si per impossibile non esset deus volens
et ita essencia divina est ratio cognoscendi
ea in illo priori quia tunc quidem
sunt vera non quod illa vera moveat in-
tellectum divinum nec etiam terminum eorum
ad apprehendendum talem veritatem quia
tunc intellectus divinus vilesceret quia
pateretur ab alio ab essencia sua Sed
essencia divina est ratio cognoscendi

sicut simplicia ita et talia complexa
tunc autem non sunt vera contingencia quia
nichil est tunc per quod habeat
veritatem determinatam posita autem
determinatione voluntatis divine iam
sunt vera contingencia in illo .b. 2o et
idem erit ratio intellectui divino in-
telligendi ista que iam sunt vera
in isto 2o .b. quod et in primo et fuis-
sent cognita in primo .b. si tunc fuis-
sent exemplum sicut in potencia mea
visiva sit unus actus videndi obiectum
sibi praesens si ab alio ponatur nunc
sit iste color presens nunc ille oculus
meus videbit nunc hunc nunc et illud
et hoc per eandem visionem tantum non
erit differentia in prioritate et posterioritate videndi
da propter ordinem presens ut possimus ponere
et si unus color fiet naturaliter presens
et alius liber non erit differentia formalis
in visione mea quia ex parte sua
oculus naturaliter videt utrumque tamen
contingenter possum videre unum et ne-
cessario aliud inquantum unum sit sibi
presens contingenter et aliud necessario Si in uno
libet istorum modorum ponatur intellectui
divino cognoscere existencias rerum patet
2m utrumque quod est determinatio in-
tellectus divini ad illud existens ad
quod determinatur voluntas divina
et certitudo infallibilis quia non potest
voluntas determinari quin intellectus
determinate apprehendat illud quod
voluntas determinat et immutabili-
tas quia tam voluntas quam intellectus
sunt immutabiles ex d. 8. et hoc quantum
ad tres questiones primas et tamen cum isto
stat contingencia obiecti cogniti quia voluntas
determinate volens hoc contingenter volet
ex primo articulo // Quantum ad quartam
questionem videtur forte distinguendum

de ista dico volitio sequitur a 2m compositionem
et divisionem ut in sensu composito non
tenetur veritas simul et transit super istud
obiectum in sensu diviso noteretur simul ne-
cessitas absolute que non transit super
hoc obiectum primo modo est falsa 2o modo
est vera. Sed ista distinctio non
videtur localis quia quando actus transit
super obiectum non videtur distinguendo
de actu illo ut absolute et ut trans-
eunte supra obiectum patet si video sor-
tem quod distinguitur de visione
prout transit super sortem vel de visione
absolute que tamen transit super sortem et
sicut non est ibi distinctio in proposito
de movere ita nec modo apposito videtur
distinctio. Sed modo videtur contraria si
actus transeat super obiectum volitio et
ita videtur ista simpliciter neganda
deus volitio sequitur a pro eo quod hoc
predicatum sit determinatum non volitio
convenit huic subiecto licet predicatum
non determinatum conveniat. Contra
hoc obicitur quia actus rationalis
non distrahitur per materiam super quam
transit ita enim est simpliciter dicere quod
transit super me nichil dicere sicut
quod transit super me aliquid dicere et ideo
ita sequitur dico me nichil dicere
ergo dico sicut sequitur dico me sedere
ergo dico igitur video sicut non dis-
trahitur per materiam super quam transit
quando sit equalis veritas. Ad istud
licet non distrahatur quantum spectat 2m
quid tamen potest non esse veritatis
eius ut sequatur transire super materiam
licet sit veritas eius in se et hoc
maxime si sit actus in se potens
respicere diversa obiecta sicut si habeam
actum loquendi eundem continue mo-
tum et ille actus possit transire super
diversa obiecta contingenter licet tunc
volitio habeam actum sicut possum

non tamen volitio habebit actum ut
transeuntem super tale obiectum nec tunc
sequeretur volitio deo igitur volitio deo
istud vero modo potest esse veritas dictionis
in se cum contingentia eius respectu
huius obiecti quamvis dicto huius obiecti
esset simpliciter dicto et non 2m quid dicto
Ad argumenta principalia ad primum per
primam quando dico quod non est plus veritas
illius de futuro sicut illius de
presenti et preteriti in preteritis quando et
presentibus est veritas determinata ita
quod alterum extremum est positum
et ut intelligitur positum non est
in potestate sicut tunc ut ponatur vel
non ponatur quia licet impotentia
ut est naturalis prior effectu sit ponendi
effectum vel non ponendi non ad intellectus
effectus intelligitur ut positus in esse
talis autem determinatio non est ex
parte futuri quia licet alterum intel-
lectum sit unum pars determinate vera et
etiam una pars sit vera in se determinate
licet eam non intellectus appre-
hendat non tamen ita quando in potestate
cause est pro illo instanti ponere op-
positum et ista indeterminatio sufficit
ad consilium et negotium. Si autem neutra
pars esset futura dicto tamen reliqua
possit evenire non prohiberet negotiationem
et consilium. Ad 2m dico quod scientia esse
unius ita quod non posset esse alterius
ponit imperfectionem in ea similiter et in vo-
luntate ponere eam esse unius ita quod
non posset esse alterius absolute voluntatis
tamen scientia esse unius ita quod non
sit alterius et de voluntate similiter
nullam imperfectionem ponit sicut et
potentia est unius oppositi in actu
determinate quod producat et non alterius
difficile tamen est de scientia dei et
voluntate propter hoc quod potentia videtur

dici esse unius oppositi tunc quia tunc
potest in illud et scientia et voluntas
ita quod tunc sciat vel velit illud. Sed si
accipiatur similiter ex utraque parte de-
terminatio est equalis ex utraque parte
quia quodlibet istorum actu est unius
oppositi et non amborum quodlibet etiam
istorum potest esse utriusque sicut potentia
esse alicuius non videtur significare
nisi potentialem habitudinem eius ad
illud scientiam autem vel voluntatem
esse eius videtur significare actualem
habitudinem ad illud nichil tamen
mali sequitur si accipiantur uni-
formiter hinc et inde quia sicut se habet
ad scientiam scire et ad voluntatem vel-
le ita ad potentiam producere non
autem posse producere et sicut ad scientiam
posse scire et ad voluntatem posse
velle ita et ad potentiam posse produ-
cere. Ad primum 2e questionis dicendum quod
licet ad illas duas de inesse sequatur
conclusio de inesse non quidem sillogistice
quia est ordo non sillogisticus reducibilis
in sillogismos ultros tamen ex una de
inesse et alia de possibili vel sillogistice
vel necessario sequitur conclusio de pos-
sibili. Ratio est quia falli est rem
opinari aliter esse quam sit pro tunc
pro quanto creditur esse. Quod autem
includitur in istis duobus premissis
de inesse quarum altera significat is-
tum credere hoc et altera negat hoc
esse et hoc pro eodem instanti et ideo sequitur
conclusio de falli. Non sic autem ex
altera parte quia illa de inesse affir-
mat unum oppositorum pro illo instanti
illa de possibili affirmat potentiam
ad alterum oppositorum non pro eodem ut con-
iunctim sed divisim et ideo non sequitur
quod pro aliquo ut possit esse coniunctio

oppositionem in re ad illud quod creditur
et ideo non sequitur possibilitas de-
ceptionis que includit istam compo-
sitionem. Ratio est in mixtione de contingen-
ti et inesse quando illa non tene-
at nisi maior sit de inesse simpliciter.
Ista etiam ratio patet quia si ex
opposito conclusionis arguatur cum illa
de possibili non infertur oppositum illius
nisi alicuius de necessario ita etiam
oportet maiorem esse realiter eandem
cum illa de necessario ad hoc ut infer-
ret conclusionem non enim sequitur
deus non potest decipi et a potest non fore
igitur deus non scit a fore. Sed sequitur
igitur non necessario scit a fore quod apparet
quia si intellectus meus sic sequeretur
mutationem in re ita quod te sedente
opinaretur te sedere et te surgente
opinaretur te surgere non possem deci-
pi et tamen existente te sedente p a
et non possum decipi non sequitur nisi
igitur non necessario scio te sedere per a. Ita
in proposito licet intellectus divinus
non sequatur res sicut effectus earum
tamen est ibi concomitantia quod sicut
res potest non esse ita intellectus divinus
potest non scire et ideo numquam sequitur
quod intellectus divinus cognoscat rem
aliter quam est et ideo numquam potest simul
stare illa que requiruntur ad decep-
tionem sed sicut res scita potest non esse
ita deus potest eam non scire et si non
erit non sciet. Ad 2m de illa propositione
possibilis inesse dico quod ex tali po-
sitione possibilis inesse numquam sequitur
aliquod impossibile tamen illa de
inesse in qua ponitur aliqua de possibili
potest repugnare alicui cui non re-
pugnat illa de possibili posita inesse

quia aliud potest repugnare alicui
cui non repugnat quod et tunc ex
ante et sic repugnantibus potest sequi
aliquod impossibile quod non sequitur
ex eodem cum re et eo quod non est
sibi incompossibile nec est mirum si
ex incompossibilibus sequitur impossibile
quia 2° priorum 2a parte in sillogismo ex
oppositis sequitur conclusio impossibilis
dico tamen quod posita ista in esse
possibile est me sedere ex ista sola non
sequitur impossibile sed ex ista et alia
scilicet deus scit me sessurum sequitur impossibile
scilicet deum falli et hoc impossibile non
sequitur ex impossibili cum quod
ponitur in esse nec ex impossibili aliquo
quod sit alteri in ea sed ex ipsa et quo-
dam alio simul quod est impossibile
nec est inconveniens quod illud quod
est impossibile sequatur ex aliqua de
inesse inquantum ponitur aliqua de
inesse et aliqua de impossibili nam
cum ista ego sedeo stat ista possibile
est me stare illa tamen de esse
inquantum ponitur cum ista repugnat
illi altera de inesse et ex illis dua-
bus de inesse sequitur incompossibile
scilicet stans est sedens nec cum sequitur
ergo illa que ponebatur de possibili in
esse fuit falsa sed vel illa fuit falsa
vel alia cum qua sua de inesse que
accipitur est incompossibilis sive de inesse
// Ad primum 3e conclusionis concedo ma-
iorem quod non est ille transitus sine mu-
tatione sed ad minorem dico quod hic
non est transitus nec esse potest quia transitus
non potest esse sine successione ita quod
oppositum succedat opposito talis enim
non potest esse in proposito sicut enim non
potest simul scire et non scire ita non potest
simul stare quod aliquid sciat et
aliquid non sciat sine quo transitu ab
opposito in oppositum successive non
est mutatio Et si queras saltem si
potest non scire b quod scit aliquid aliter
se habet quid est illud dico quod b
in esse cognito non tamen se habet aliter
quam prius se habuit sed aliter quam nunc
se habet ita quod istud aliter esset non
alicuius succedentis oppositi ad oppositum
sed esset alterius suppositorum quod in
eodem instanti possit in esse inquantum suum
oppositum inest et hoc non sufficit ad
mutationem // Ad 2m quia non valet
non sciens a potest scire a ergo potest incipe-
re scire a et hoc quia est potentia passive
alicuius potentis naturaliter ad oppositum
posterius pro eodem pro quo et in quo
habet hoc posterius contingentis esse sed
est in proposito et in creaturis ubi est
possibilitas ad oppositum successive
tenet tunc consequentia sed licet illa non
esset ad hoc tamen esset possibilitas ad
utrumque illorum pro uno instanti // Ad
aliud potest concedi quantum ad argumentum quod
istud quod ista potentia ad opposita est
activa puta quod intellectus divinus
inquantum est actu per essentiam suam
et per actualem intellectionem suam infinitam
sit potentia activa respectu quorumcumque obiectorum
que producit in esse intellecto et cum
dicis ergo ipse non potest agere circa aliquid
circa quod prius non egit nisi mutetur
dico quod consequentia non valet etiam quando re-
quiritur obiectum circa quod agat sicut
in agentibus creatis non oportet agens
quod de novo agit immutari si de no-
vo immutetur approximetur vel passum
in quod agat ita in proposito licet actus
divina determinatus fiunt alicuius ab
intellectu ostensi fiunt complexionem
talem veram esse et non intelligit et

ex hoc est prius istud intellectum in
ratione obiecti et sicut voluntas potest fa-
cere istud volitum et non facere ita potest
esse verum et non verum et ita potest cognosci
et non cognosci ab isto intellectu naturali
non quidem propter aliquam contingentiam
que sit prius in isto agente naturali sed
propter contingentiam ex parte obiecti quod con-
tingenter est verum per actum voluntatis
verificantis. Et si obiicias quod adhuc
non potest esse sine mutatione saltem mo-
tus intellectus sicut nec illa approximatio
passi naturalis ad agens naturale potest esse
sine mutatione passi et forte ipsius
agentis approximati. Respondeo quod istud
obiectum non mutatur in isto esse quia non potest
esse successive sub oppositis contingen-
ter tamen est in isto esse et hec contin-
gentia est a parte voluntatis producen-
tis ipsum in tali esse et hec contingentia
voluntatis potest esse sine mutatione vo-
luntatis sicut declaratum est in primo
articulo solutionis. Ad argumentum
questionis ad primum nego consequentiam ad primam
probationem dico quod si non sit in deo ne-
cessitas alia quam immutabilitatis
hec non est alius modus necessitatis illorum
quos assignat philosophus v° methaphysice scilicet
que est non contingenter aliter se habere
quia alii modi necessitatis requirunt
impositionem sicut necessitas coactionis et
tamen non est ibi sola necessitas immu-
tabilitatis sed quod immutabilitas sit
de se necessitas quia immutabilitas non
privat nisi possibilitatem successionis oppositi
ad oppositum necessitas autem simpliciter
privat absolute possibilitatem huius oppositi
et non successionem oppositi ad hoc et non
sequitur obiectum non potest succedere opposito
igitur oppositum non potest inesse. Ad secundam
probationem dico quod licet omne esse extrin-

possibile forte sit mutabile ponendo
creationem secundum intellectum autem creatum
ab eterno esse mutationem tamen in esse
intellecto sive volito quod est esse secundum
quod non oportet quod omnis possibi-
litas que repugnat necessitati ex se
formaliter concludat mutabilitatem quia
hoc esse non est esse reale sed reducitur
ad esse reale alicuius secundum se necessarii
propter cuius alterius necessitatem non potest esse
hec mutabilitas et tamen illius alterius
necessitas ex se non concludit huius for-
maliter et ideo istud non est ex se necessarium
quia non habet esse extremum quod res-
piciat realiter nec tamen est mu-
tabile quia secundum illud esse diminutum
respicit extremum immutabile et
mutatio in aliquo inquantum respicit
aliud non potest esse sine mutatione in
illo. Ad secundum articulum dico quod aliquid
potest in esse deo dupliciter vel formaliter vel
locutione sicut quecumque predicantur dicuntur
in esse sicut primo modo non credo maior
quia omne tale est deus et necessario
idem in deo secundo modo non sicut appellatio
relativa potest in esse deo secundum quod deus
dicitur dominus ex tempore et tamen
ista appellatio non significat aliquid idem
deo ita quod necessario sit idem deo vel
ipse deus quia tunc non esset ex tempore
modo dico quod deum scire b. ratione huius
quod est scire absolute et scire formaliter sed
ratione scientie huius tamen non est
in deo nisi secundo modo est enim huius tamen
quod hoc scitum habet respectum ad scientiam
divinam et per hoc aliqua relatio ap-
pellativa est in deo sicut predictum
in subiecto. Ad tertium dico quod nulla perfectio
simpliciter in deo dependet a creatura
nec etiam simpliciter coexigit creaturam
in quocumque esse et ideo deum scire b. prout
intelligitur non tamen scire absolute sed etiam

ut insit super ipsum b. non est perfectio
simpliciter nisi addito si perfectio est
simpliciter nisi addito quod non necessario
concomitatur perfectionem simpliciter tunc dico
quod maior est vera de perfectione illius
sue albedinis supra sit augmentum minor
est falsa et probacio non probat nisi
quod ad perfectionem simpliciter consequitur necessario
quod sit talis ol. quia consequitur necessario
quod habeat aliquem talem respectum ad
talem perfectionem simpliciter non tamen necessario
ex tali respectu alterius ad ipsum
nec ex appellacione relativa cuius
est perfectio simpliciter in eo // Ad argumenta
4. q. Ad primum dico quod antecedens non est
simpliciter necessarium et cum probatur quod actus
rationalis non distrahitur per necessarium in-
finitum est ad hoc i argumento sto
contra solucionem huius conclusionis // Ad
2m illa mixcio non valet nisi illa
minor sit de inesse simpliciter et hoc non
tantum quod sit vera pro omni tempore sed quod sit
necessario vera et forte oportet quod sufficeret
sumptum sub parte conclusionis sub medio
sufficit autem ad propositum quod oportet
ea necessario esse veram et quod hoc requi-
ratur patet iuxta instanciam omne
quiescens necessario non movetur lapis
in centro terre est quiescens igitur
de necessitate non movetur conclusio non
sequitur et tamen minor est semper vera
non tamen est necessario vera ita est
in proposito licet enim illa minor sit
sit vera non tamen necessario est vera
potest enim deus non sole a. sicut potest
non velle a. propter contingenciam que
primo est in voluntate ad opposita
2ata et ex hoc concomitatur in intel-
lectu sd. ex posito e primis // Ad ar-
gumenta pro 2a opinione ad primum
concedo quod immensitas est presens omni
loco sed non omni loco actuali et possi-
bili sicut arguitur est in prima racione quia

istam opinionem et ita necessario eternitas
est presens quantumcumque sit infinita
alicui tempori nisi existenti et per hoc patet
ad exemplum de baculo et fluvio quia
ibi baculus non habet unde possit esse
presens omnibus partibus aque ideo non
est immensus respectu illarum sed nunc
eternitatis quantum est ex parte sua habet
quod presens esset omnibus partibus temporis
si essent // Aliud exemplum de centro et cir-
cumferencia est simpliciter ad oppositum quia
si ymaginemur lineam rectam habentem
duo puncta terminancia a et b sit a
punctum immobile et b circumducatur sicut
est de pedibus circini uno immobili
et alio mobili b circumducto tunc cir-
cumferenciam secundum ymaginacionem geome-
trarum qui ymaginantur punctum fluens
causare lineam hoc posito si nichil
remanet de circumferencia preter iste pun-
ctus ita quod quocumque punctus iste desi-
nit esse alicubi tunc nichil circumfe-
rencie est ibi et tunc numquam cir-
cumferencia esset simul presens centro sed
tantum aliquis punctus in circumferencia si
tamen tota circumferencia esset simul tota
esset presens centro ita licet tempus
non sit circumferencia stans sed fluens
cuius circumferencie nichil est in actu
nisi instans nichil eciam eius est
presens eternitati que est quasi centrum
nisi illud o quod est quasi presens si
tamen per impossibile poneretur quod totum
tempus esset simul stans totum simul
esset presens eternitati sicut centro //
// Per hoc patet ad illud quod dicitur quod nunc
eternitatis ut coexistit non adequatur
nunc temporis verum est quia nunc eternitatis
est formaliter infinitum et ideo excedit
formaliter nunc temporis non tamen coex-
istendo alteri nunc sicut immensitas
dei presens huic universo non coequatur

sibi et non formatur ipsum excedit
non tamen est alicubi nisi in hoc
universo. Per idem patet ad aliud quia
si totum tempus esset simul eternitas
compleceretur illud et ita concedo quod
eternitas quantum est ex se habet infini-
tatem sufficientem ad complectendum
totum tempus si esset simul totum sed
quantacumque diversitas ponatur ex
parte huius extremi propter quod ipsum
possit coexistere cum quantocumque in
alio extremo cum coexistentia dicat
relationem realem inter duo extrema
et non requirat ambo propter diver-
sitatem huius extremi non potest con-
cludi coexistentia ad alterum nisi similiter
ad illud quod existit in alio extremo
et non omnia ista argumenta proce-
dunt ab insufficienti scilicet ab imme-
nsitate eternitatis ex qua non sequitur
coexistentia que dicit relationem ad al-
terum nisi haberetur aliquid in alio quod
posset esse terminus coexistentie cum isto
fundamento et tale non potest esse non ens quale
est omne tempus preter presens. Auctoritates
omnes sanctorum que videntur signare
omnia esse presentia eternitati intelli-
gende sunt de presentia in ratione cog-
noscibilis et non tamen cognoscibilis
quia cognitio abstractiva sicut rosa
non existens cognoscitur et est presens in-
tellectui per speciem sed de cognitione vi-
situativa quia non aliter cognoscit
deus futurum quam fienda et ita presentes sunt
presentia cognita ab intellectu divino
fienda sicut futura. Ad primum patet tertia
opinione Boecii exponit se ibidem
statim immediate post distinguens de
necessitate consequentis et de necessitate consequentie et per
hoc concedo quod contingentia relata ad
divinam scientiam sunt necessaria necessitate consequentie
quia cum quia est necessaria si deus scit
ista esse erunt non tamen sibi necessaria
necessitate absoluta vel necessitate consequentis. Ad
aliud patet per secundam opinionem dico quod contingentia
non est tantum privatio vel defectus entis sicut
sicut est deformitas in actu qui
est peccatum immo est modus positivus
entis sicut necessitas est alius modus
et omne positivum quod est in effectu
principaliter est a causa priore et ideo non
sicut deformitas actus est a causa
secunda non a prima ita et contingentia immo
contingentia prius est a causa prima
quam secunda propter quod nullum causatum esset
formaliter contingens nisi a prima causa
contingenter causaretur sicut prius ostensum est.

Predestinatio non et cetera. Cum
distinctionem 40 in qua magister
agit de scientia dei ut est
contracta ad speciales effectus quantum
unum verum predestinatus possit dampnari
quod non omne preteritum est simpliciter
necessarium quia secundo posteriorum et 6 ethicorum dicitur
solo privatur deus ingenita facere que
facta sunt. Sed predestinatio huius predestinati
transivit in preteritum quia deus
predestinavit istum ab eterno ergo simpliciter
necessarium ergo non potest deus non predesti-
nare et per consequens iste non potest dampnari.
Preterea si potest dampnari predestinatus hoc
non esset nisi per actum suum ergo per actum
voluntatis create posset impediri actus
voluntatis divine quod est impossibile. Contra
si non non esset suadendum alicui de
observantia preceptorum et consiliorum quia
qualitercumque operaretur salvaretur si est
predestinatus et qualitercumque viveret for-
dampnaretur si est prescitus frustra ergo
ponitur tota lex divina. Ad istam
questionem predestinatio proprie dicta dicitur actus
voluntatis divine secundum originem per vo-
luntatem divinam electionis creature
rationalis ad gratiam vel gloriam licet pos-
sit accipi pro actu intellectus concomitante

ista in electis sicut 3o in qualibet
dicendum est de libertate et contingentia vo-
luntatis divine respectu quorumcumque actuum exteriorum
2o et aliud ita dicendum est respectu
hominis otiosi sedarij scilicet velle huic gra-
tiam et gloriam et ex hoc dico propter
illa que dixi in precedenti questione
quia deus contingenter predestinat
illud quod predestinavit et potest non
predestinare nec simul ambo opposita
nec successive sed utrumque divisim
in instanti eternitatis. Consimiliter dico
ad questionem ipse quod iste qui est prede-
stinatus potest dampnari non enim propter
eius predestinationem est voluntas eius
confirmata et ideo potest peccare et pari
ratione in peccato finaliter stare et ita
iuste dampnari sed sicut potest iuste
dampnari ita potest non predestinari.
Quantum autem ad locum huius propositio-
nis propositio distinguenda est 2m
compositionem et divisionem et in sensu com-
posito propositio extremum est homo
in persona predestinata sub ista
determinatione predestinatum et illa sic
est falsa In sensu autem divisionis
sunt due cathegorice et enuntiatur de
persona christi in una persona ca-
thegorica esse predestinatum et in alia pos-
se dampnari et ista duo sunt vera de
eodem subiecto nec ideo vera quod simul sunt
esse opposita nec contraria quia unum
succedit alteri quia in eternitate
utrumque sed simul vera in quantum volun-
tas divina concedatur ut prior naturaliter
existentia [illegible] super [illegible] obiectum quod
est gloria [illegible] et in illo priori nature
non repugnat sibi esse oppositum omni
primo possit esse equaliter oppositum licet
non amborum simul. Ad primum argu-
mentum dico quod procedit ex falsa yma-
ginatione cuius ymaginationis intel-
lectus innititur ad intelligendum propositionem

quod mutare si eum per impossibile intel-
ligeremus deum ad huc non determinasse
voluntatem suam ad alteram partem sed
quod velle deliberare utrum vellet pre-
destinare vel non bene possit intel-
ligi capere quod contingenter predestina-
ret hunc vel non predestinaret prout
apparet in actu voluntatis nostre sed
quia semper recurrimus ad actum vo-
luntatis nostre divine quod patet ideo
quod non concipimus libertatem in volunta-
te illa ad actum quem iam sit positus
a voluntate sed ista ymaginatio falsa
est illud enim nunc eternitatis in quo
est iste actus semper prius est et
ita intelligendum est de voluntate
divina sive volitione eius ut confirmans
omnia sicut si per impossibile ut nunc in-
ciperet deus velle in isto nunc vel
illo et ita libere potest deus in nunc e-
ternitatis velle quod iuste sicut si
voluntas sua ad nichil esset deter-
minata nunc dico ad formam argumenti
quod predestinatio huius non transit in pre-
teritum licet enim ipsa coexistet pre-
teritis que transierunt ipsa tamen non
preterijt sed alia que coexistiterunt
sibi sicut dictum est distinctione [illegible]
ubi dictio huius dicta de deo pro-
prissime sibi competit non consignificat
partes temporis mensurantes illud ac-
tum sed consignificat nunc eternitatis quod
mensurat illum actum in quantum coexi-
stens illis pluribus partibus temporis et
ideo idem est deum predestinare predes-
tinasse et predestinaturum esse et ita
contingens unum sicut aliud quod non
est nisi nunc eternitatis mensurans in
actu quia nec est prius nec posterius
nec futurum sed coexistens omnibus istis.
Ad 2m dico quod voluntas creata non
potest impedire ordinem voluntatis divine

nam impedire non esset nisi fieret
oppositum voluntatis divine et oppositum
eveniret per aliam voluntatem. hoc autem
est impossibile quia sicut voluntas
creata potest mereri dampnacionem ita eciam
potest contravenire sequitur quod voluntas
divina non preordinavit ipsam ad
gloriam. Unde dictum est de predestinacione in
solucione primi articuli ad 2m q. quod deus
non potest falli quia non potest stare in-
tellectus eius respectu actus cum opposito
illius ita nec potest impediri volun-
tas eius quia non potest stare ordinacio
eius cum opposito illius quod ordinavit
[S]ed autem quicumque unitum etc.
Circa tertium articulum in quo magister
agit de causalitate passiva pre-
destinacionis queritur utrum deus sit
aliquod meritum predestinacionis vel
reprobacionis quod sic quia si sola
voluntate sua absque aliqua racione
hunc predestinaret et illum reprobaret
videtur non esse summe bonus quia non
summe liberalis et caritas posset
eum bonum suum eque communicare illi
quem non predestinat sicut illi quem
predestinat ex quo sine omni racione
in alio predestinat ex sola libera-
litate sua possit et istum alium predes-
tinare. Preterea si duo equales in na-
turalibus apprehendantur ab intellectu
suo et solo actu voluntatis sue
sine aliqua racione ex parte eorum
istum predestinat et illum reprobat ergo
videtur acceptor personarum quia equales
sunt quantum est ex parte eorum et ad
finem equaliter ordinabiles. Si ergo non
equaliter amat hunc ad ipsum finem
sicut illum videtur personam accipere et
preferre eam alteri ad hunc finem ad
quem ex se non est magis preferenda
sed quod est impossibile et contra pe-

trum actuum 10 in veritate inquit com-
peri quod non est personarum acceptor
apud deum. Contra Ro. 9. cum nondum
nata essent aut aliquid egissent boni
vel mali ut secundum propositum electio-
nis gratie remaneret etc. Et ibidem xi
exemplificatur de figulo quia ex
eadem massa potest formare unum
vas in honorem et aliud in contumeliam
ex quo videtur arguere apostolus de
predestinacione unius et reprobacione
alterius. Circa quartum istam semper ali-
quam quod et si bona opera in prescien-
cia dei non sunt racio predestinandi fides
tamen in prescientia esset racio predesti-
nandi sicut per eum prius super epistolam ad Ro-
manos hoc ipse retractat primo retractationum
xxiv. innuens quod se correxit quia
fides est donum dei sicut et alia
opera bona quod probat per apostolum ad
Cor. et habetur in littera unde dicit
quod illud non dixissem si fidem inter
dona spiritus sancti communicare scivissem. Magister
videtur sentire quod nullum omnino sit
meritum predestinacionis et reprobacionis
et videtur tenere sententiam apostoli
et dicta Augustini de predestinacione sanctorum non
quia inquit futuros nos tales sci-
vit esse nos elegit sed ut essemus
tales per illam electionem et adducit
magister contra se auctoritatem eius 83. q. q.
68. dicentis cui vult miseretur et
quem vult indurat sed hec voluntas
dei iniusta esse non potest venit enim
de occultissimis meritis quia et si ipsi
peccatores propter generale peccatum unam
massam fecerint non tamen inter eos
nulla est diversitas precedit enim aliquid
in peccatoribus quo quamvis nondum
sint iustificati digni tamen effici-
antur iustificacione et iterum precedit
in aliis peccatoribus quod digni sunt

obstinatione. Videtur magister quod iste auctor videtur retractasse in simili retractando illud quod dixit super epistolam Ro. et hoc confirmat per hoc quod quedam que subdit in eadem questione retractat sicut patet 1 retract. 24. et illa videntur consonare cum ista sententia ex quo videtur etiam quod istam sententiam retractavit. Sed contra responsionem istam de retractatione auctoris Ro. obicitur per hoc quod ad librum illum super epistolam ad Ro. edidit quando fuit presbiter illum autem sed non fecit completum antequam esset episcopus igitur non videtur quod retractando aliqua de primo retractet aliquid aliud de 2o quia retractare dictum prius quando minus sciebat non est retractare dictum posterius quando sciebat plus. Sed argumentum hoc non cogit quia licet fecit prius unum librum quam alium simul tamen fecit librum retractationum et tunc habuit ambos illos libros editos et potuit sententiam dictam in uno libro retractare in aliis sive prius sive posterius editis apparet enim quod omnes libros illos de quibus fecit mentionem ediderat antequam fecerit librum retractationum et si in primo c. primi retractationum retractasset aliquam sententiam dictam in aliquo alio libro posterius quidem edito non oporteret ipsum iterum replicare retractationem illius sententie in aliquo c. assignato alteri libro posterius edito unde dicit li. 1 c. 3 retractans illud de eius que prius ignoravit addenda inquit erunt illa ut dicerentur moralibus et subdit nec assidue repetendum est quod sepius iam dixi sed hoc verum ubicumque ista sententia in meis libris inveniuntur. Ergo sententiam dictam in libro prius edito retractando magis retractando

eandem sententiam ut dictam in libris posterius editis quam econverso. Sed aliquis posset arguere contra responsionem magistri quod non invenitur ubi Augustinus verba illa retractet quia sicut ipse magister confitetur et verum est illa verba que prius adducit sequuntur alia verba que retractat de q. 68 1 retract. c. 24 et ista verba non retractat videtur autem quod si intelligeret esse retractanda non inciperet a verbis sequentibus omittendo ista. Aliter dicitur quod quidquid deus operatur circa creaturas solo beneplacito sue voluntatis operatur ut super hoc non sit aliqua alia ratio vel causa ponenda quod confirmatur per illud apostoli Ro. 9 de Iacob et Esau cum nondum nati et ubi dicit glossa quod sicut nec per merita precedentibus ita nec per futuris quia bona vel mala non erant futura nisi apposita gratia vel subtracta quod etiam apostolus declarat subdens non habet potestatem figulus ex eadem massa et unde sicut sola voluntas figuli est ratio quare de hac parte masse facit vas honoris et de alia vas contumelie nulla discrepantia existente in tota massa quemadmodum nec in prima materia quam tamen causa agens vestit in una parte forma nobiliori et in alia minus nobili sic sola voluntas beneplaciti dei est ratio quare de eadem massa equaliter viciata in primo parente istum eligit ad gloriam illum non dimittit ad condempnationem vel et si non esset massa viciata et omnes essent equales non nisi quando unum eligeret et alium dimitteret utrobique faciendo gratiam illi quem eligeret sed maiorem illi quem eligeret ex massa viciata et illi iniustitiam quam si ex massa

opinio de facto

dampnata non eligeret non autem in-
iusticiam illi quem contra statum inno-
cencie existentem non eligeret. Vl-
terius dicit posito ista quod que-
rit assignare racionem eius ex parte
tamen quare deus de tota massa
perdita voluit quosdam liberare
et quosdam non / non tamen autem quare
hunc pocius quam alium racio precipua
ponitur nisi bonitas eius in se ex-
istens simpliciter manifestari multipliciter
in rebus diversis sicut eo quod
in una tota manifestari potest quia
divinam perfectionem non attingit illa ut
quemadmodum ad perfectionem universi re-
quiruntur diversi gradus rerum in natura-
libus etiam ex eadem materia equaliter
se habente ad omnes sicut etiam propter
eandem bonitatem manifestandam
requiruntur diversi gradus in mora-
libus quia in hiis bonitas sua
manifestatur quo ad aliquem gradum
supernaturalem reprobos eius iuste puni-
endo manifestatur bonitas iusticie
eius sed in glorificatione bonitas miseri-
cordie sicut eciam permittit deus ista ma-
la fieri ut bona non impediantur sed ut
eveniat et hoc tam in moralibus ut
in proposito quam eciam in naturalibus ut
in ceco nato Io. 9 in quo Christus
ostendit solam racionem esse ut gloria
dei manifestetur in illo sed hoc non
ex defectu operis in homine sed ex eius
illuminacione miraculosa facta ad
omnia et videtur hanc racionem assig-
nare apostolus Ro. 9 dicens volens deus
ostendere iram iusticie et cum graciam exemplum
de figulo faciente de eodem luto vas
unum in honorem et aliud ad contume-
liam de quo 2 Thi. 2 dicit apostolus In
magna autem domo non solum
vasa aurea et argentea sed etiam

fictilia et cetera. Deinde 2o sed in principio dicitur quod
sicut in naturalibus ad tota materia
sit uniformis quare una pars est
sub forma ignis alia terre non
potest assignari racio nisi sed perfectio
universi et ex parte sed manifestacio
potencie et bonitatis dei sed quare
hec pars materie sub hac forma et
illa sub illa et non econverso nulla racio
esse potest nisi sola voluntas artificis
sic determinantis sicut in operibus hu-
manis quod hic lapis sit figuratus
ut situetur in altari et alter in cloaca
contra quod philosophus dicit 2 physicorum aliquos la-
pides esse bene formatos aliquos
autem non hoc autem a mera electione arti-
ficis dependet sicut dicitur in proposito
quod in principio nulla est racio quare hunc
et illum non quod confirmatur per Augustinum super
illud Io. ca. 6 nemo venit ad me
nisi pater meus traxerit eum ubi dicit
quare hunc trahat et illum non noli
velle diiudicare si non vis errare
et dicit quod ex hoc quod deus sic ine-
qualia equalibus facit non est ini-
quitas quia in hiis que fiunt ex gracia
sine debito potest dans absque omni
iniquitate dare prout vult Math. 20 capitulo
xx tolle quod tuum est et vade an
non licet michi quod volo facere
tunc autem esset iniquitas si esset da-
tum ex debito. Contra opinionem istam ar-
guitur quadam primo contra racionem illam
que assignatur in quantum nam nullus
defectus culpe sine pene est per se
de perfectione universi ergo nec per se re-
quiritur ad manifestacionem divine bonitatis
et per hoc patet quod non est simile de diversis
rebus in esse naturali et morali quia omnes
species rerum in esse naturali deserviunt sunt
de perfectione universi non sic autem in esse

de diversis

mo^dali mundi bonum et malum sine mundo bonum et misero. Preterea arguit quod si esset necessaria ad manifestationem divine iustitie dampnatio aliquorum sufficeret ad hoc dampnatio demonum non enim videtur homines et demones in culpa et pena differre specie in esse mo^dali pluralitas autem individuorum non est propter perfectionem universi. aut si dicas quod alio modo manifestatur divina iustitia in istis et in illis puniendis contra ita manifestaretur divina una pluribus modis si deus glorificasset aliquos homines vel ~~angelos~~ sine meritis quod non fecit et tamen videtur magis de perfectione divine bonitatis pluribus modis manifestare unam quam dei iustitiam. Preterea arguit iste quod non videtur quod deus ex intentione permittat fieri peccata ut ea postea puniat quia non videtur quod per intentionem cuiuscumque sint plus permittenda fieri mala quam non fienda quia nullum malum culpe vel pene potest esse per se intentum nec quantum malum et si dicatur quod voluntas in permittendo nullo modo fertur super malum sed solum super permissionem ut intendit malum permittere non tamen potest ~~arguit~~ quod saltem non est intentum qualiter deus velit bonum et non aliud. Unde non videtur quod deus ex intentione sua permittat malum sed solum ut bonum eveniat. Hoc patet in ceco nato quem deus permisit nasci cecum non ut glorificaretur in cecitate eius sed in mirabili eius illuminatione. Hoc etiam patet in naturalibus deus enim non intendit defectum sed si cause secunde sint impotentes permittit effectum esse talem qualem cause possunt producere. in hominibus etiam videmus quod qui permittit peccare aliquem

quem posset prohibere peccat si non impedit igitur hoc non est ponendum in deo. Preterea contra secundum sic quod nulla ratio sit in speciali arguit quod illud exemplum non est simile quia in materia ut unda est non potest esse diversa propter quam sit sit disposita ad talem vel talem formam sicut nec in massa respectu diversorum vasorum sed in hominibus videtur inveniri aliqua diversa dispositio propter quam hoc congruit predestinari et non illi sicut in materia ut non est unda est dispositio propinqua ut stat sub alia forma ut patet de vino et aceto non autem esset proxime disposita ad illam posteriorem si non esset sub priore. Et quod illi adducunt pro se de apostolo dicit iste secundum glosam ibi quod apostolus hoc non dicit propter inopiam reddende rationis sed ut reprimat temeritatem incapabilium nec est simile in exemplo apostoli de massa et figulo nisi ex parte finis non autem ex parte subiecti quia hic in electione potest esse diversa ex parte subiecti ibi autem non et quantum ad hoc congruencius est exemplum apostoli quod ponit ad Thimotheum 2 de vasis aureis et argenteis quia ibi est diversa in subiecto propter quod vasa fictilia sunt in maiore contumeliam lignea in minorem aurea in honore maiore argentea in honore minorem. Iste etiam improbat opinionem dicit aliter sicut actus divinus potest considerari ut est a deo agente vel ut recipitur in aliquod passum sive ut terminatur ad aliquod obiectum primo modo nulla est ratio actionis divine nec finis nec ut finis nisi bonitas sua nec ut efficiens nisi voluntas sua secundo modo tamen est assignare aliquam rationem propter quam sit illud eius ita quod est actio ut eius ad finem

Margin notes (right column, after "forma ut patet de vino et aceto"): innocentes sic glorificarent angelos innocentes vel aliquos angelos vel homines sine omni merito in speciali vel in alio.

Interlinear insertion (left column, "ut intendit malum permittere"): et ut sic; above "permittis": licet tamen.

Left margin: hoc est falsum ubi sic nota quia sic probat in sequentibus.

simi

9tinuit siet / 7 qd aliqua talis ro
sit ex pte eius ad fine ondit 3°
pmo quia in rebus omo equa-
libus electo noiari no pt ro. si
deus aliqua eligit aliqua e dna
ela a no elcto. 2° quia in omibus
opibus mie diue uidet 9iuncta
iustitia: igit aliqua 9tinentia e
ex pte illius ita que opat mi-
sericordia; 3° qr apli quia licz

9tiliter videtur no 7 vel 8 — nullo pt ratio electionis ul rep-
barois a pte dei ct ita lz puta qr malicia
pte — repbati no est causa dapnadi
a pte dei quia nisi deus eet pas-
sius 7 tpale eet ita etni / tamen
bene 9ceditur ex pte dapnadi ali-
qua ro motiva pp quam recipiatur
i ipo — talis actio in ipso 9° apli uidetur
ex alia pte qr absqz inpfcone
dei in agendo possz poni aliqua
ro in pdestinato qr in ipo ut ita
ipm eet talis actio 7 uiuitur
in 9clusione ista aucta aug. sz.
q. supius allegate que no uidetur
retractata, ulterius in spali dt.
que sit ista ro quia bonus usus
liberi arbitrij prius ex parte
elti 7 malus ex pte repbati
hoc autem sic declaratur licet gratia
opetur in actibus bonis tamen li-
berum arbitrium cooperatur qd pbat
p aug sup illud ps adiuua nos
deus sal. nr. ubi dicit cum adiuuari
nos uult neqz ingratum nec tollit
liberum ar. qui enim adiuuatur p se
ipm etiam aliquid opatur. qu g°
offertur gratia uiatori si recipiat gratiam
oblatam 7 ei 2m usum liberi arbitrij
bn cooperetur meretur hic gratiam secundum
gradum ulteriorem sicut exemplifi-
cat in multis gradibus intermediis

a primo pta moralis usqz ad sta-
tu gl'ie quos no oportet mo omnes
enumare 7 ita uidetur qr totus bonus
usus li. arbitrij p omibus statibus
prius pt possit ee ro electionis
etne ipius bene utentis 7 ita ex a°
pte devsu malo 7 repbatio etc. Et
si obicitur contra hoc quod bonus
usus liberi arbitrij ptinet ad gratiam
g° ptinet ad effectum pdestinatio-
nis 7 ita no est ro eligendi dicit
qr bonus usus quodammo no inclu-
ditur sub pdestinatione uel sub eius
effectu licet no sit sine eius effectu
uel sit distinctum qr e pdestinationis
ab eo quod est liberi arbitrij sicut
2m ipm 7 in qm tota gl'in quanto
pt assignari bonus usus 7 malus
usus 7 de quocumqz hoie pt assig-
nari ro ex pte ipius no pp qua
sz sine qua no ro in spali ita det-
minatum hoiez no est hois illaz
investigare quamuis no desit 7 pos-
sit ulus reddi bn 2m eum magna
inopia reddende rōnis laborauit
aptus cum dicat ro. xi. O altitudo
diuitiarum qr in hoc 9sistit iudiciorum
dei abyssus multa. Sz qr istud
arguitur pmo qr deus no puidet
istum bene usurum libo ar. nisi quia
uult ut pordinat eum bn usurum
quia sicut dcm est distinctione 39. ita
puiso futurorum 9tingentium est ex
determinatione uoluntatis sue. Si ergo
uoluntati diuine offerantur duo equa-
les in naturalibus quero quare istum
pordinat bene usurum libo ar.
7 illum no 4 no uidetur posse assig-
nari ro nisi uoluntas diuina et hec
est pma d. inter eos qd hear seq'

electio vel reprobatio igitur in summa
divina pertinere ad praedestinationem vel re-
probationem sola divina voluntas est ratio
¶ Prima ista ratio quam ponit non videtur
quod sit omnibus praedestinatis et reprobatis
primo quidem quia in parvulis deus
non praevidet usum liberi arbitrii bonum
vel malum Et si dicas quod licet
non praevideat usum talem tamen istum
fuisse bene usurum libero arbitrio
si supervixisset et illum male et ideo
istum perducat ad baptismum et salvatur
et illum non et damnatur. Hoc ipse
ista improbat quia si propter bonum usum
alicuius praevisum si supervixisset
acceptaretur aliquis puer adultus
in gratia moriens non praemiaretur secundum
merita quae iam habet sed secundum illa quae
praeintelligitur habiturus si supervixisset
Et si loquamur de angelis praedes-
tinatis et non praedestinatis quem usum
praevidet deus in isto libero arbitrio quem
non praevidet in illo si offeratur propter
quem usum saltem si loquamur de
angelis praedestinatis et non praedes-
tinatis quem usum praevidet deus in
isto libero arbitrio quem non praevidet
in illo saltem offeruntur propter quem
usum hunc praedestinat et illum re-
probat ¶ Praeterea aliter dicitur quod praedesti-
nationis nulla est ratio etiam ex parte
praedestinati aliquo modo sed ipsa
praedestinatio / reprobationis tamen est
aliqua non quidem propter quod deus ef-
fective reprobet inquantum reprobatio
est actio / sicut argutum est in prae-
dicta opinione quia tunc deus esset
passivus / sed propter quod ista actio sic
terminatur ad istud obiectum et non ad aliud
¶ Secundo probatur quia ordinate volens
finem et ea quae sunt ad finem / prius

vult finem quam aliquod eorum ad
finem et propter finem vult alia igitur tamen in
toto processu quo creatura beatificabilis
perducitur ad perfectum finem / finis ultimus
sit perfecta beatitudo deus volens huic
aliquid istius ordinis primo vult
huic creaturae beatificabili finem
et quasi posterius vult sibi alia quae in
ordine illorum sunt quae pertinent ad
illum finem / sed gratia fides merita bona
usus liberi arbitrii omnia sunt
ad istum finem licet quaedam remotius [ordinate]
et quaedam propinquius igitur deus vult
prius isti beatitudinem quam aliquod
istorum et prius vult ei quodcumque istorum
quam praevideat ipsum habiturum ~~aliquod~~ [quodcumque]
eorum igitur propter nullum istorum praevisum
vult ei beatitudinem ¶ Secundum probatur
quia damnatio non videtur bona nisi
quia iusta Vlam 2o aq xv sup Gen-
no prius est deus ultor quam aliquis
sit peccator videtur enim esse crudelitas
punire aliquem non praeexistente in eo
culpa igitur a simili non vult deus prius
punire quam videat aliquem esse
peccatorem non igitur prius antequam voluntas
divina circa iudam est velle damnare
prius iudas offertur in puris naturalibus
quia tunc videretur velle damnare
sine culpa sed videtur quod oporteat
offerri iudam voluntati divinae sub
ratione peccatoris antequam velit ipsum dam-
nare igitur non reprobare sit velle dam-
nare reprobatio ex parte obiecti habet
rationem scilicet peccatum finale praevisum ¶ Con-
tra hoc petrus et iudas aequales
in naturalibus voliti a deo in esse existentiae
in illo instanti in quo offeruntur
voluntati divinae in existentia naturali
et aequales / praeterea deus primo vult
petro beatitudinem Quaero tunc quid

velit iude si dampnatorum haberetur
propositum s. quod reprobat sine omni ratio-
ne sed voluntate .g°. predestinat
iudam. Pro dicitur quod in isto instanti
nichil vult iude sed tamen est ibi ne-
gatio volitionis glorie et similiter .g°. in
2° instanti non quam vult petro gratiam
ad hoc nullus actus positivus volun-
tatis divine est circa iudam sed tamen negatus
in 3° instanti quam vult permittere
petrum esse de massa perditionis
sive dignum perditione et hoc propter
peccatum actuale vel originale tunc
vult permittere iudam similiter non esse filium
perditionis hic est primus actus positivus
difformis circa petrum et iudam sed
ex isto actu est ideo quam iudas erit
finaliter peccator positus illis nega-
tionibus s. quod non vult sibi dare gratiam
nec gloriam in 4° .g°. instanti offertur
iudas ut peccator finaliter voluntati
divine et tunc vult iuste punire et
reprobare iudam nec mirum quod non
ponitur similis processus predestinationis
et reprobationis quia bona omnia at-
tribuuntur deo principaliter mala autem
nobis et ita deus predestinare
sine ratione convenit bonitati sue
sed ipsum velle dampnare non videtur
sibi posse immediate attribui nisi
ubi ut conveniunt in puris suis na-
turalibus sed tamen respectu ubi ut conceptis
in peccato mortali. Pro hoc tamen confirmatur
per simile ponamus duos ex parte mi-
chi eque gratiosos quorum alterum
diligo et alterum non et hunc quem di-
ligo preordino ad aliquod tale
bonum per quod posset michi placere.
illum autem quem non diligo non pre-
ordino ad aliquod tale bonum si
ita esset quod in potestate mea esset

permittere eos posse offendere posse
velle permittere utrumque offendere et
ex quo illum producere non volo ad id
quod posset michi placere postquam
offensam eius ... et ita me
posse punire ipsum postquam autem
offensam alterius remittendam sive co-
mittendam ad quod velle. Sed
ad hoc contra hoc instatur quia 2m
hanc istam deus non providet com-
munitatur iudam esse malum non sola
permissio alicuius actus et contendo
de permissione non facit certitudinem
de illo actu quia oportet illum habere
aliquam causam effectivam igitur ex hoc
solo quod deus ponit se velle per-
mittere iudam peccare non erit certus
ipsum peccaturum similiter si loquamur de
angelo beato et de malo qui non erat
in peccato mortali et ex hoc nunquam solo
non videtur quod sciat luciferum pec-
caturum et ex hoc ut videtur non
offertur sibi lucifer ut peccator. Preterea
quero quid est ipsum velle permit-
tere luciferum peccare si hic est aliquis
actus positivus voluntatis divine respectu
peccati .g°. videtur quod velit eum peccare
si non est aliquis actus positivus respectu
actus peccati sed respectu actus permissionis
tunc non erit actus reflexus et tunc
erit questio de ipsa permissione quis
actus sit si actus positivus volun-
tatis igitur ad hoc videtur quod deus habeat ac-
tum positivum respectu peccati quod permittitur
Primum istorum solvitur per hoc quod
deus praestat se cooperaturum ad substantiam
alicuius actus qui est peccatum ipsi lu-
cifero hic autem praestat quia vult co-
operari illi si est peccatum commissionis
vel praestat se non cooperaturum ad
aliquem actum si non vult ipsum et hoc

276

si ille actus primus est peccatum omis-
sionis et sciendo se cooperaturum ad
substantiam talis actus non est iniusti-
ficandus debuit vel non cooperaturum
ei ad actum necessarium et per consequens qui
omittet scit illud peccaturum ita
quod scit illum peccaturum non solum
quia scit se permissurum hoc sed quia
scit se cooperaturum huic ad substantiam
actus non constitutionem et per consequens iste
committet vel non cooperaturum ei ad
actum necessarium et per consequens iste omittet
" 2m arm querit difficultatem tan-
gentem divinam voluntatem de qua non
nunc sed alias . De istis opinionibus
omnibus quia apostolus disputans
de materia ista Ro. in fine videtur qui-
dem relinquere inperscrutabile O
altitudo ingens di. sap. et scientie dei
et quis novit sensum domini aut quis
consiliarius eius fuit igitur ne scrutando
de profundo cadatur in profundum 2m unus
unquam eligatur que magis placet
dum tamen salvetur libertas divina
sine omni iniustitia et alia que sal-
vanda sunt circa deum ut liberaliter
eligentem et qui aliquam opinionem tenuerit
videat ad ea que contra sunt contra
eam " Ad primum argumentum principale
dico quod summa bonitas potest stare cum
liberali communicatione licet illa communicatio
non sit omnibus equalis potest enim
summe bonus libere communicare et ut
ostendat se liberalem non necessario sed
liberalem libere communicando potest aliquibus
duobus apprehensis equalibus
velle bonum non equaliter communicare
nec in hoc fit aliqua iniustitia sicut
dicit prima opinio quia non est debitum
" Ad 2m quando sunt duo eque non habilia ad aliquem finem et ex parte sui habent
... illam ... quam sunt vole-

da ab aliqua voluntate voluntas
participans bonum alteri ad ipsum
finem peccat 2m acceptorum personarum
talis e omnis voluntas creata quia
respectu illius bonitas amabilis est
ratio eius amandi non potest voluntas
increata respectu alicuius boni al-
terius ab essentia sua nullum enim tale
bonum ideo est amatum ab illa voluntate
quia bonum sed econverso et ideo non potest
accipere personas quia non est in eis
bonitas que sit sibi ratio amandi
" Ad primum in opposito qui vult tene-
re aliam viam potest dicere sicut dicit 2a
opinio quod apostolus redarguit in hoc
presumptuosos inquirentes illa quorum
non sunt capaces non autem propter inopiam
reddende rationis saltem in quantum licet
in particulari nesciatur quare malum permit-
tens in isto propter quod reprobet eum
et in istis specialibus patris e altitudo
divinarum et sunt iudicia incomprehensi-
bilia cum videtur concordare vocabulum
hoc iudicium quia iudicium est de particularibus
agibilibus cum non dicimus de prin-
cipiis primis sive de legibus sta-
tutis esse iudicia sed de aliquo particulari
actu iudicatur 2m principia prima
vel 2m leges statutas et ideo non obstante
quod sit principium primum statutum per
divinam voluntatem quod omnis finaliter
finaliter malus dampnetur tamen de particularibus
sicut quare iste permittetur esse finaliter
malus et ille sit et quare ex hoc in-
dicatur iste reprobatus propter hoc et ille
propter illud ista iudicia sunt inscruta-
bilia non enim scit homo nec scire
potest in quod peccatum vult deus permittere
istum eadem respectu cuius sit non voli-
no concedi gratiam ut sit offensum finaliter

tamquam finaliter peior in illo peccato et sic propter peccatum illud punitus reprobatur. De bonis autem potest poni quod nulla est ratio sicut deus est in prima opinione et si contra hoc aliquas quod saltem circa bonos non erunt iudicia dei investigabilia quia facile est dicere de eis quod quia vult eos salvare potest dici quod de eis inquantum predestinati non est iudicium nec de facto aliquo in experientia neque quantum in presentia divina iudicium enim est de aliquo facto vel puniendo sed de malis licet non sit iudicium de facto quod non dicunt peccatum tamen deputato potest esse iudicium de eis in presentia dei unde dicuntur mali et tunc investigabilium iudiciorum referri potest ad malos ex parte quorum potest aliqua ratio illic autem rationes ex parte diversorum propter quas quantum ex parte eorum fiunt iudicia sunt investigabiles et propter hoc iudicia investigabilia. Ad aliud augustini facit per 4. opinio quae probat ex parte predestinatorum nullam esse rationem

Distinctio 42

Nunc de omnipotentia dei agendum est etc. Circa distinctionem 42 in qua magister agit de omnipotentia dei quaeritur utrum deum sive deum esse omnipotentem possit probari naturali ratione quod sic Re. 1. in c. 3. et 8 physicorum naturaliter probatur deum esse potentie infinite sicut patet 8 physicorum et 12 metaphysice potentia autem infinita videtur esse omnipotentia ergo. Probatur minor quia notum est potentia infinita non posse aliqua alia maiorem cogitari sive considerare quantumque alia potentia quae non est omnipotentia potest maior cogitari sive considerari patet quod sive consideratione potest cogitari omnipotentia sub ratione omnipotentie ipsa autem maior cogitatur quacumque alia que non est omnipotentia. Si dicas quod non potest probari naturaliter omnipotentiam esse cogitabile sine contradictione. Contra omnipotentiam esse in eius una est igitur omnis ratio probans impossibilitatem omnipotentie sophistica est omnis autem ratio sophistica potest per intellectum ex puris naturalibus solvi igitur intellectus talis potest ex puris naturalibus solvi cognoscere non impossibile sequi ex omnipotentia et sic quod illud est possibile ad quod nullum sequitur impossibile cognoscit igitur omnipotentiam esse possibile ex isto etiam potest sciri non potest quia si naturaliter probari potest omnipotentiam esse possibilem igitur naturaliter potest probari eam esse necessariam quia non potest esse nisi posset esse necessaria et quod potest esse necessarium est necessarium ergo. Contra multi philosophi veteres naturali ratione erraverunt quantumcumque per se considerarent deum sub ratione efficientis concesserunt primum esse omnipotentem 2. intellectu catholico etc. Confirmatur etiam quia est articulus fidei in symbolo apostolorum Credo in deum patrem omnipotentem. Hic videtur potest distingui quod omnipotens aut potest dici agens quod potest in omne possibile mediate vel immediate et hoc modo est potentia activa primi efficientis prout extendit se ad omnem effectum in ratione cause proxime vel remote et sic naturaliter concludi potest esse primum efficiens omnipotens hoc modo sicut ostensum est d. 2. Alio modo accipitur omnipotens prout theologi potius omnipotentem dicunt qui potest in omnem effectum immediate et in quocumque possibile 1. in quocumque quod non est ex se necessarium nec includit contradictionem vel inquantum immediate quod sine

cooperatione cuiuscumque alterius cause
agentis / et hoc modo omnipotentia videtur
esse credita omnipotentia de primo
efficiente / et non demonstrata / quia licet
primum efficiens habeat in se potestatem ef-
fectivam cuiuscumque esse alterius esse
sicut deductum est distinctione 2a / et
per hoc probatum est ipsum habere potestatem
infinitam / et similiter quod sit quasi ultimum ad
quod ratio naturalis potest attingere cognoscen-
dum de deo / tamen ex hoc non videtur
posse concludi omnipotentia 2o modo intel-
lecta / quia et si verum sit non tamen est
manifestum naturali ratione quod habens causalitatem
eminentem in se et etiam causalitatem cause
2e eminentius quam habeat illa causa
2a respectu sui effectus possit im-
mediate in effectum immediatum cause 2e /
ordo enim causarum inferiorum et superiorum
hoc non concludit / quia et si sol ha-
bet in se causalitatem eminentius quam bos
vel aliud animal / non tamen conceditur solem
posse immediate generare bovem / sicut
potest mediate eo bove generante / et
hoc magis ponerent philosophi quia non
posuerunt causam 2am necessario concurrere propter
aliquam perfectionem addendam effectui /
sed quasi propter imperfectionem addendam magis
quia causalitas immediata prime cause est
perfecta / et ideo posuerunt eam non posse
immediate esse causam alicuius effectus imper-
fecti / et ideo oportet concurrere aliquam causam
agentem imperfectam ut sic illa prima
non producat 2um ultimum sue potentie /
sed cum illa 2a agente effectum diminutum
et imperfectum i. non ita perfectum sicut si
immediate ipsa prima produceret ¶ Preterea
si philosophi non poterant ratione naturali con-
cludere deum posse contingenter causare /
quanto magis nec posse immediate in
omnem effectum vel in quemcumque in quod
potest mediantibus mediatis causis

2e ¶ Preterea / si ipsi philosophi habuerunt quasi pro
principio de nichilo nichil fit sci-
licet in istis generabilibus et corruptibilibus
non videtur deum esse omnipotentem
sic quod posset aliquem effectum totaliter
producere sine omni alia causa concausante
¶ Preterea si philosophi posuerunt deum esse necessario
agentem sicut videntur multi eorum
sensisse et posuisse si ad hoc pone-
rent quod esset omnipotens 2o modo haberent
negare causalitatem cuiuscumque cause 2e
quod est maxime inconveniens eis nam causa
necessario causans in quocumque instanti
comparatur ad effectum necessario in eodem
causat et agit igitur cum prius compa-
retur causa superior ad effectum quam
causa inferior et tunc per te necessario est omni-
potens scilicet in illo instanti produceret
totum effectum ergo in 2o instanti in quo
comparatur 2a ad eundem effectum nichil
intelligitur tunc causandum et ita causa
2a nichil potest causare ¶ Et ex hoc
apparet quod illa propositio / quod deus potest causa
effectiva prima quod causa 2a potest per se
immediate / non est nota per se ex ter-
minis neque ratione naturali / sed est tantum
credita nam si ipsa omnipotentia ex qua
dependet esset nota ratione naturali facile
esset probare ipsis philosophis multas veritates
et propositiones quas ipsi negant et faci-
le esset probare eis saltem possibilitatem
multorum que credimus que ipsi ne-
gant omnipotentia tamen hoc modo 2o sump-
ta licet non sufficienter demonstretur
probabiliter tamen probari potest sed videtur
et notum et probabilius quam quedam alia
credita quia non est inconveniens quedam
credita credita esse credibiliora quam
alia ¶ Ad autem rationes dico / quod et si
sint necessarie rationes ad probandum
omnipotentiam et quedam alia credita

non tamen sunt evidenter necessarie et hec sicut illa ratio que probat trinitatem personarum duplicem productionem ad intra in divinis que licet sit ex necessariis non tamen premisse sunt necessario evidentes quia non sunt note nobis ex terminis neque ex evidentibus nobis notis est possibile hic inferre sicut dando est d. 1 q. 1. Ad secundum dico quod infinita potentia dei et si possit concludi de deo naturali ratione non tamen omnipotentia secundo modo dicta. Et cum dicis quod potentia infinita non potest cogitari maior unius est intensive et non tamen videtur quod dico quod sit vel cogitetur maior potentia ad plura se extendens extensive vel dicetur quod si non sit contradictio cogitare potentiam cogitatam que ut sic aliquo modo excedit infinitam potentiam non intellectam ut omnipotentiam non tamen est naturaliter nota potentiam sic intellectam esse omnipotentiam. Et cum dicis nota esse omnipotentiam propter sophismata hoc negatur et cum probatur quia omnis ratio probans impossibile est sophistica dicitur ad hoc quod est sophistica non tamen potest solvi ratione naturali quia sicut est sophisticum est peccans in materia habens aliquam premissarum falsam et non potest solvi nisi per interemptionem illius false premisse que tamen non potest cognosci esse interimenda per rationem naturalem sicut nec cognosci potest vera per rationem naturalem. Sed quod hic arguo sit aut illa que apparet vera et non apparet interimenda apparet ex ratione naturali esse vera ex terminis tamquam inmediata aut apparet esse conclusa ex terminis inmediatis. Si primo modo ergo intellectus non potest esse certus de propositionibus inmediatis que sint vera et que non apparent eum sibi vere tamquam propositiones

inmediate que tamen sunt false et ita erunt aliqua principia ita sicut ianue in domo contra philosophum 2o metaphysice et eius commentum quod ita que non convenienter. Si secundo modo apparet esse vera tamquam conclusa ex terminis inmediatis ergo arguatur de illo syllogismo sophistico sicut de isto aut peccat in materia aut in forma. Si in materia non potest solvi quia premissa falsa peccans in materia potest interimi. Si in forma ad hoc solvi potest per logicam artem logicam. Si dicatur quod peccat in forma et tamen non potest solvi naturali ratione istud videtur absurdum quia sicut intellectus in terminis naturalibus tradidit omnem artem de syllogismo apparente in forma et defectuoso sic per illam artem potest solvere omnem talem syllogismum applicando talem artem ad talem paralogismum. Ideo dico aliter quod et si quicumque paralogismus apparens deducens ad impossibile ex premissa sequitur deum esse omnipotentem possit solvi per intellectum et rationem naturalem sive peccet in materia sive in forma et intellectus possit scire quemcumque talem paralogismum dimissum factum esse solubilem non tamen sequitur quod sciat illud non esse impossibile stat enim oppositum scilicet quod dubitet istud esse impossibile propter repugnantiam terminorum ex quo tamen non possit sequi aliquod manifeste impossibile aut quod dubitet utrum ex isto possit inferri aliquod impossibile aliud a conclusione illato et illud argumentum inferens illud impossibile sit insolubile licet illud non sit aliquorum que scit sunt quorum cognitio necessario solvitur vel generaliter potest videri ad istud argumentum quod potest fieri contra ad omne credendum quod illud sit necessario a deo possibile et credibile

videam tamen 2o. Circa distinctionem 3 in qua magister reprobat opinionem aliorum qui videntur vere ideo impossibilitas rei fiende sit ex parte dei vel rei factibilis quod magister dei primo magister arguit distinctione sequenti capitulo primo querere quod universum potuit fieri melius quia si non aut hoc esset quod nullo bono sibi adesset et tunc esset deus aut quia aliquid sibi deesset sed non esset capax ad illud recipiendum et tunc arguit quod fieret melius si daretur ei capacitas a deo ad illud ita arguo in proposito si aliquid sit infactibile igitur si daretur sibi capacitas a deo posset fieri ideo ei non sit non fieri quia non datur sibi capacitas ergo ista impossibilitas videtur primo esse ex parte dei non potentis dare capacitatem. Confirmatur augustinus de civitate dei xii c. 3 quia deus dedit perseverantiam bono angelo ideo bonus angelus habuit eam et non quia deus non dedit malo angelo ideo non habuit sed quia malus non accepit h' dr. abscenti quolibet 6 q 3 cuius oppositum manifeste querere quolibet 8 q 3. Confirmatur istam sententiam 2a que sit data retractando primam sententiam de hoc sive sit data ut retractanda per primam tunc non oportet arguere contra eam nisi ex verbis suis propriis que implicant manifeste opposita dico tamen specialiter sit contra eam nichil est simpliciter impossibile nisi quod simpliciter repugnet sibi esse cui autem repugnat esse ei ex se primo et non propter respectum aliquem affirmativum vel negativum eius ad aliquid aliud repugnat primo repugnantia cuiuscumque est extremorum est ex ratione sua formali et per se ratione sic accepto quorumque alio respectu vel ipsis extremi positivo vel negativo ad quodcumque aliud sicut album et nigrum per se ex rationibus formalibus contrariantur et habent repugnantiam formalem tamen accipiendo per impossibile omnem respectum ad quodcumque aliud illud ergo est simpliciter impossibile cui per se repugnat esse et quod ex se primo est tale quod sibi omnino repugnat esse et non propter aliquem respectum ad deum affirmativum vel negativum primo repugnaret sibi esse si per impossibile deus non esset videtur ergo prima sententia probabilior quam secunda.

Sed contra istam primam arguo sit potentia activa qua dicitur deus omnipotens non est formaliter intellectus sed quod presupponit actum intellectus sive potentia illa sit voluntas sive alia potentia executiva sed lapis est possibilis esse ex se formaliter et reducendo quod ad principium ex consequenti intellectus dei est illud a quo est prima possibilitas in lapide non igitur illa potentia activa a qua deus dicitur omnipotens est prima possibilitas in lapide probatio assumpti possibile 2o modo quod est terminus vel obiectum omnipotentie est illud cui non repugnat esse et quod non sit esse ex se [illegible] lapis productus in esse intelligibili per intellectum divinum hoc ipsum ex se formaliter et per intellectum primitive igitur est ex se formaliter possibilis et quod primitive per intellectum divinum igitur illa prima sententia videtur male ponere quod omnipotentia in deo sit aliqua illa potentia a qua est possibilitas in creatura et hoc si loquamur de illa potentia activa a qua deus dicitur omnipotens et respectu cuius illa dicitur potentia passiva in

creatura // Confirmatur ista ratio potentia activa que est omnipotentia non dat alicui aliquod esse nisi producendo illud quia illa est potentia productiva rei ad extra sed ante omnem productionem rei ad extra res habet esse possibile quia sicut probatum est d. 36. rem produci in esse intelligibili non est rem produci in esse simpliciter et si esset non esset per illam potentiam qua deus est omnipotens non igitur per potentiam illam que est omnipotentia res alia a deo est primo possibilis // Item in causis per se si affirmatio est causa affirmationis et negatio negationis vel possunt sicut habere plurimonem causa respiciendi et non habere est respiciendi ac e converso igitur si potentia activa que est omnipotentia in deo esset per se ratio possibilitatis in creatura negatio potentie active in deo esset negatio possibilitatis in creatura quod ipse negat et bene quantum ad hoc quia impossibilitas in creatura est per formalem repugnantiam prius // Item iste respectus qui consequitur potentiam activam in deo in quo est aut est realis aut non Si realis et ad extra hoc improbatum est distinctione 30. Si rationis igitur in 2° quo terminatur possibilitas ad deum sub ratione absoluta quod non insequor sicut in se inconveniens sed tamen a pluribus concedendum si deus et salte non videtur per inconveniens ab eis qui tenent opinionem illius doctoris ex quo sequitur ad eam similiter propterea item ex ista positione infero aliam conclusionem sed quod non est aliquis respectus prior ex parte cause quam ex parte causati primo ab ipsa causa sub ratione absoluta et postea mediante sequitur respectus in causato et 2° in causa ad causatum iste

igitur ordo absolutorum et relatorum quem hic concedit inquantum dicit tenet inconveniens tenentibus eam // Tertio infero quod omnipotentia ut est attributum divinum et dicit perfectionem simpliciter non dicit aliquem respectum ad creaturam quod ipse probat in summa sua 6° quolibet q. 3. quia nulla divina perfectio simpliciter dependet a creatura et hoc probat dicens 390 4 c. vi. ad illa relatio ad creaturam non dicit perfectionem simpliciter etiam in deo quia deus non esset talis si creatura non esset talis est ante perfectionem omnipotentie simpliciter ex se et ex natura sua et non ex aliquo respectu ad creaturam hoc etiam illam quod puto bene sicut et alia duo non debet respici sicut inconvenientis ab aliquibus tenentibus doctrinam // Aliter dico a summa sua quantum ad illud quod probant illa duo argumenta quia licet potentia dei ad se vel perfectio absoluta qua deus est formaliter potens sit in deo in primo instanti nature sicut et quelibet alia perfectio simpliciter sicut calorem consequitur esse potentiam calefaciendi qui tamen calor est forma absoluta non per ipsam potentiam sub ratione qua est omnipotentia non habet obiectum quod sit primo possibile sed per intellectum divinum producentem illud primo in esse intelligibili et tunc non est proformata potentia activa qua deus dicitur omnipotens et tunc res producta ab intellectu divino in tali esse sive intelligibili in primo instanti nature habet se ipsa formaliter esse possibile in 2° quo nature quia se ipsa formaliter non repugnat sibi esse et se ipsa formaliter repugnat sibi esse item ex se in quibus duobus stat tota ratio omnipotentie in quibus coincidit ratio potentie active non est igitur possibilitas

intellectu aliquo modo prior quam sit omni-
potentia in deo accipiendo omnipo-
tentiam pro perfectione absoluta in deo simpliciter
nec etiam causata est prius aliquo modo
in deo. Si tamen res intelligitur
esse possibilis antequam per omnipotentiam
producatur a deo sic est verum. Sed in
illa possibilitate non est simpliciter prius
sed producitur ab intellectu divino. Quan-
tum autem ad impossibilitatem dico quod
illa non potest esse primo ex parte dei sicut
dicit prima via et hoc propter rationem
factam contra primam secundam quia ipsa est
impossibilis per repugnantiam eius
ut fiat intrinsece sic impossibile simpliciter
includit incompossibilia que ex ra-
tionibus suis formalibus sunt incom-
possibilia et ab eo sunt principiative
incompossibilia a quo principiative habent
suas rationes formales. Est igitur
iste processus quod sicut deus intel-
lectu suo producit possibile in esse pos-
sibili ita producit duo entia formaliter
in esse possibili utrumque et illa producta
se ipsis formaliter sunt incompossibilia
ut non possint simul esse unum neque
aliquid tertium ex eis. Habent autem
incompossibilitatem qua habent habent
formaliter ex se principiative autem ha-
bent ab eo quodammodo qui ea produxit
et istam incompossibilitatem istorum sequitur
impossibilitas totius significati includentis
ea et ex ista impossibilitate significati in
se et primum suorum sequitur sic impos-
sibilitas eius respectu cuiuscumque agentis
et ex hoc habetur complete totus processus
impossibilitatis rei ita quod quasi ultimus
gradus impossibilis sit negatio rei
ad quodcumque agens nec oportet habere
aliquem respectum negativum ex parte
dei nec ex parte cuiuscumque alterius nec
est aliquis forte in natura rei

licet intellectus possit comparare deum
vel aliud agens ad ipsum sub negatione
respectus. Sic igitur impossibilitas primo
est formaliter ex parte impossibilis et principia-
tive in deo quasi principiative reducatur ad
aliquid non tamen reducatur ad negationem
possibilitatis in deo immo reducatur
principiative ad intellectum divinum ponentem
illud in illo esse in quo partes ille
formaliter repugnant propter quam for-
malem repugnantiam totum ex eis
est impossibile simpliciter. Et ex hoc apparet
quod falsa est ymaginatio quorundam
impossibilitatem aliquorum quasi in aliquo
uno quasi aliquid unum vel intellectum
vel qualecumque eius sit ex se formaliter
impossibile sicut deus est ex se for-
maliter necesse esse nihil enim est tale
nisi in non entitate nec etiam entitas
opposita tali non entitati simpliciter
est intellectus divinus ratio impossibilitatis
nec etiam intellectus divinus est propria
ratio impossibilitatis oppositi de necessario
quia hic tenet argumentum illud de contradictoriis
positis in affirmatione et negatione sed
esse simpliciter vel includit in se rationes
plurium ita quod ipsum non est primo
nihil ex ratione sui sed ex ratione illorum
que intelligitur includere propter for-
malem repugnantiam illorum plurium
inclusorum et ista ratio repugnantie est
ex rationibus formalibus eorum quam re-
pugnantiam habent primo per intellectum
divinum. Ad primum argumentum quod est ra-
tionem supposito quod universum posset esse
maioris perfectionis capax quam sit tunc
melius fieret si daretur sibi capacitas
illa quam sit sine illa capacitate
ut si esset capax utriusque aliorum absolute
autem non tenet ratio negative neque
isto sicut quod potuit melius fieri sicut
nec sequitur quod ignis manens ignis

possit fieri melior si fiat capax intellectus et voluntatis quin non potest esse illorum capax dico tunc ad formam argumenti quod deus non potest dare nichilo capacitatem factionis passive sed ista non est prima ratio sed quia tale non potest habere talem capacitatem et ista reducitur ad formalem repugnanciam pertinet et ultimo ad intellectum divinum

Nunc aliud restat distinguendum

Circa distinctionem etc. in qua agitur de modo potencie divine et queritur unum utrum deus potuerit res melius fecisse quam fecit. Quero istam quia utrum deus possit aliter facere res quam ordinatum est ab ipso fieri quod non quia tunc posset facere res inordinate cuius plus igitur et aus. Contra aliter fieri res quam facte sunt non includit contradictionem nec est necessaria. Respondeo in omni agente per intellectum et voluntatem potente agere conformiter legi recte et tamen non necessario agere conformiter legi recte est distinguere potenciam ordinatam a potencia absoluta et ideo huius est quia potest conformiter agere legi recte et tunc agere secundum potenciam ordinatam ordinata enim est inquantum est principium exsequendi aliqua conformiter legi recte secundum ordinem prefixum a lege illa et potest agere preter illam legem vel contra et in hoc est potencia absoluta excedens potenciam ordinatam et ideo non tantum in deo sed in omni agente libere quod potest agere secundum dictamen legis recte et preter vel contra est distinguere potenciam absolutam et ordinatam et ideo dicunt iuriste quod illud quod quis potest facere de facto hoc est de potencia sua absoluta quod autem de iure potest hoc est de potencia ordinata secundum iura. Quando autem illa lex recta secundum quam ordinate agendum est non est in potestate agentis tunc potencia eius absoluta non excedit eius potenciam ordinatam circa aliqua obiecta nisi circa illa agat inordinate necessarium est illam legem stare comparando ad tale agens et actionem eius non conformitatem illi legi recte esse non rectam nec ordinatam quia tale agens tenetur agere secundum illam regulam cui subest unde omnes qui subsunt legi divine si non agunt secundum illam inordinate agunt sed quando in potestate agentis est lex et rectitudo legis tunc potest agens ex sua libertate aliter ordinare quam dictat illa lex recta et tamen nichilominus potest ordinate agere quia potest statuere aliam legem rectam secundum quam ordinate agat nec tunc potencia sua absoluta excedit simpliciter ordinatam precise secundum priorem legem contra quam vel preter quam agit possunt exemplificari de principe et subdito et lege positiva. Ad propositum igitur applicando dico quod leges aliquae generales recte dictantes de operabilibus prefixe sunt a voluntate divina et non ab intellectu divino ut precedit actum voluntatis divine ut dictum est d. & quia in illis legibus non invenitur necessitas ex terminis ut quod omnis peccator dampnabitur sed solum ex voluntate divina acceptante que operatur secundum huius leges quas statuit vel sufficit ad propositum dicere quod statuitur a sapientia divina sed quod intellectus offert voluntati divine talem legem puta quod omnis glorificandus est prius gratificandus si placet sibi que libera est recta

est lex et ita de aliis legibus
deus igitur agens potens secundum istas
leges itas ut prescripte sunt ab eo
dicitur agens secundum potenciam ordinatam
ut autem potest multa agere que non
sunt secundum istas leges iam prescriptas
sed preter illas dicitur eius potencia
absoluta quia cum deus potest agere quodcumque
non includit contradictionem et omni
modo qui non includit contradictionem
et tales sunt multi alii modi ideo
dicitur tunc agens secundum potenciam absolutam
similiter quia multa potest agere ordinate
alio ordine et multa posset facere
ordinare alia ab illis que sunt con-
formiter istis legibus non includit
contradictionem quod rectitudo eius legis
secundum quam dicitur aliquis recte et or-
dinate agere est in potestate ipsius agen-
tis non sicut potest aliter agere ita potest
alia legem statuere et tunc potencia
eius absoluta ad aliquid non se exten-
dit ad aliud quam ad illud quod or-
dinate fieret si fieret non quidem ordinate
ordine isto sed alio quod aliud ita posset
voluntas divina statuere sicut potest
aliter agere. Advertendum autem quod
aliquid esse ordinatum vel ordinate
fieri contingit dupliciter uno modo ordine
universali quod pertinet ad legem quem
sicut secundum legem quem est ordinatum
omnem finaliter peccatorem esse dampnandum
secundo modo ordine particulari et hoc pertinet
ad iudicium non ad legem proprie quia lex
est de universalibus casibus de casu autem
particulari non lex sed iudicium secundum le-
gem ut quod iste homicida moriatur
Dico igitur quod deus non solum potest agere
aliter quam ordinatum sit ordine particulari
sed aliter eciam quam ordinatum est
ordine universali sive secundum leges institutas
potest ordinare agere quia tamen illa que

sunt preter illum ordinem quamvis illa
que sunt contra possunt a deo ordinate
fieri potencia absoluta potencia tamen or-
dinata non dicitur nisi secundum ordinem
legis universalis non autem secundum ordinem
legis iudicis de aliquo particulari quod
apparet ex hoc quia possibile est deum
salvare quod non salvat qui tamen
finaliter morietur in peccato mortali
et dampnabitur non autem creditur ipsum
posse salvare iudam iam dampnatum
vel tamen potencia absoluta est hoc impossibile
quia non includit contradictionem ipsum deum
salvare iudam eo modo est impossibile
quo modo est possibile ipsum salvare
igitur ipsum salvare potest de potencia
ordinata et illud non non quidem
ordine particulari qui est quantum de isto
agibili et operabili particulari tamen sed ordine
universali quia si salvaret statutum modo
cum legibus rectis quas vere prescripsit
de salvatione et dampnatione singu-
lorum staret staret enim tunc ista omnis
finaliter malus dampnabitur que est lex
prescripta de dampnando quia iste non est
ad huc finaliter peccator sed potest esse non
peccator maxime dum est in via quia potest
deus ipsum gratia preveniente sicut si rex
preveniret aliquem ne faceret homi-
cidium quem preveniendo si non dampnat
non facit contra legem suam universalem de
homicida non autem staret cum illa
particulari lege qua iudam salvaret
iudam enim potest preter salvandum de
potencia ordinata non quidem ordinata
quo ad istum ordinem sed absoluta ordi-
nata tamen alio ordine quia secundum alium
ordinem tunc possibilem institui potencia
igitur absoluta potest iudam salvare potencia
ordinata potest illum peccatorem salvare
licet nunquam salvetur. Sed lapide non

pt virtute potentia vel ordinata
vel absoluta et secundum hoc patet respectu
cuius dicitur potentia absoluta in deo scilicet
inquantum pt contra legem universalem et non
particularem. Qualiter autem volun
tas divina possit ita particularia et
ita leges iuris instituendas non
volendo oppositum eius quod nunc vult
dictum est supra de hoc distinctione tertia
Ad argumentum primum patet quia
quia non valet quia si fieret res alio
modo quam nunc fit ordinatio eas
fieri non posset inordinate sicut quia si
statueret alias leges secundum quas fieret
eo ipso ordinate fieret. Potest etiam
dici quod hic est distinguenda deus
aliter pt producere res quam disposuit
quia in sensu compositionis est falsa. Significat
enim quod possibile est deum aliter produ
cere quam secundum suam dispositionem. In sensu
divisionis est vera et sunt due cathegorice
et est sensus deus pt facere hoc modo
non disposuit facere hoc. Non nunc
sequitur quod inordinate agat ut
patet per dicta. Ad argumentum in oppositum
credo quod probat de potentia absoluta que
tamen si esset principium alicuius esset
eo ipso ordinata sed non secundum ordinem
ab eo prefixum eundem quam prius ha
buit et sequitur.
Item de voluntate dei et circa distinctionem
37 in qua magister agit de voluntate
dei queritur primo utrum deus ab eterno
voluit alia a se quod non quia tunc
in voluntate dei esset relatio realis
ad creaturam quod falsum sicut patet
distinctione 30. Item et ante probatio que
prius vult deus aliquid quam intel
ligat se velle illud sed ante illud
a quia sicut dictum est distinctione 39
[illegible]tendo intellectus divini circa futura
contingentia non est sine certitudine

vel rectitudine voluntatis. Igitur relatio
illa que est in voluntate divina primo
ad a ipsa precedit omnem comparationem in
tellectus de illa volitione. Igitur non
est in voluntate vel in volitione ut
cognitum est sed ut in se est et per consequens
est ibi ex natura rei et non ut cognitum
inquantum cognoscente. Contra si non voluit
ab eterno et nunc vult de novo quia
tunc esset mutabilis. Ergo vel vult. Responsio
omnis potentia perfecta operativa pt
esse principium operandi circa quodcumque
obiectum natum respicere a tali potentia. Sed
intellectus perfectus pt esse principium
intelligendi quodcumque intelligibile et perfectus
visus pt esse principium videndi quod
cumque visibile. Igitur in deo sit vo
luntas formaliter ex 2a distinctione
et summe perfecta quia infinita ex ea
dem distinctione. Igitur pt esse principium
volendi quodcumque volibile. Non autem
pt esse principium volendi aliquid ex
tempore quia hoc non posset esse sine
mutatione aliqua et non obiecti volendi quia
obiecti volendi hoc esset nisi quia volitum
et quia est in ipsa voluntate divina
igitur mutatio ista esset ipsius voluntatis
sicut deductum est distinctione tertia
de ratione ipsius voluntatis. Ergo voluntas
divina pt in eternitate sua esse principium
volendi quodcumque volibile. Non est
autem ratio volendi simul opposita quia
illa respectu nullius pt simul esse
vel esse ratio volendi neutrum quia tunc
in creatura nichil esset a deo voli
tum et per consequens nichil fieret in crea
turis quia contingentia non pt esse in deo
nisi a parte voluntatis sicut deductum est
distinctione 39. Igitur in eternitate est ratio volen
di aliqua obiecta aliud in quibuscumque
aliis a se. Ad argumenta in oppositum quia
sicut dictum est prius distinctione 30 de

relacionibus ex tempore quod terminatur ad deum sub racione mere absoluta
et specialiter de ydeis distinctione 31
et specialiter de omnipotencia distinctione 42 et est
mere absoluta 2m quod est attributum divinum et sic terminat relacionem creature possibilis ad deum ita dico
hic quod voluntas divina sub racione mere absoluta terminat respectum voliti
ad ipsum quod quidem voluntas divina producit in esse volito in eternitate
sicut intellectus in esse cognito vel intellecto et specialiter dicendum est
istud in esse voliti sicut dictum est distinctione 36 de esse cogniti sicut
esse 2m se. Sed tunc arguens si volitum habet relacionem ad voluntatem
divinam aut relacionem realem aut racionis tantum Si realem ergo fundamentum suum
est reale igitur aliqua res habet esse reale ab eterno Si relacionem racionis tantum
Contra non est per actum intellectus divini comparantis obiectum illud ad intellectum
suum ergo non est relacio racionis in ea licet enim intellectus divinus possit comparare obiectum illud ut
cognitum ad intellectum suum quia sit volitum ab ipso et in illo posset causare
relacionem racionis ipsius obiecti ut cogniti ad intellectum suum non tamen videtur
causare aliquam relacionem eius ad voluntatem. Licet possit hic videri
quod ista relacio voliti ad volentem vel voluntatem sit per actum intellectus
dei comparantis obiectum volitum ad voluntatem suam quia prius comparat
ad voluntatem suam obiectum quam comparet ad intellectum suum si ponatur ideo
esse sufficere in obiecto intellectus ut obiectum cognitum et volitum ut volitum
et quod nullo modo esset prius voluntati nisi quia prius sit intellectui
Aliter tamen dico quod in isto obiecto ut
volito est relacio ad voluntatem divinam alia quam illa que est in eo ut obiecti
intellecti ad intellectum divinum et illa alia relacio non est relacio realis non
tamen est racionis accipiendo stricte relacionem racionis secundum intellectus negociacionem
ista est sufficiencia quod omnis relacio est realis aut racionis sumendo stricte relacionem racionis quia omnis
potencia que potest habere actum ita obiectum comparativum non ut comparativum et illud obiectum
potest actu suo comparare ad aliud ad quod tale obiectum non comparatur ex
natura rei sed in obiecto ut obiectum causabit
relacionem racionis ipsius ad aliud que quidem non est realis quia non est
ex natura obiecti in se nec tamen stricte loquendo est racionis quia non semper
potencia comparans est racionis tamen vel potencia racionativa sed enim voluntas
volens aliquo bono ad finem causat in illo obiecto relacionem racionis ad illum
finem que non est relacio realis quia non est in obiecto ex natura rei obiecti
sed ex comparacione voluntatis consequentur sicut enim in deo ad creaturam ut est
relacio illa racionis quia potencia causans illam relacionem non est racionis vel intellectus
nec ymago sive quecumque alia virtus collativa idem est enim quod voluntas
est talis virtus comparativa et collativa et similiter ymaginativa sed
et intellectiva et ideo idem est quod neutra illarum potenciarum potest obiectum suum comparare
et in obiecto suo sic causare relacionem racionis non realem quia si esset ibi ex
natura rei sine omni comparacione nec relacionem racionis stricte sumptam per
relacionem causatam ab intellectu licet etiam quandoque communiter relacio racionis
causata ab intellectu sed voluntas divina et etiam omnis voluntas quidquid sit
de ymaginacione de qua non vult probare

comparare se ipsam ad obiectum in esse vo
lito ab eterno et eque et sic potest
causare relacionem eius ad ipsam

Item circa quartum 4. Circa distinctionem
46. in qua magister agit de
voluntate dei quantum ad eius
impletionem queritur utrum voluntas
beneplaciti dei semper impleatur quod
non prima thy. 2°. deus vult omnes
homines salvos fieri non tamen omnes
salvabuntur ergo etc. Preterea Mt. 23 ait
salvator filiis ierusalem quociens vo-
lui congregare filios tuos sicut quemadmodum
gallina congregat pullos suos
sub alas et noluisti ergo ut prius
Contra voluntati eius quis resistit
Ro. 9 et in ps. Omnia quecumque vo-
luit fecit. Respondeo voluntas benepla-
citi dei semper debet impleri quantum ad
omnia quia sicut omnipotens potest omne
possibile ita quando voluntas divina
determinatur ad ponendum aliquid in esse
ultima determinacione illud erit velle
autem illud beneplaciti est ultima
declaracio que potest poni ex parte voluntatis
poni effectum in esse igitur respondeo aug-
ustinus effectus est deus sic volens
illud erit. Et possum confirmare rationem
quia si causa ultima declaratione de-
terminata ad aliquid non ponet ef-
fectum in esse hoc non videtur nisi propter
impotenciam eius primum quia non suf-
ficeret ex se vel quia esset impedita
ab aliquo alio vel propter mutabilitatem
eius antequam intelligatur poni ef-
fectus in esse Sed omnipotens nec est
impotens nec est mutabilis nec impe-
dibile ergo. Ad primum argumentum dico
quod licet possit exponi illud dictum apostoli
de distribucione accommoda pro omnibus qui
salvi fiunt tamen melius est ex-
poni de voluntate antecedente vult enim

omnes homines salvos fieri quantum
in est ex parte sui et voluntate sua
antecedente. Unde quando dedit eis dona na-
turalia et leges iustas et adiutoria gra-
sufficientia ad salutem sicut de rege statu-
ente bonas leges et sufficiente mi-
nistros ad custodiam illarum legum
posset dici quod vult omnes subditos suos
pacifice et quiete vivere et tamen si
aliquem videret rebellare tempore non op-
portet quod rex statim intromittet se
ad faciendum istum quiete vivere nisi
devolveretur ad ipsum per querimoniam
de facto. vult quidem istum quemlibet
vivere pacifice et quiete antecedenter non
tamen vult quemcumque immediate ita
vivere ita dico in proposito quod et si deus
non habeat voluntatem beneplaciti ad
istum salvandum vult tamen isti adiu-
toria illa que antecedencia ad salutem
omnium quibus tamen iste potest sufficienter
bene vivere et salvari propter quod potest dici
quod quantum est ex parte sua vult omnes
homines salvos fieri. Ad 2m magister
exponit et bene non quod omnes voluit
implere voluntate Christi sed quod omnes
quos ipse congregavit congregavit
sua voluntate unde exponit magister
et nota eam. Nota quod voluntas dei
est duplex scilicet beneplaciti et signi prima
duplex scilicet antecedens et consequens. voluntas be-
neplaciti antecedens est qua deus vult condi-
cionaliter et antecedenter omnes salvos fieri
quantum in ipso est voluntas beneplaciti
consequens et absoluta est qua determinatione
ultima vult aliquid prima non semper
impletur 2a semper impletur quantum ad omnia
voluntas signi distinguitur in 4 in per-
hibitionem in preceptum consilium imple-
tionem et permissionem tria prima reducuntur
ad voluntatem beneplaciti condicionalem
quia non semper impletur preceptum prohibitio

et consilium impleto et permissio reducitur ad voluntatem beneplaciti absque nichil eius fit contra hoc signum ipsum non est additio

Voluntas quippe dei et cetera distinctione xlv. quintum (?) vero verbum permissio divina sit aliquis actus voluntatis divine quod sit quia aliter non videtur deus sine contitudinalitatis (?) hic peccatum necessario futurum contingens sine derivatione voluntatis sue. Sed certe pro certo non videtur hoc aliquem alium actum nisi permittere cum peccare necesse eius respectu illius sit velle vel nolle igitur si permittere non sit aliquis actus non est deus causa de peccato futuro aliquo quia non est aliqua derivatio voluntatis sue ad ipsum futurum contingens contitudinalitatis (?) consuetudine. Contra permissio numeratur inter alia signa voluntatis divine. Sed propterea non est aliquis actus elicitus voluntatis divine igitur nullo forcius erit permissio. Dicitur quod in nobis possunt distingui duplices actus voluntatis scilicet velle et nolle et uterque est actus positivus et si sunt circa idem obiectum sunt contrarii et exprimuntur aliis vocabulis scilicet amare et odire et utrumque potest in nobis distingui ut velle distinguitur in velle efficax et remissum ut dicatur velle efficax quo volenti non tantum complacet esse voliti sed si potest statim ponit volitum in esse statim ponit ita et volitio efficax dicitur qua volens non tantum impedit aliquid sed si posset omnino illud destruit. Voluntas remissa est qua ita placet quod voluntas licet possit ipsum ponere in esse non tamen ponit. Volitio remissa est qua ita displicet volitum quod voluntas non prohibet illud licet posset in nobis igitur volitio remissa ipse dicta videtur esse permissio alicuius mali quod scio non eum dicitur permittere illud de quo nichil vel illud quod ita fit ab alio quod placet michi sed illud quod scio ab alio male fieri et displicet sed non prohibeo hoc permitto. Signum autem volitionis efficacis est prohibitio remisse non permissio vel dissuasio et similiter signum volitionis efficacis si fiat immediate a voluntate est adimpletio si per alterum est preceptum. Signum non volitionis remisse forte est consilium persuasio vel monitio. Sed ista distinctio posset poni in deo ita quod eius velle et nolle sunt unus actus et hoc sine contrarietate vel dissimilitudine in illo actu ipse ita ponitur super quedam obiecta volita eius velle efficax et super quedam opposita volita sunt velle efficax super quedam autem non nunc possit dici volitio dei remissa respectu illorum obiectorum que ita vellet quod nunc ea prohiberet non vellet et hec volitio dei potest dici permissio eius et ita est in deo actus inquantum tendit super obiecta sit sic sicut ad voluntatem divinam. Si autem ipsum non placet pro eo quod volito nunquam poni in esse videtur esse ad aliqua ipsorum et ad aliqua impressione ipsius volentis nunc possit dici quod permissio est vel signum est quod est effectus sit qui sit contra preceptum divinum et hic est permissio que est signum voluntatis divine hoc autem non concedet aliquid in voluntate divina nisi nolle prohibere aliquid fieri sive non velle quod est nec actus positivus divine voluntatis et per consequens non est actus positivus et quod dicitur volens sive potest intelligi

no quod habeat velle circa super illud quod permittit sed actu reflexo offertur eius voluntati sive huius peccaturus vel peccare primo volitus ita huius non habet velle bellen- tiam hic peccatum non potest 2o potest intel- ligere voluntate sua volente hoc et ita dicitur volens sive et volu- ntarie sive volens permittere et volu- ntarie permittere sicut ex alia parte pu- tato sibi inde primo deus habet non velle sibi gloriam et non primo vol- le sed illam ultimo ponere dei ei et potest tunc 2o reflectere se super istam negationem actus et velle eam et ita voluntarie sive volens non elegit inde finaliter peccaturus et nolitionem glorie sed non nolitionem glorie. Ad primum argumentum dicendum est distinctione ei. quo non est provisio de peccato futuro prophetia sed quod sciat se permissurus huius peccare finaliter et sic finaliter dam- nandum Sed requiritur ad hoc quod sciat se cooperaturus isti in actu isto peccati si fuerit peccatum commissionis vel non cooperaturus ad actum illum cuius omis- sio erit peccatum omissionis cognoscatur tamen neutrum illarum permissionum du- pliciter se non velle prohibere huius peccare et ita patet quo permissio divina est actus voluntatis et quo non

Dicendum quoque est hic Circa distinctionem 48 et ultimam huius libri in qua tractat magister de conformitate voluntatis humane ad voluntatem divinam Quaeritur utrum voluntas humana vel qualibet voluntas creata sit bona moraliter quandoque conformatur voluntati increate quod sit verus intellectus creati quandoque conformatur intellectui increato quod a simili de voluntate creata tunc est bona quando conformatur voluntati in- create. Contra iudei voluerunt christum pati et mori quod et christus voluit et tamen ipsi peccaverunt deo christo dimit- te eis pater quia nesciunt quod faciunt Item 2o dyonisii de divinis nominibus c. 4 bonum est ex causa integra et 2o physicorum 2o ethicorum oportet omnes simul circumstanti- as concurrere in actu quocumque morali ad hoc quod sit bonus sufficit autem de- fectus unius cuiusque circumstantie ad hoc quod sit malus moraliter Voluntas igitur creata conformis voluntati divine in substantia actus sive in substa- ntia circumstantiae actus quacumque una cir- cumstantia sive sit conformis sibi in omni- bus circumstantiis pertinentibus ad volitionem puta quod ipse idem vellet et eodem modo et sic de aliis circumstantiis omni- bus ad hoc non oportet eam esse bonam sicut voluntas increata est bona quia non conveniunt eodem circumstantie actum ut actus est diversorum agentium non enim voluntati create convenit ita intense velle aliquod bonum sicut voluntati increate et intensio actus respectu obiecti in agente creato et increato est multo diversa in eis et similiter quidquid sit de conformitate vo- luntatis create et increate in omnibus cir- cumstantiis non tamen sufficit confor- mitas in bonitate actus et ratio quia potest esse difformitas in aliis circumstan- tiis que necessario requiruntur ad boni- tatem actus voluntatis. Ad argumentum dico quod non est simile quia veritas in- tellectus non dependet nisi a sola voluntate intellectus conformitate eius obiecto quia si ita se habeat obiectum sicut intelligitur verus est intellectus vo- luntatis autem bonitas non dependet

a solo deo sed ab aliis creaturis omnibus et potissime a fine unde omnis nostra volitio potissime debet ordinata esse ad finem ultimum qui est alpha et o principium et finis cui sit honor et gloria in secula seculorum amen.

Explicit liber primus Scoti

d Cupientes aliquid et cetera a.
Utrum necessarium sit homini in statu isto aliquam doctrinam sibi supernaturalem inspirari
Utrum cognitio supernaturalis necessaria viatori sit sufficienter tradita in scriptura sacra
Utrum theologia sit de deo tamquam de primo subiecto
Utrum sit de deo sub aliqua speciali ratione
Utrum theologia sit practica
Utrum ex ordine ad praxim vel ad finem dicatur practica
1ª Veteris ac nove legis 11 d.
Utrum finis ultimus sit per se obiectum fruitionis
Utrum ultimus finis habet tantum unam rationem fruibilis an in ipso sit aliqua distinctio rationum qua voluntas possit frui eo secundum unam rationem non fruendo secundum aliam
Utrum frui supposito quod sit alicuius voluntatis sit per se elicitus a voluntate vel sit passio recepta in voluntate puta delectatio
Utrum fine ultimo apprehenso per intellectum necessario sit voluntate frui eo
Utrum deo conveniat frui
Utrum viator fruatur
Utrum peccator fruatur
Utrum bruta fruantur
2ª Ordinatis vero ait prima fide 16 b
Utrum in entibus sit aliquid actu infinitum
Utrum aliquod infinitum esse sit per se notum
Utrum tantum sit unus deus
Utrum cum unitate divine essentie stet simpliciter pluralitas personarum
Utrum sint tres persone in essentia divina
Utrum in divinis possit esse aliqua productio intrinseca
Utrum sint tantum due productiones intrinsece in divinis
3ª Apostolus namque ait 21 b.
Utrum deus sit naturaliter cognoscibilis ad intellectum viatoris
Utrum deus sit primum cognitum a nobis pro statu isto
Utrum deus sit obiectum naturale primum adequatum respectu intellectus viatoris
Utrum aliquod aliud transcendens ab ente equalis communitatis cum ipso possit poni primum obiectum intellectus nostri
Utrum aliqua veritas certa et sincera possit naturaliter cognosci ab intellectu nostro absque luce increate speciali illustratione
Utrum in creatura sit vestigium trinitatis
Utrum in parte intellectiva proprie sumpta sit memoria habens speciem intelligibilem priorem naturaliter actu intelligendi
va Utrum pars intellectiva proprie sumpta sit memoria habens speciem intelligibilem priorem naturaliter actu intelligendi vel
Utrum pars intellectiva proprie sumpta vel aliquid eius sit causa totalis gignens notitiam actualem
Utrum primum cognoscendi sit obiectum primo cognitum in specie ut in se an ipsa pars intellectiva
Utrum in mente sit ymago trinitatis distincte
4ª Iterum [illegible] 22 c.
Utrum haec sit vera deus est pater et filius et spiritus sanctus
5ª Ostenso quod [illegible] 23 d.
Utrum essentia generet vel generetur

Utrum generetur de substantia patris
6 Iterum solet queri et b.
Utrum deus pater genuit de-
um filium voluntate
7 Et solet queri et b
Utrum potencia generandi in pa-
tre dicat aliquid absolutum
8 Unde de unitate et d.
Utrum deus sit summe simplex
Utrum cum simplicitate divina stet
stet quod deus sit in genere
Utrum cum simplicitate divina stet distinctio
perfectionum essencialium precedens omnem
actum intellectus
Utrum solus deus sit immutabilis
9 Unde ad distinctionem 4a a.
Utrum generatio filii
sit eterna
10 Unde post filii e b
Utrum spiritus sanctus producatur
per modum voluntatis
11 Et dicendum est
Utrum spiritus sanctus procedat a pa-
tre et filio
Utrum spiritus sanctus distingueretur personaliter a fi-
lio si non procedet ab eo non distincta
12 Item queritur
Utrum pater et filius spirent spiritum sanctum
inquantum omnino unum vel inquantum aliquo
Utrum pater et filius spirent omnino uni-
formiter spiritum sanctum
13 Post hec considerandum
Utrum spiritus sanctus sit genitus
14 Iterum diligenter
Utrum quelibet persona in divinis
mittat quamcumque personam aliam
divinam
15 Cum non attendamus
Utrum necesse sit ponere caritatem
creatam formaliter inherentem nature
beatificabili
Utrum caritas per se possit corrumpi in
augmento caritatis supponendo eam

posse augeri
Utrum illud per quod caritas per se augetur
quod manet in augmento sit tota
essencia caritatis intense ita quod
si ponetur caritas intensa sine
illo et nullam realitatem in se ha-
bet aliam essenciam ab illa que posset
fuit in caritate remissa
19 Unde postquam
Utrum persone sint equales
secundum magnitudinem
Utrum quelibet persona divina sit in alia
20 Unde ostendendo
Utrum tres persone sint equa-
les in potentia
21 Et ortus ergo
Utrum hec sit vera solus
pater est deus
22 Post predicta
Utrum deus sit nominabilis ab
homine viatore
23 Redictis tamen
Utrum persona secundum quod dicat aliquid
quod pater et filio et spiritui sancto dicat proprie
aliquid secunde intentionis
24 Et diligenter
Utrum in divinis sit proprie unus
Iterum considerandum
Utrum persona in divinis dicat
substantiam vel relationem
Unde de proprietatibus
Utrum persone constituantur in essen-
cia personali et absoluta
Et queri potest
Utrum ubi tantum sit formaliter
intellectus actu
Utrum ubi in divinis dicat proprium per-
sone genite
Utrum ubi divinum dicat respectum
ad creaturas
Iterum considerari
Utrum ingenitus sit proprietas
patris

Utrum immutabilitas sit proprietas prime persone in divinis

Utrum prima persona constituatur in essentia personali aliqua relatione positiva ad secundam personam

Sit preterea

Utrum principium duo modo de principio supposito personaliter et notionaliter

Sunt enim

Utrum de deo dicatur aliqua relatio ex tempore

Utrum dei ad creaturam possit esse aliqua relatio realis

Preterea

Utrum redemptionis equalitas et similitudinis sunt relationes reales in deo

Queritur ergo

Utrum pater et filius diligant se spiritu sancto

Utrum pater sit sapiens sapientia genita

Est predicta

Utrum proprietas sit idem cum persona

Utrum proprietas sit idem cum essentia

Redit adtendendum est

Utrum una persona sit eadem cum essentia

Utrumque supra

Utrum sint in deo relationes eterne ad omnia scibilia et quiditative cognita essentie

Solet hic queri

Utrum fundamentum relationis eterne ad deum ut cognoscentem habeat rationem esse

Et quia deinde

Utrum deum esse presentem ubique cum potentiam necessario inferat ipsum esse presentem ubique cum essentiam

Sunt igitur ad propositum

Utrum scientia dei respectu futuribilium sit perfecta

Preterea queri solet

Utrum deus habeat notitiam determinatam omnium contingentium ad omnes conditiones existentie

Utrum sciat omnem conditionem existentie omnium

Utrum in determinatione sue scientie possit stare aliqua contingentia ex parte rerum in existentia

Predestinatio vero

Utrum predestinatus possit dampnari tamen querimus meritum

Utrum sit aliquod meritum predestinationis vel reprobationis

Sunt de omnipotentia dei agendum est

Utrum deum esse omnipotentem possit probari naturali ratione

Videamus nunc

Utrum id impossibilitas rei fiende sit ex parte dei vel rei

Sunt igitur restat distinguendum

Utrum deus possit facere res aliqua ordinatum est ab ipso fieri

Sunt de voluntate dei

Utrum deus ab eterno voluerit alia a se

Queritur ergo

Utrum voluntas beneplaciti dei impleatur

Voluntas quippe dei

Utrum permissio divina sit actus voluntatis dei

Sciendum quoque est

Utrum voluntas create sit bona moraliter quandoque conformatur voluntati increate

Expliciunt tytuli questionum primi libri Scoti

O blomo sit panis [illegible]
xtrema probat quod [illegible]
A uus [illegible] est in [illegible]
E [illegible] pit et ab [illegible]
[illegible] de [illegible]
p os [illegible] sit [illegible] probat illud
A [illegible] pedos puer [illegible] paidagogus [illegible]
D ic patos [illegible] hic [illegible]
P an [illegible] sit totum pamphilus [illegible]
[illegible] pagos villa dicitur hinc [illegible] paga
[illegible]
[illegible]
[illegible] hinc [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] theodolus [illegible]
[illegible]
[illegible] passio ut probat [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
P philos sit amor [illegible] philosophya
A [illegible] phon sonus est quod probat anaphona
E [illegible] phanes epiphania dicitur [illegible]
D [illegible] phanes dicitur hic phanion
[illegible] phisis [illegible] inde uenit
[illegible] hoc ignis [illegible] probat illud [illegible]
P [illegible] fiat hic gazophilacium dicas
[illegible] foros amphora [illegible] adest
[illegible] psalm [illegible] ab hinc psalmodia dicas

Sit tibi muta que pe tas octaua loquitur
utque probat phisicus. Sit ruben sua nos
itur hasta quiris dicitur et inde quirites.
nes romanus ipse quirinus erit.
ic rotos esse rosa. dicitur inde rodon esse
et ismachia probat rinnos est nimos
rinos naris oritur rinoceros inde
qui rabi doctor sicut hebreus habet
rabsi rama est. probat theologus ipse
loquitur rethos. inde que rethorica
sequitur sonat regino. sicut testatur oregino
ethos et canon inde que varia [illegible]
Semiuocalis tibi sit persona [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] tutus. sirenes [illegible] ubi moles
sit autem sichon. sichomachia probat
alba ata sit reges [illegible] uirens apella
sapiens sophos. philosophya sit hic
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] esto stoa. stoycus inde uenit.
que senos senex et dicitur inde senatus
[illegible] que sterno sit ternius inde uenit.
T consilio sit stophos sit analsphy inde
ingula corrigia stophe [illegible] zona
[illegible] ambire. dicitur hinc [illegible]
pauperie stratos. [illegible] inde.
[illegible] ruben sit est [illegible] abh
oc nomen [illegible] arguitur rotundum

F [illegible]nis cōmunes & cōmunicatio finis
S ic [illegible] ꝗductos ob ipā· iiij^or anni
S [illegible] [illegible] ꝑ [illegible] sol' & [illegible]
M Aduite par[illegible] [illegible] [illegible] arcus
F ane biceps [illegible] [illegible] talentis exigo
D icis [illegible] radius radius [illegible] solus
A [illegible] [illegible] radius & sic [illegible] plus
C [illegible] cons [illegible] [illegible] [illegible]
F uel pinna [illegible] [illegible] prologus
S ic tibi [illegible] cuctus [illegible]
E [illegible] mal[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
I [illegible] & [illegible] [illegible] sic [illegible] [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] sic [illegible] [illegible]
O [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] capit hinc illi dic capit esse pars
[illegible] & [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] capit dicat esse [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] color & [illegible] medius [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] ꝑ [illegible] multiplicatus
Q [illegible] articul⁹ [illegible] dicitur esse
[illegible] manuum pollex & dicat pedis allux
[illegible] manuum digitus articul⁹ [illegible] pedum
V [illegible] [illegible] sic [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] dic [illegible] [illegible]
[illegible] sit par [illegible] [illegible] ad instar
[illegible] Dicas obulum & semicubitus & as
[illegible] [illegible] dic [illegible] [illegible] [illegible] pondus [illegible]

Rex grecus sermo [illegible] pre terra [illegible]
[illegible] per [illegible] diversus
[illegible] de [illegible]
[illegible] artis [illegible] opifex operis fit
t opifex operis [illegible] fit caput existat operis
[illegible] sibi fit unus [illegible]
[illegible]
petrus [illegible] symon [illegible] amplificat
[illegible] quartus petrus [illegible]
[illegible] cephas fore caput esse latine
[illegible] cephas quod caput ecclesie
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] caballorum [illegible]
[illegible]
[illegible] pastor [illegible]
[illegible] opilio pastor
[illegible]
[illegible] ille [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] unus princeps monarcha nominatur
[illegible] monarcham [illegible] notes qui liber [illegible]
in quarta parte regni tenens ille tetrarcha
[illegible] est [illegible]
[illegible] tenens ille tribunus
[illegible] legit ille [illegible]
[illegible] regens [illegible] tetrarcha nominatur
[illegible] ducens qui libri [illegible] tenens
[illegible] cum [illegible]

